M. TULLI CICERONIS
ORATIONUM
PRO
TULLIO, IN̄ CLODIUM, PRO SCAURO, PRO FLACCO
FRAGMENTA INEDITA

EX

MEMBRANIS PALIMPSESTIS BIBLIOTHECAE R. TAURINENSIS ATHENAEI ERUTA ET CUM AMBROSIANIS EARUMDEM ORATIONUM FRAGMENTIS CONIUNCTA

AB

AMEDEO PEYRONE

IN R. TAURINENSI ATHENAEO LING. ORIENT. PROFESSORE, COLLEG. THEOLOG. XXX VIRO ET R. SCIENTIARUM ACADEMIAE SOCIO,

CUM HUIUS INTEGRIS, CUM SUPERIORUM EDITORUM SELECTIS ET CUM SUIS ANNOTATIONIBUS TUM EMENDATIORA TUM AUCTIORA

SEPARATIM EDIDIT

CAROLUS BEIER.

CUM SPECIMINIBUS CODICUM ET AMBROSIANORUM ET TAURINENSIS LITHOGRAPHIS.

LIPSIAE

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCXXV.

CAROLI BEIERI

PRÆFATIO.

Est singularis quorumdam saeculorum felicitas et fecunditas, ut, quem ad modum propter universae naturae vicissitudines singulae terrarum orae modo verno florum ornatu vestiuntur, modo auctumnalium fructuum beata copia tamquam ex Amaltheae cornu obruuntur, sic certae aetates populorum prae ceteris insigniantur largo commodorum proventu, partim ingenio virtuteque quaesitorum, partim etiam praeter spem oblatorum: quo in genere plerumque posteri demum quasi hereditate relictam messem percipiunt eorum, quorum sementem maiorum industria fecerat et cura provida.

Omnium autem saeculorum a pulsis inde e pleraque Europa barbariei tenebris nullum aliud ad illorum, qui humanitatis studia revocasse litterarumque lumen prope iam extinctum e scintillulis emorientibus novum accendisse celebrantur, instauratorum praestantiam amplitudine inventorum accedit propius, quam multis illud opportunitatibus adiutum aevum nostrum aut quod nostram memoriam attingit. Etenim vidit hoc urbes a Titi inde temporibus sepultas erui ipsamque antiquitatem, qualis et publicis et privatis fuit et forensibus et domesticis in rebus,

narum ecrarescentium penuriam nova inscriberentur eaque ecclesiastica? Paene ad internecionem.

Prior talium codicum scriptura vel gravioribus damnis vel mediocribus multata est. Sunt enim codices, in quibus abluta satis perspicua remanserit, ut Colbertinus ille Dionysii Areopagitae MONTEFALCONI l. c. p. 233. memoratus, ut Vaticanus *librorum de re publica*, ut Parisinus Ephraëmi, ut Guelpherbytanus Valerii Maximi, Gratiani decreto superscripti, itemque Isidori Hispalensis, cuius originibus subest Ulphilae versio Paulinae ad Romanos epistulae. Vide, sis, KNITTELIUM l. l. p. 512. §. 2. cll. pp. 507. ss. qui undeviginti codices rescriptos Guelpherbytanos in appendice editionis suae recenset. Sed quibus de rebus antiquitus in his scriptum fuerit, prope diem nos edoctum iri speramus ab eruditissumo litteratore et amico nobis coniunctissumo ADOLPHO EBERTO, qui, cum illi bibliothecae praeesset, omnes codices manu scriptos accuratius pervestigavit. Ipse KNITTELIUS quo minus plura erueret, in causa fuisse videtur illorum librorum conditio, quae indaganti nimium facesseret negotii. Sunt enim alii codices palimpsesti, in quibus erasa utraque pagina antiquae scripturae vix ullum relictum cernatur vestigium, nisi ubi color aut lineae aut litterarum ductus quidam altius essent impressa. V. *nouveau traité de diplomatique* t. III. p. 52. 53. Tenuiorum tamen membranarum fere una tantum pagina eradebatur, ut codicis Veronensis, e quo a VV. DD. Berolinatibus Gaii institutionum commentarii eruti sunt. In huiusmodi codicibus deplorandis raro tantum medicamentis chemicis atramenti color evanidus redintegratur; saepius antiqua scriptura restitui nulla arte potest. Superinducitur autem novitia scriptura antiquiori vel ita, ut linea lineam obtegat (unde summa ductuum oritur confusio), vel, ut se inter lineas insinuet intermediam prioris quasi comes paginave inversa eidem occurrens, ut in Ambrosiano codice, unde *Symmachi orationes*, ut in Vaticano, unde *iuris civilis anteiustinianei reliquias* protulit MAIUS, vel ita, ut decussatim singulae lineae per singulas lineas transcurrant, ut in utroque harum orationum

Tullianarum codice. Reperiuntur etiam codices bis rescripti, cuius generis esse partem foliorum Gaii Veronensium memorat NIEBUHRIUS, vir summus, ad *Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta* p. 25. Codicis e chartis xylinis rescripti exemplum habet MONTEFALCO l. c. p. 231. adeoque supervenientibus typis rescriptum librum in bibliotheca Guelpherbytana servari testis est KNITTELIUS l. l. p. 215.

Sed e rescriptorum quidem codicum penu litterarum reconditiore praeter ista Ulphilae fragmenta praeterque Liviani libri XCI. fragmentum, e cod. Vaticano a. 1773. et Hamburgi a BRUNSIO, qui postea fuit professor et bibliothecarius Helmstadiensis, et in ipsa illa urbe patria Romae a CANCELLIERIO editum, nihil quidquam erutum fuerat ante ANGELUM MAIUM, nuper Mediolani bibliothecae Ambrosianae, nunc Vaticanae in urbe olim imperiosa praefectum, canonicum et philologiae professorem, qui revera angelus sospitator scriptorum classicorum umbras immatura morte defunctorum ex barbariei bustis et sepulcris in vitam revocat, contra quam ille *Maiae filius*, quem profanae antiquitatis poëtae *Mercurium* nuncuparunt, virgula sua divina fertur animas deduxisse in Orcum, ubi coërceret Styx septemplex circumfusa. Quod si ex animi sui sententia Tullius in rei publicae a se servatae gratulatione professus est *non minus nobis iucundos atque illustres esse eos dies, quibus conservamur, quam illos, quibus nascimur, quod salutis certa laetitia sit, nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur:* profecto esse apud omnes eloquentiae suae admiratores in honore volet eum, qui rogo suo subiectos iam ignes circumdatosque restinxerit seque perditum ac conclamatum servarit, immortalitati restituerit atque innumeris facundiae linguis aeneis instruxerit. Illustri huic MAII merito tantum habeo honorem, ut mallem V. D. in *Mercurio litterario* l. c. compensasset potius huius meriti praestantia errores in concinnandis foliis palimpsestis et in singulis litteris eruendis, distinguendis, coniungendis, non tam negligentia editoris aut aliqua inertia, quam rei primum experiundae difficultate atque

nos TEUBNERO philologicas litteras pro sua parte ornandi cupidissumo viro tulimus conditionem ferrum, dum canderet, recudendi. Atque ille promptum studium statim addixit.

Editiones Mediolanenses ante nos ab initio usque ad calcem repetitae fuerant ita, ut ne interductus quidem nec unum, ut aiunt, iota mutatum esset, nisi quod editores Kilonienses doctissuma primam annotatione dotassent. Aliam nos rationem secuti sumus. Arbitratu nostro emendata utriusque codicis palimpsesti fragmenta nova Tullianae orationis perpetuae exhibuimus ita, ut in margine ante versus (*") initium, post eos ("*) finem singulorum fragmentorum tum *Ambrosianorum*, tum *Taurinensium* notaverimus litteris *A* vel *T*, asteriscis autem utrimque appositis ea, quae *ab aliis scriptoribus excerpta* suis locis coniectura ducti restituimus ascriptis secundum ordinem litteris *a. b. c.*, ut ne numeros sectionum mutare cogeremur: pariterque asterisco praefixo distinximus, quae a nobis annotata sunt.

In his omnibus rite indicandis, praesertim in scholiis et annotationibus concinne et apte disponendis, re satis difficili, laus singularis debetur Teubnerianae officinae typographorum, IOANNIS IMMANUELIS ILLINGII patris et CAROLI GUSTAVI ILLINGII filii, paternam industriam aemulantis, prompto obsequio. Cum enim alii unice mercedulam, servitutis auctoramentum, aucupentur: hi viri probi, ut in arte, quam factitant, excelleant editorumque voluntati satis faciant, indefessi elaborant.

De foliis ordinandis ubique in PEYRONIS editoris diligentissumi iudicio conquiescere potui. Unum fragmentum aliunde insertum in *or. pro Tullio* e lacuna §. 23. in lacunam post §. 36. transtuli. Illi orationes mutilas et disiectas veluti Osiridis membra reconcinnandi et instaurandi conatus ne sint invidiosi precor. Hoc enim mihi in antiquarum litterarum studio primarium videtur, ut non satis habeamus verba dictionisque lenocinia ediscere; sed ipsam artem, qua totum opus quasi uno spiritu continetur, contemplemur inventionisque et perfectionis dexteritatem

percenseamus: nihilque unquam mihi antiquius fuit, quam ut huius studii exercendi ingeniosis disciplinae nostrae alumnis pro virili parte auctor essem. Nec vero supplementa nostra alio quo se dignantur honore, quam ut tamquam pericula quam brevissume ea, quae lacera ad nos pervenerunt, probabiliter ex ipsius Ciceronis penu utcumque interpretandi excusentur. Minus fortasse excusetur ambitio illa, quod ista inclinatis litteris ab ipsius Tullii verbis distinximus: quo vix opus fuisse nobis persuadent Prometheus et Dolus in Iulii Phaedri ante non multos annos edita fabula elegantissuma *de veritate et mendacio*. Omnino vix ullum emblema reperietur, quod non sit Ciceronianum; sed, quae suis locis apte atque splendide dicta sunt, ea hic intelligentibus, quid aera distent lupinis, merito videbuntur saepe ieiuna atque inania. Vide, si tanti est, quae p. 231. et p. 165. s. de audacioribus coniecturis diximus. Quaedam tamen ex his fortasse haud spernendae videbuntur: e. g. quod restituimus nomen proprium *Stolonis* p. 192., aliud alii substituimus p. 224. s., alibi removimus, ut *Delecones* in *or. pro Scauro* §. 43. Verum tamen, quantulumcumque assecuti videamur (modo ne ea, quae a natura expetenda erant, nimis defuerint nobis), amicorum lectorum facilitati atque benevolorum existumatorum indulgentiae permissum esto. Quod unum praestare potuimus, animadversionem et religionem adhibuimus eam, quam par erat. Nam cum PEYRONIS editionem (nescio quo infortunio aut typothetarum et correctoris flagitio) foedatam mendis gravissumis viderem: sedula cura enotavi atque indicavi singulas discrepantias in utroque codice: opportune enim singulorum foliorum in columellas divisorum imagines idem sollicita diligentia exhibuerat p. 13. — 66. Ita deprachendimus perperam contra codicis fidem editum in *or. pro Tullio* §. 30. *in hoc iudicio*; §. 45. excidisse *ab se;* §. 48. totum versum; §. 50. p. 62. *eo;* verba nonnulla or. *in Clod.* IV. 2.; ib. V, 3. ultimam syllabam verbi *praecingerere*. Haec editoris librariis imputanda; fortasse etiam *autem* pro *vero* in *or. pro Scauro* II. 12. pr. Sed longe saepius codicum fidem sollicitatam firmavimus argumentando. Singulas vero litteras, quas nos con-

gendum erit: *gemmare vitem*, *luxuriare messem* [pro vulg. *luxuriem esse in herbis*], *laetas segetes etiam rustici dicunt*. Sic enim antiquissumus auctor ea verba laudat. Alio glossemate una cum lectionis *iterum* varietate *et telum* expulso restituetur ibidem 41, 166. septenarius:

Néque me patiar íterum ad unum scópulum classem offéndere;

itemque alius Aiacis de Ulixe 38, 154.

Anne non novísti huiusce vérsutiloquas málitias?

Sed editionem festinabimus lente.

" Nihil iam superest, quam ut divinitus addam de MAIO aut HEINRICHIO aut PEYRONE *δευτέραις φροντίσιν* aut alio quoquo haec fragmenta edituro vaticinium: *Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.*

ANGELI MAII
IN PRINCIPE EDITIONE *)
PRAEFATIO PRIMA
AD PARTES ORATIONUM
PRO SCAURO CUM SCHOLIIS
PRO TULLIO ET PRO FLACCO.

I. Dux quidam et auctor [*rei publicae gerundae*] consiliorumque et operum moderator si ex omnibus unus optandus sit, quem cum Tullio conferre possis, non habebis. Hic enim vir ex omnibus romanis ingeniis sapientiae maxime prudentiaeque ornamentis abundavit. Hic est qui togatus consul divina animi vi profundoque mentis consilio et leges optimas tulit, et tranquillitatem publicam fovit, et impiorum audaciam fregit, eamque dominationem, cuius fines tot fortissimi imperatores terrae et caeli regionibus terminaverant, ipse unus prope inermis a nefario coniuratorum conatu tutatus est. Iam Tullianae mentis imago in eius praesertim orationibus extat, in quibus ille adeo suorum consiliorum genus explicat, adeo optimae gubernationis formam constituit, ut qui praestantissimus reipublicae praeses fieri volet, is rem abunde confecerit, si suas agendi cogitandique rationes ad Tullianum exemplar conformaverit 1). Ciceronis laus.

*) **M. Tullii Ciceronis** *trium orationum pro Scauro pro Tullio pro Flacco partes ineditae cum antiquo Scholiaste item inedito ad orationem pro Scauro. Invenit recensuit notis illustravit* **Angelus Maius.** *Mediolani typis Ioannis Pirotae* MDCCCXIV. 8. Recusae *Francofurti ad Moenum in libraria Hermanniana* 1815. 8. cum tab. aeri inc.

1) *Haec praemisimus excerpta e *praevia principi editioni epistola ad Iac. Comitem Mellerium.*

Latinae eloquentiae principem Ciceronem vel eo maxime nomine mirari soleo, quod quum in occupatissimo ambitionis cursu atque in cunctis paene reipublicae muneribus ab ineunte aetate versatus sit, tantum nihilominus otii tot scribendis operibus suppeditare potuerit 2). Quid enim est in omni varietate bonarum artium atque litterarum, quod ille caelesti fretus ingenii vi mirabilique elocutionis ornatu, cum sua laude immortali non attigerit? Philosophiam, quum ea nullis prope scriptis illustrata apud Latinos iaceret, primus Cicero erexit, et plurimis editis voluminibus felicissime excoluit: in quo videlicet picto et expolito scribendi genere cum doctrinae praestantiam ac sanitatem, tum omnes verborum, omnes sententiarum inligavit lepores 3). Iam et politicam rem et historicam et poëticam sapienter eleganterque tractavit 4). Sed ante omnia, quodque caput in eo fuit, artem oratoriam non modo scriptis de ea praeceptis utilissime docuit, verum etiam dictis orationibus ita expressit, ut vivens fulgurare et tonare et omnino regnare in iudiciis visus sit; apud posteros autem Cicero non iam viri romani, sed ipsius eloquentiae nomen habeatur 5).

Barbaricorum temporum damna.

II. Ex tot orationibus tamen, quibus vir disertissimus romanum forum personuit, multas invida aetas aut corrupit aut mutilavit, multas funditus sustulit, plurium denique, ut credibile est, memoriam ipsam abolevit 6). Nam fuit quoddam tempus tenebricosum et bar-

2) * V. I. I. *de legg.* 3, 9. *de off.* II. 1, 4. III. c. 1. ad fi. ibique annotata.

3) * Praeter *epistolam de Cicerone philosopho non contemnendo deproperatam* Laur. Christ. Mizlero, Onoldino-Franco, 4. v. Dan. Wyttenbachius *de M. Tullio Cicerone philosopho* in *bibl. crit. Amstelod.* vol. I. part. 3. p. 2. ss. et in *opusculorum selectt.* a Frid. Traug. Friedemanno, Catharinei Brunsvicani Directore et de scholastica et de litteraria re optume merente, editorum vol. I. p. 183. — 196. in primis vero copiosissuma illa Raphaëlis Kühneri Saxo-Gothani commentatio pro merito suo ab Academia Georgia regio praemio ornata de *M. Tullii Ciceronis in philosophiam eiusque partes meritis*, Hamburgi ap. Frid. Perthes. 825. 8. pp. 288.

4) * Aliquanto discrepantia existumatorum de Cicerone poëta iudicia v. in Aug. Weicherti, v. cel., praeclara *commentatione de C. Licinio Calvo, oratore et poëta*, (Grimae 1825. 4.) p. 27.

5) * Cf. Dan. Wyttenbach. *de M. Tullio Cicerone oratore* in *bibl. crit. Amst.* v. I. part. 2. p. 1. ss. et ap. Friedemannum l. l. vol. I. p. 197. — 201.

6) * Utique. Renovemus igitur deperditae orationis memoriam auctore ipso in *oratore* 62,

barum, quo Longobardis Italiam tenentibus, romanoque imperio per socordiam principum et fortunae inconstantiam deleto, omnis bonarum artium lux, omnis litterarum gloria extincta est. Tunc etiam in illa pretiosa volumina, quae tot eruditorum hominum manus elaboraverant, ubi tot ingeniorum divitiae latebant, miserrima caede saevitum est. Rapidis urebantur flammis litteratorum longae vigiliae, situ tenebrisque marcebant clarissima artium lumina, ad tabernas denique et deterrimos usus doctissimae membranae veniebant. O conditiones miseras regnorum atque nationum! Illi scilicet Itali, quibus summam copiam ingenii facultatemque dicendi natura largita est, qui Plautos, Tullios, Virgilios, Flaccos, Livios paucis ante saeculis ex sese genuerant, qui omnem graecarum litterarum atque artium laudem una cum rerum imperio ad se transtulerant; nunc demum tantis barbariae fluctibus obruti sunt, ut apud ipsas exteras gentes inscitiae invidiam infamiamque contraxerint. Igitur apud nos squaluere gymnasia, forum luxit, subsellia atque iudicia siluerunt: infinita demum librorum supellex, fractis plane ac deiectis Italorum ingeniis, ad occiduas et boreales nationes avecta est.

III. Verum inter tot genera cladium, quibus veterum scripta perierunt, haud scio an illa praecipua dicenda sit, quod quum ad summum bonorum studiorum neglectum extrema etiam fortunarum penuria accessisset, membranarum vetus scriptura aut scalpro rasa aut ablutione deleta est, quo nimirum novae scriptioni locus in eodem volumine pararetur. Quae res cum sit veritate certissima, ne fide tamen paene incredibilis videatur, reputandum est idem quodammodo et nummis et picturis et statuis et universae architectorum arti accidisse. Nam et recusos nummos, et tabulas interpolatas, et signa refecta, et aedificia alienis usibus accommodata quis demum ignorat? Sed ut in scriptura sistamus, apud Graecos, quos serius barbaries corripuit, saeculis demum in- **Palimpsestorum usus.**

210. *Adhibenda 'st igitur numerosa oratio, si .. laudandum 'st aliquid ornatius, ut nos .. diximus .. in senatu de consulatu meo.* Cf. Plutarch. in *Crasso* c. 13. sub fi. In huius orationis hypothesi I. *ad Att. ep.* 14. sect. 5. emendandum: *de tranquillitate* (pro *vilitate*), *de otio*. Depromptum ex hac oratione videtur fragmentum servatum a Quinctil. IX. 3. p. 775. ed. Capperonn. (*qui meum caput* vel *vitam meam?*) *dederim periculis omnibus*, *obtulerim insidiis*, *obiecerim invidiae*.

fra undecimum a Christo nato ea pestis in libros grassata est 7). Verum apud Latinos iam inde a septimo saeculo bis scriptos codices haud raro reperies. Itaque praestantissimi aureae aetatis scriptores ineptissimis rudis aevi commentis saepe decesserunt. Quos in codices siquando incidas, vel ipsi ingentes et pulcherrimi antiquae scripturae ductus, qui sub nova barbarica sparsim se produnt, quantum inter utrumque opus intersit, tibi facile ostendent. Sed enim et illud fatendum est, plerosque palimpsestos christiana argumenta, immo ipsos divinos libros excepisse, quorum materiam quamquam religionis gratia exosculamur, eam tamen vacuas membranas multo mallemus occupasse. Quam ob rem plane non video, cur religio apud aequos homines invidia flagret. Tot mirandas Veterum lucubrationes obruere, fuit, confiteor, magnum crimen, ingens pernicies, facinus impudens, iniuria non ferenda; verum enimvero quum nullo unquam christianae legis mandato, sed temporum potius inscitiâ et miseriâ id effectum sit, siquis nihilominus religioni id vitio vertit, aut plane is desipit aut intestina aliqua acerbitate laborat.

Palimpsesti ambrosiani origo bobiensis.

IV. Sed ne nimium multa generatim complectamur, atque ut ad illud quod propositum est deflectat oratio; scrutanti mihi ambrosianae bibliothecae forulos antiquissimum codicem occurrisse aio, quem quum diligentius tantae vetustatis aspectu perculsus considerarem, sensi protinus esse unum ex iis qui palimpsesti vocantur. Atque hic originem tanti codicis altius repetere non ingratum fore lectoribus arbitror. Inter Apenninos montes in Liguria ad locum qui Bobium etiam antiquitus

7) Ita se comperisse docet vir antiquitatis curiosissimus Montfauconius *Palaeogr. gr.* p. 318 — 319, idemque fere a me quoque observatum est in codicibus ambrosianis. MAI. * Hunc Montefalconis errorem refellerunt iam Benedictini in l. *nouveau traité de diplomatique* t. IV. p. 453. n. 1. ubi memorantur Euripidis fragmenta sub Pauli epistulis in codice palimpsesto saeculi V. vel VI. Nescio idemne an alius codex sit Clermontanus ille, e quo Euripidis fragmenta duo *Phaëthontis* edidit Godofredus Hermannus noster, quem virum ordinis equestris splendidissumum honoris causa nomino, in commentatione, quam repetitam in *Miscellaneorum criticorum volumine I.*, illustribus aditibus ornando, primam posuerunt editores clarissumi Friedemannus et Seebodius. De more et usu libros rescribendi satis vetusto Knittelium et Koppium auctores laudavimus supra p. VII.

nuncupatus fertur, divus Columbanus anno post Christum natum DCXII. monachorum claustrum fundavit 8). Ea porro familia non morum tantummodo sanctimonia, verum etiam litterarum scientiarumque studio, quantum tempora patiebantur, insignis evasit 9). Ei coenobio studiisque monasticis praefuit saeculo post Christum decimo Gerbertus Gallus, qui deinde romanam sedem cum Silvestri II. nomine tenuit, vir temporibus suis plane superior, mathematicae rhetoricae musicae medicinae omniumque paene disciplinarum prudentissimus 10). Quum igitur illud monasterium in mediis [illegible]lorum tenebris aliqua litterarum luce collustraretur, lib[illegible]orum supellectile carere non potuit. Bobiensis bibli[illegible]hecae catalogum saeculo fortasse decimo scriptum Ludovicus Muratorius publici iuris fecit 11): in quo bene longo indice non rei sacrae solum scriptores, verum etiam grammaticos, historicos, oratores, poëtas, et reliquae profanae litteraturae auctores non paucos deprehendes. Iam vero ineunte saeculo decimo septimo quum FEDERICUS CARDINALIS BORROMAEUS, cuius immortale nomen nulla unquam oblivio delebit, ambrosianam bibliothecam infinito sumptu fundaret, eamque conquisitis undique libris locupletaret, ad bobienses in primis codices animum intendit, missisque largis muneribus ita feliciter rem transegit, ut quidquid bonae frugis in eo pervetere lyceo latebat ad suos ambrosianos pluteos sevocarit 12).

V. In his igitur ego codicibus, qui bobienses inscribuntur, unum deprehendi, in quo Sedulii christiani poë- Tres ineditae Ciceronis orationes deteguntur.

8) Mabillonius *Annal. Bened.* T. I. p. 296. Ughellus *Ital. sacr.* T. IV. p. 926. Atque ego quidem in principe editione Mabillonium sequutus scripsi *Benedictinorum claustrum*, nunc autem corrigo *monachorum claustrum*, quandoquidem video ab ambrosianae bibliothecae praefecto Oltrocchio *Hist. ligust.* III. 5. ff. 3. satis demonstratum, pluribus demum post conditum bobiense monasterium saeculis divi Columbani divique Benedicti in unam coaluisse congregationes. MAI. * Ampliora si desideras: non poenitebit contulisse Amedei Peyronis commentationem *de bibliotheca Bobiensi, cuius inventarium anno MCCCCLXI. confectum edidit atque illustravit*, in *praefat.* p. V. — XVIII., a quibus repetendis abstinendum arbitrati sumus.

9) Tiraboscus *Storia della lett. ital.* (p. 104.) ed. Mutin. MDCCLXXXVII. T. III. p. 131.

10) Idem eodem Tomo p. (204.) 261.

11) *Antiquit. ital. med. aev.* T. III. dissert. 43. pag. 818. — 824.

12) * Cf. infra Maii *de ed. principe Med. fragg. Cic.* comment. 12.

tae opera edita continentur, quem quum acutissima oculorum acie lustrarem, et sub posteriore scriptura priorem rimarer; o Deus immortalis, repente clamorem sustuli, quid demum video! En Ciceronem, en lumen romanae facundiae indignissimis tenebris circumseptum! Agnosco deperditas Tullii orationes, sentio eius eloquentiam ex his latebris divina quadam vi fluere, abundantem sonantibus verbis uberibusque sententiis. Tituli quoque operum in margine codicis sese paulatim aperuerunt. Atque hic ego quantis laetitiis incessi, cum partes ingentes ineditas trium Ciceronis orationum deprehendi, *pro Scauro* nimirum, *pro Tullio*, et *pro Flacco?* Grandibus et pulcherrimis litteris ea constat scriptura, et in tria unaquaeque pagella latercula [*?*] distinguitur. Tum oratio *pro Scauro* elegantissimis scholiis stipatur, quorum alia litteris quadratis vetustissimis etsi minutioribus exarata sunt, alia rudioribus quidem, sed eadem tamen antiqua, atque ab eodem, ut plane videtur, auctore profecta. Scriptorem horum scholiorum Asconium Pedianum fuisse suspicor: nam et stilus, et naturalis quidam color, et totum genus scribendi id indicare videntur 13). Porro qui iampridem extat Asconii commentarius in orationem *pro Scauro*, non plane integer esse potest, quum ipsa oratio paene tota ante nostram editionem desideraretur.

Scholia antiqua inedita ad Ciceronem.

Palimpsesti forma et aetas.

VI. Et codex quidem in praesenti est formae quae dicitur in 8.°, quia monachus Sedulii Scriptor folia complicuit: quibus iterum explicitis, ad antiquam formam in 4.° liber redit. Iam ex his foliis ita restitutis sex habent partem orationis *pro Scauro* cum scholiis, tria et dimidium *pro Tullio*, unum *pro Flacco*. Unum etiam particulam exhibet orationis Tullianae *pro Caelio*, quae quum tota sit edita, nihil nobis reliquum fuit, nisi ut varias aliquot lectiones ex tam antiqua membrana proferremus. Iam quo definite saeculo prima Ciceronis scriptura in codice fuerit exarata, quis indubiâ coniecturâ pronunciet? Ipsa recentior Sedulii scriptura miram sa-

13) De scriptis stiloque Asconii mox copiose agemus in altera praefatione cap. VI. — XI. quo loco fusiorem commentarium ad alias Tullii orationes diligenter perpendemus. Sicui tamen genus horum scholiorum differre videtur a praedicto commentario, is meminerit non ex eodem codice ea peti, adeoque ipsorum diversitatem, siqua est, nihil officere opinioni quam mox confirmabimus de Asconio a nobis reperto in altero codice ambrosiano.

pit antiquitatem: et tamen inter se quantum hae differunt! Nos utriusque specimen coniunctim exhibebimus, ex quo siquis iudicet Ciceronis scripturam ad II. aut III., Sedulii ad VIII. christiani aevi saeculum pertinere, is, non uno antiquario iudice, a veritate haud multum aberrabit. Certe hic Sedulii codex ante saeculum decimum in bobiensibus pluteis extitisse videtur. Namque in illo catalogo, quem superius diximus a Muratorio editum, quatuor Sedulii libros videre est. Atqui hic, de quo loquimur, bis scriptus codex quatuor scilicet etsi mutilos continet Sedulii libros. Ergo 14) hunc codicem iam inde a vetustissima aetate bobienses monachi possederunt: quin et iidem, ut credibile est, iam antiquis Ciceronis membranis alteram scripturam obduxerunt, summumque oratorem cum poëta non bono commutaverunt. Verum temporibus barbaris irasci quid interest? Nostrae potius gratulemur aetati, cui Deus optimus maximus hanc laudem tribuit, ut hi praestantissimi humanae mentis foetus ab oblivionis latebris nunc demum emergerent.

Operum detectorum praestantia.

VII. Equidem ad commendanda haec quae proferimus opera unum Ciceronis nomen satis esse videtur, cuius admiratio adeo mentes omnium occupavit, ut quidquid ab eo fluxit, id sine dubio optimum iudicetur. Sed enim haec scripta qui leget, nemo ipsa per se non mirabitur. In oratione *Scauriana* quam graviter Cicero, quam acerbe, quam diserte, quam invicte persequitur Sardos? Iam Arinis facinus in uxorem, pellicisque flagitia quantâ invidiâ atque infamiâ perfundit! Scaurianam causam non sine concursu totius civitatis romanae defensam narrat Auctor dialogi *de caussis corruptae eloquentiae* 15). Oratio *pro Tullio* cum perutilem habet doctrinam iuris romani, tum oratoriae atque evidentissimae narrationis exemplum est. Denique quum edita oratio *pro Flacco* inter praestantes merito habeatur, non parum decoris nos eidem adiungimus, qui eius hiatum incommodissimum tollimus 16).

14) *Hanc conclusionem, fortasse veram, tamen vix probaverint dialectici.

15) Cap. XXXIX.

16) *Huius editionis consilio alienum videbatur hanc particulam in lacuna ante cap. 3. collocandam nunc repetere. Futurae potius huius orationis editioni reservavimus pariter atque lectionis varietatem in *or. pro Caelio.*

Editoris labor.

VIII. Atque ego quidem in his exscribendis fragmentis gravem prorsus laborem exantlavi, dum evanidas litteras et posteriore scriptura obrutas fessis oculis consectarer, dum dispersas et mirum in modum perturbatas atque inversas pagellas ad iustum locum revocarem, dum denique non paucos etiam, quibus codex laborat, errores probabili coniectura sanarem. Sed nulla esse potuit asperitas tanta, quae meam extingueret Tulliani thesauri detegendi cupiditatem. Immo laborem omnem atque molestiam fructus dulcissimus abunde compensat. Vos modo, candidi lectores, exigui mei ingenii conatum boni consulite, et novis Tullii copiis ad vestra studia feliciter utimini.

ANGELI MAII
IN PRINCIPE EDITIONE*)
PRAEFATIO ALTERA
AD PARTES ORATIONUM
IN CLODIUM ET CURIONEM ETC.
CUM ANTIQUO INTERPRETE.

I. Certissima opinio est, eaque cunctorum vere sapientium confirmata consensu, plurima veteres homines et invenisse sagacius quam nos, et inventa exercuisse felicius, quae quidem digna visa essent, in quibus operam ponerent. Quis enim in scriptis Veterum paulisper versatus non eorum admiratur reconditas litteras, multarum artium disciplinam, sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam? Graecia quidem iam inde ab heroicis ferme temporibus in omni genere eruditionis excelluit. Serius ad litterarum amorem exarsit Italia: namque ante natum Ennium latina studia paene conticuerunt. Tum vero paulatim admiranda quaedam scriptorum erupit vis, qui et latinam linguam ad unguem expoliverunt, et omnem elocutionis amplificationisque ornatum persequuti sunt. Quae quum ita se habere constaret, ii omnes, qui frugi aliquid praestare cupiebant, studiorum suorum curriculum ad antiquitatis normam semper direxerunt. Quotquot autem aliquando homi-

Veterum scriptorum dignitas.

Eorumdem imitatio.

*) **M. Tulli Ciceronis* trium orationum in Clodium et Curionem, de aere alieno Milonis, de rege Alexandrino fragmenta inedita, item ad tres praedictas orationes et ad alias Tullianas quatuor editas commentarius antiquus ineditus qui videtur Asconii Pediani, scholia insuper antiqua et inedita quae videntur excerpta e commentario deperdito eiusdem Asconii Pediani ad alias rursus editas orationes. Omnia ex antiquissimis MSS. cum criticis notis edidit Angelus Maius. Mediolani, typis Ioannis Pirotae* MDCCCXIV. 8. cum tab. aeri inc.

nes nova scribendi dicendique ratio delectavit, iis demum ab eadem antiquitate petenda correctio fuit. Quo magis amplector aetatem nostram, quam tantus veterum operum amor invasit. Quippe est nostri saeculi gloria quaedam et decus antiquitati apprime studere, velle ipsum succum vetustatis exprimere, formam et artem ex eius lineamentis aucupari, omnes undique eiusdem flores et veneres delibare. Hinc ubique recudendis illustrandisque celebriorum Veterum scriptis docti viri dant operam: hinc bibliothecas sive publicas sive privatas ingenti praestantissimorum voluminum congerie cumulant: hinc amplissima praemia munifici Principes iis decernunt, qui antiquorum hominum gloriam propius aemulantur.

Insignis codex bibliothecae ambrosianae.

II. His ferventibus nostrorum temporum studiis, coepi et ego pro mei modicis ingenii viribus bibliothecae ambrosianae, in qua versor, pluteos non incuriose rimari. Tullianorum autem quae nuper edidi fragmentorum inventione illectus, eo semper spectabam, ut siquid forte pretiosioris thesauri, praesertim Tulliani, in nostris codicibus adhuc lateret, id meam diutius cognitionem non [*ne*] effugeret. Et votis iterum fortuna respondit. Nam magnificus quidam mihi se obtulit codex, satis grandis membraneus et vetustissimus, in quo latina concilii chalcedonensis interpretatio continetur 1). Porro hic itidem liber e famigerato prodiit monasterio bobiensi D. Columbani, quumque in ambrosiana bibliotheca collocaretur, visus est ita antiquus, ut apposita sit ei inscriptio *hunc codicem esse prope coaetaneum ipsi concilio chalcedonensi*, quod medio saeculo quinto celebratum est. Ego quidem facile concedam, eum codicem non ad quintum aut sextum sed ad octavum fere saeculum esse referendum 2). Siquis tamen chalcedonensis synodi actus

1) De latina chalcedonensis synodi interpretatione antiquissima satis erudite et prolixe Stephanus Baluzius agit (*Collect. concilior.* curante Mansio T. VII. p. 653. et seqq.) eamque a Rustico olim romano, tum a recentioribus praesertim editoribus paulo liberius emendatam, idem ope praestantium codicum se ait ad pristinam simplicitatem revocare (in eodem Tomo p. 664. cap. XXIX.). Qua quidem in re discernenda ambrosiani codicis auctoritas multo gravissima habenda est.

2) *Recentiorem esse hunc codicem, e fragmentis vett. codd., qui extabant in coenobii bibliotheca, Frontonis, Symmachi et panegyrici Pliniani compositum, ex ipso specimine statim agnovit peritior arbiter Niebuhrius in *praef.* ad *Frontonis reliquias* p. XXXIV. n. 3. Itaque ipse Maius in *praef.* ad *M. Corn. Fron-*

ad hoc annosum exemplar recognosceret, is bene profecto de christiana republica mereretur.

Est palimpsestus.

III. Verum nihil haec pertinent ad id, de quo verba facturi sumus. Ego enim quum oculos de tam venerabili codice nusquam deiicerem, mentem ac manus non continerem, meaque cupiditas tantae antiquitatis aspectu summe excitaretur, cognovi denique me ad mirificum quemdam alius generis thesaurum devenisse. Nam hic quoque codex palimpsestus est. Iam prima et antiquior scriptura litteris magnis pulchrisque exarata est, quas tamen si cum alio codice Ciceronis, de quo in prima praefatione loquuti sumus, conferas, ampliores fortasse quidem, sed aliquanto rudiores deprehendes: neque tria, ut in illo priore palimpsesto, sed duo tantum latercula [*?*] unaquaeque pagina habet: quae paulo sequioris aetatis indicia sunt. Quod igitur in hoc codice deprehendi opus, primum quidem sunt trium Ciceronis orationum partes ineditae cum Interprete antiquo item inedito: tum idem Interpres ineditus ad alias quatuor Ciceronis editas orationes.

Prior eius scriptura habet fragmenta Ciceronis partim inedita cum antiquo commentario item inedito.

Primae mihi cum suis titulis in margine extantibus occurrerunt partes orationis Tullianae deperditae IN P. CLODIUM ET CURIONEM, quas ubi, valde evanidis licet litteris, legi, et partem etiam pulcherrimi commentarii plane stupens percurri; tanto coepi repente gestire gaudio, ut solem ipsum beatissimum praedicarem, qui erumpentem e tenebris Ciceronem videret. Hac elatus laetitia quum ad unum ex ambrosianis doctoribus, qui tum forte aderat in bibliotheca, venissem, eique nobile inventum indicassem, ille mihi se quoque grammatici cuiusdam veteris adnotationes ad locos aliquot Tullianos ineditos IN CLODIUM in eo iampridem codice vidisse confirmavit: rem ambrosianis collegis consideratione atque editione dignissimam iudicatam, eum autem palimpsestum inter praestantissimos iure optimo haberi.

Exscribitur atque ordinatur prior codicis materia.

IV. Hac ego doctissimorum hominum auctoritate firmatus, hortatus sum ipse me, ut tam insigne amplumque κειμήλιον omni diligentia et conatu pervestigarem. Et mea mihi demum sedulitas processit in numerum. Ne-

tonis epistulas ed. 1. *Rom.* p. X. sub saeculi X. initium scriptum putat. Servatur hic cod. in bibl. Ambrosiana distinctus nota *G.* 147. *part. sup.* Vid. Peyron. *annot.* ad cod. 135. in *inventario* bibliothecae Bob. p. 211.

que enim orationem tantummodo IN P. CLODIUM ET CURIONEM manifesto detexi 8), sed aliam DE AERE ALIENO MILONIS numquam antea, quod sciam, inter eruditos auditam: tum aliam DE REGE ALEXANDRINO, cum optimis ad has commentariis. Rursus commentarios eiusdem Interpretis saepe amplissimos ad orationes editas Ciceronis PRO ARCHIA, PRO SYLLA, PRO PLANCIO, IN VATINIUM. Haec, inquam, omnia aliquot mensium labore improbo adsequutus sum. Quum autem infinitam prope materiam rudi opere congessissem, id mihi scilicet curandum fuit, ut in suas quaeque sedes, e quibus antiquitus erant commota, restituerem. Namque is qui codicem iterum scripsit, incredibili quadam perturbatione folia cuncta commiscuit, materiaeque ordinem de libro funditus sustulit. Accedebant ingentes lacunae, loci difficiles, menda quamplurima: quodque caput est, nova scriptura veteri superiecta tantum facessebat negotium, ut iracundiam ac stomachum in absurdissimum codicis corruptorem vix continerem. Tum ad extremum ordinata materiâ, quum eius magnitudinem, praestantiam, splendoremque intuerer, facere non poteram quin eum sapientissimum virum summis iteratisque laudibus commendarem, a quo tam praeclara studiorum adiumenta nobis olim comparata sunt: FEDERICUM dico CARDINALEM BORROMAEUM, munificentissimum mediolanensis ecclesiae pontificem, et omnium temporum celebrandum memoria. Quippe quum duos genuerit Borromaea gens verissimos patriae patres, CAROLUM sanctitate, FEDERICUM doctrina eximium, hic mihi tamen suae gentis videtur non secundum sed alterum decus.

Fragmentorum Ciceronis nobilitas.

V. Nunc, ut dicam in primis de amore deliciisque nostris Cicerone, quaeso a lectoribus meis ne mihi negent hanc veniam, ut alterum hoc inventum meum bonis litteris magnopere gratuler, et in Tullii praeconia, quae infinita esse possunt, rursus excurram: cuius disertissimi viri quum nuper tres orationes partim omnino deperditas luci, quantum fas fuit, reddiderimus, partim hiantes expleverimus; nunc trium aliarum plane nobis

8) *Haec tantum fragmenta coniungenda duximus cum uno illo folio Taurinensi, quod Peyronis diligentia litteris restituit. Omisimus etiam ex praefatione, quaecunque non ad hanc orationem simul vel ad scholiorum auctoritatem spectarent: idque lineolis indicavimus.

ereptarum non paucas particulas ab inferis pariter excitamus. Et orationis quidem IN CLODIUM ET CURIONEM tot fragmenta deprehendimus, quot fere ad cognoscendum totius operis cursum sufficiunt. — — Ciceronem igitur denuo tenemus, quo quid, oro, nos melius volumus, aut quid praeclarius optamus? Huius ex uberrimis fontibus hauserunt doctissimi quique viri, quibus tamen omnibus ipse praestat elatione ac divinitate orationis suae. Tullii siquidem eloquentia tum magno cursu sonituque defertur, tum quem florem aut quod lumen elegantiae non habet? Hoc enimvero scriptore nihil ornatius apud Latinos ex omni saeculorum memoria cognitum est. Numerosus est verbis, illustris sententiis, exquisitus doctrina, argumentis invictus, ubertate rerum infinitus: nec ulla est ullo in genere laus oratoris, cuius in Tullianis orationibus non sit perfectum exemplar. **Ciceronis laus.**

VI. Quod si Deo visum esset, ut pro his pretiosis quidem sed distractis atque abruptis Ciceronis fragmentis ipsos integros libros effoderemus, tunc demum omnium eruditorum gaudium esset cumulatum. Nunc id desiderium sane grave atque acerbum commentarius copiosus ineditus non parum solatur. In quo quidem scripto antiquissimo quid vehementius admirer non dispicio: an latinitatis videlicet puritatem, an elocutionis nitorem, an doctrinae sapientiam, an Interpretis denique in suo officio prorsus perfecti accuratissimam sedulitatem. Huc accedit, quod valde praeclaras et novas, qui nostrum Interpretem leget, notitias hauriet. Quis ante huius editionem audivit de opere Ciceronis quod inscriptum fuerit EDICTUM L. RACILII TRIBUNI PLEBI 4)? Quis praeterea Quintum Marci fratrem praefuisse praetorem causae, quam Marcus dixit pro A. Licinio Archia 5)? Nequid dicam de perutilibus grammaticae ipsi, orthographiae, historiae, et philologiae locis, quos non incuriosi lectores passim offendent. Nequid dicam de Afranii 6) et Sinnii Capitonis 7) auctoritatibus, quae semel laudantur. Nequid denique dicam de C. Gracchi nobili orationis fragmento, quod in his ipsis commentariis quasi gemma lectissima elucet 8). — — **Commentarii praestantia.** **Orationis C. Gracchi fragmentum ineditum.**

4) Or. *pro Plancio* XXXII. 1.
5) Or. *pro Archia* II. 1. [et 2.]
6) Or. *in Clod. et Cur.* V. 3.
7) Argum. or. *de aere alieno Mil.*
8) Or. *pro Sylla* IX. 1.

Veteres Ciceronis interpretes.

VII. Nunc mihi paulo difficilior quaestio commovenda est, cui nimirum auctori ingens hic et ineditus commentarius tribuendus sit. Multi quidem veteres eruditi orationes Ciceronis scriptis commentariis illustraverunt [**explanarunt* *], quos inter videtur Tullius ipse auctor, cui rei fidem faciunt Asconius 9), Quintilianus 10), atque Diomedes 11). Vulcatii commentarios in orationes Ciceronis D. Hieronymus memorat 12). Caprum Agroetius 13) in commentando Cicerone praecipuum vocat: quod recte ne an secus dictum sit, amisso Capro, iudicare non possumus. Et quidem Capri commentarios D. etiam Hieronymus nominat 14). Denique et praedictus Asconius alios interpretes haud raro indicat orationum Ciceronis 15). Sed enim ea cuncta scripta perierunt, praeterquam Asconii et cuiusdam Scholiastae anonymi, quorum labores in aliquot Ciceronis editionibus coniunguntur. Commentarium a me nuper repertum, quia is pariter est anonymus, statim, ut par erat, cum Asconio et cum editis scholiis contuli: ac facile sane cognovi, inventa mea stili elegantiâ eruditionisque praestantiâ ad Asconium prorsus accedere, a siccitate autem et duritia Scholiastae vehementer recedere. Quumque praeterea viderem, miro quodam eventu commentarium meum ad eas ipsas Tullii orationes pertinere, quae Asconianis adnotationibus iniuria temporis orbatae essent, in eam protinus sententiam concessi, me Asconii Pediani labores detexisse reliquos, qui magno cum litterarum detrimento iamdiu perierant.

Interpres anonymus in codice ambrosiano repertus videtur Asconius.

Editio princeps partis Asconii Pediani.

VIII. Pediani commentarius in novem Tullii orationes Venetiis primum anno MCCCCLXXVII. lucem aspexit. Ea editio, quam nos ipsi manu tractavimus, nitidissima quidem est, sed lacunis et mutilationibus passim hians. Est autem haec ad eius calcem epigraphe: *Haec est pars Q. A. Pediani cura et diligentia Pogii*

9) Ad or. *in toga candida* [ed. Schütz. t. XVI. part. 2. p. 212.].

10) *Inst.* X. 7. MAI. *Ed. Bip. p. 261. Sed in omnibus his locis non intelligi debent orationum interpretationes, sed *causarum commentarii, ad praesens modo tempus aptati, ut eos dicturus composuerat:* de quibus v. annot. ad *or. pro Scauro* p. 228.

11) In Putschio p. 365. v. 45.

12) Lib. I. *contra Rufinum* edit. Veron. Tom. II. p. 472.

13) In Putschio p. 2266. v. 14.

14) Lib. II. *contra Rufinum* p. 497.

15) *Ad Divin. in Verr.* IV. VII. X. XI. *Act.* I. c. VI. VIII. *Lib. II.* in *argum.*

florentini viri litteratissimi reperta in monasterio sancti Galli prope Constantiam XX. millibus passuum: et ab ipsius Pogii exemplaribus a me A. Iu. 16) *transcripta, ac Venetiis per Iohannem de Colonia sociumque eius Iohannem Manthen de Gerretzen impressa.* Celeberrimorum Poggii inventorum, quum is in constantiensi concilio (quod ab anno MCCCCXIV. ad MCCCCXVIII. celebratum est) versaretur, in eiusdem vita, quae historiae florentinae ab eo conscriptae praeponitur, luculenta memoria est 17). Iam de reperto a se Pediano Poggius ipse in quodam codice Valerii Flacci testis est 18). Haec enim in eo sua manu exaravit: *Hoc fragmentum* (Flacci) *repertum est in monasterio S. Galli prope Constantiam XX. millibus passuum, una cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum: nos quod potuimus egimus. Poggius florentinus.*

Poggius partis Asconii inventor.

IX. Asconii scripta cum miris laudibus docti homines semper extulerunt, tum eorumdem magnam partem amissorum infinito desiderio flagraverunt. Auctor parisiacae editionis anni MDXX. haec praefatur: *Ex omnibus qui commentaria* 19) *in libros Ciceronis scripserunt, nusquam non celebrantur doctissimi ac diligentissimi duo, Asconius Paedianus et Fab. Victorinus. Sed Paedianus ut aetate prior, ita doctrina longe superior. Scripserat quidem is elegantissimas ac doctissimas enarrationes in orationes aliquot M. Ciceronis, quibus multa Veterum instituta nostris ignota temporibus pulcherrime ac doctissime explicabantur. Adnotaverat et multa ad latinae linguae proprietatem*

Asconii laudes, et scriptorum eius magnam partem deperditorum desiderium.

16) Maittaire *Annal. typogr.* T. IV. P. I. p. 375. male edidit *A. Lu.*

17) *Thesaur. antiq. et histor. ital.* T. VIII. P. I. in Poggii vita cap. VI.

18) *Idem Thesaur.* VI. P. III. in Antenore Pignorii *cap.* XVI. p. 80.

19) Quae hic scriptor dicit *commentaria*, nos in nostra editione dicimus commentarios. Duplex enim terminatio et genus huius nominis. Notat tamen Isidorus in *Differ. verbor.* (ed. Arevali T. VII. p. 432.) *Inter commentarios et commentaria hoc interest, quod commentarii libri, commentaria volumina dicuntur.* Ita etiam nonnulli scribunt *Paedianus:* et quidem apud Suidam legitur *Παιδιανός:* sed longe communius vidi usurpatum *Pedianus* sine diphthongo. Sane ita habet lapis apud Gruterum p. DCCCCLXXXVII. 15. et prima syllaba corripitur apud Silium italicum XII. 212. MAI. *Quippe; est familia *Pedia* oriundus.

pertinentia, e quibus nonnulla etiam in libros elegantiarum Laurentius (Valla) *transtulisse existimatur* 20): *utinamque non transtulisset modo, sed omnia etiam cum pulvisculo, ut dicitur, converrisset! Neque enim eruditissimum opus, cuius umbram vix adhuc tenemus, nostra haec aetas desideraret.* Franciscus item Asulanus in praefatione aldinae editionis anni MDXXII. sic loquitur: *Fuit Asconius ut suorum temporum eruditissimus, ita totius antiquitatis, et Ciceronis praesertim studiosissimus. Atque utinam ad nos integer pervenire potuisset! ut quae in ipsis orationibus perlegendis aliquid lucis requirere videntur, ab homine doctissimo illustrarentur, et non a quibusdam nostris hominibus insulsa quaedam in eas et puerilia conscriberentur.* In editione etiam parisiaca anni MDXXXVI. in qua iam nitidior fluit Asconius, is ita ab Ioanne Lodoico commendatur: *Haec Asconii fragmenta, quamvis exigua et lacera, quae nobis reliqua tanquam ex naufragio supersunt, abunde et plane, quod aiunt, leonem ex unguibus ostendunt. Quae cum legimus, reliquarum eius accuratissimarum lucubrationum summo desiderio non teneri non possumus. Quippe qui haec ipsa qualiacumque adhuc fuerunt, adeo necessaria intelligamus, ut sine iis multa antiqui moris instituta, Ciceronis loci non pauci obscuriores intelligi nequeant: ac vehementer errare eum sit necesse, qui Paedianum non fuerit secutus. Quanto bono Ciceronianae lectionis studiosis esset, si nobis hic integer divinitus aliquando tandem daretur! quod ut in ceteris est Veterum monumentis deplorandum, sic in hoc vel maxime.* Denique laudes Asconii in praefatione, quam ei praeposuit, fuse persequitur Franciscus Hotomannus, qui inter ceteros editores in hoc scriptore emendando declarandoque excelluisse videtur 21).

20) Nihil Asconio suffuratum hac in parte Vallam docet post alios plures Christophorus Poggialus in opusculo italico *Memorie intorno alla vita e agli scritti di Lorenzo Valla* p. 122. Ceterum ex Asconii commentariis excerpta quaedam ad rem grammaticam pertinentia vide in auctoribus latinae linguae a Dionysio Gothofredo collectis edit. an. MDLXXXV. p. 1362.—1364.

21) Obiter hic moneo me editiones octo Asconii manu tractasse, principem venetam anni MCCCCLXXVII. proximam huic patavinam MCCCCLXXXXIII. parisiacas MDXX. et MDXXXVI. aldinam MDXXII. Lugduni Batavorum MDCLXXV. (quam postremam ad codices ambro-

X. Operum Pediani editorum codices omnino duo in ambrosiana bibliotheca servantur, alter H. 100. part. inf. chartaceus, cum aliquot foliis etiam membraneis, qui sine dubio ante medium saeculum XV. conscriptus est, praeposita epigraphe: *Hae sunt quaedam glosulae super orationibus Tullii antiquitus factae, et nuper in concilio constāntiensi repertae.* Alter item chartaceus I. 91. part. sup. cuius in calce haec leguntur: *Reliquum deest, nec amplius reperitur, nisi in futurum emergat, quod utinam fiat! Repertum fuit in synodo constantiensi.* Codex scriptus anno MCCCCLXXV. a. Io. Ny. Ergo noster uterque codex operum Pediani editorum principe editione antiquior est. Iam hos ego codices cum antiquis editionibus contuli, quibuscum ita consentiunt, ut ea scripta aequum est, quae ab uno et vicino fonte, nempe a Poggii exemplari dimanarunt 22). Et quamquam nullam spatiosiorem lacunam horum codicum ope explere licet, multae tamen emendationes indidem peti possunt. Ordo autem commentariorum idem est in his codicibus atque in editionibus primis: qui nunc ad ordinem operum Ciceronis iam inde usque ab aldina editione accommodatus est.

Partis Asconii editae codices ambrosiani duo.

XI. Iam ego quibus momentis adductus Asconium me in ambrosiano palimpsesto invenisse arbitrer, breviter exponam 23). Id autem priusquam adgredior; magnum huic sententiae pondus adferam ambrosianorum doctorum auctoritate citata. Namque his quum ego mea de Asconio nuper a me reperto argumenta perpendenda proponerem, hoc ab ipsis gratissimum responsum retuli: ea idcirco probabiliora videri, quod olim suspicio aliqua oborta esset Asconium fortasse in ambrosianis codicibus latitare. Sed enim ante recognitam exscriptam et

Proferuntur argumenta ob quae anonymus Interpres in ambrosiano palimpsesto repertus videtur Asconius.

sianos collatam omni vitiorum genere deprehendi inquinatissimam.) denique in operibus Ciceronis amstelodamensem MDCCXXIV. et patavinam MDCCLIII. MAI. * Extant praeterea ed. Ph. Melanchthonis Haganoiae per Ioh. Secerium s. a. forma maxuma, et Argent. a. 1535. 8. Venetae cum schol. Pauli Manutii 1545. 47. 53. 63. 8. Fr. Hotomanni Lugdun. a. 1551. 54. 8. cum Titi Popmae Frisii notis Colon. 1558. 8. Lugd. Batav. 1644. 12. et Thomae Crenii 1693. 12. Denique in Cic. edd. Gronovianis, Graevianis, Verburgianis, Schütziana Asconii commentarii Ciceronis textui vel substrati vel ad calcem additi leguntur.

22) * Cf. infra *de ed. principe Mediolan. fragmm. Cic. comментt.* 2. ss.

23) * Cf. infra l. c. *comment.* 5. et *novae ed. praefat.* c. III.

ordinatam huius, de quo agimus, palimpsesti materiam elucere nondum res poterat. Nunc vero quum tanta pars commentarii in publicam lucem emerserit, quantam ne praeteritae quidem editiones complexae fuerant, ex accurata utriusque operis collatione, de vero auctore inediti commentarii satis probabiliter coniectare iam possum. Coniecturae autem meae haec fere capita sunt.

1. Elocutionis et stili genus mihi prorsus idem videtur in codice inedito atque in Asconii editionibus, purum videlicet utrobique, pressum, simplex, nitidum, elegans, et argentea immo aurea aetate dignissimum.

2. Methodus ipsa et materia commentarii eadem est in codice inedito atque in Asconii libris impressis. Utrobique siquidem praeponitur argumentum historicum et satis eruditum Tullianae orationis. Utrobique mira perspicuitate et brevitate loci obscuri enucleantur, sensus grammatici aperiuntur, historia temporum tangitur, multorum hominum vitae et munera: tum leges, mores, consuetudines praesertim urbanae et iudiciorum perpetuo describuntur.

3. Tam ex edito Asconio quam ex codice inedito apparet, auctorem commentarii posteriorem quidem aliquanto esse ipso Cicerone, sed brevi intervallo. Adeo multa in utroque scripto narrantur seu minuta seu recondita, quae nonnisi ab eo, qui iis rebus aetate esset proximus, resciri potuissent.

4. Mos est Asconii satis frequens provocandi ad paulo ante a se dicta. Idem saepe facit noster Interpres.

5. Ad orationem *in Vatinium* IX. 5. indicat omnino Interpres se scripsisse in orationem quae hanc praecederet, nempe in *Sextianam*, quae, ob ipsam materiam, *Vatinianae* praeponitur. Iam vero putatur Asconius commentatus fuisse in omnes prope Ciceronis orationes.

6. In codicis commentario ad orationem *pro Plancio* XIV. 4. satis significat Interpres se multas Tullii facetias in Verrinis agnovisse 24). Tum ad orationem *in*

24) *Immo dicit de Cicerone: *quem non ignoramus multum facetiis et urbanioribus dictis indulsisse, id quod locis pluribus in Verrinis orationibus potuimus agnoscere:* ad quae Maius: „Videtur hic indicare Interpres se commentatum quoque esse in Verrinas.“ Ergo ipse Maius aut se illas facetias agnoscere non potuisse fateatur aut se in Verrinas quoque commentatum esse demonstret.

Vatinium IX. 4. ait, saepe se fecisse mentionem legum Aeliae et Fufiae. Iam vero in Verrinas scripsit Asconius, ut in editionibus videre est, ibidemque multos Ciceronis iocos notavit 25). Tum legis Fufiae meminit revera *in Verr. de praet. urb.* XLII. 26) Fufiae et Aeliae *contra Pison.* IV. Plures alias congruentias Asconii editi cum commentario inedito suis locis infra notamus 27): ex. gr. ad orationem I. editam *pro C. Cornelio* scribit Asconius: *Hic est Cotta, de quo iam saepe diximus.* Et revera apud Interpretem etiam nostrum dicitur de hoc Cotta ad orationem *in Clodium et Curionem* VII. 2. Tum ad editam orationem *in Pisonem* XV. dicitur: *P. Clodii App. Claudius, sicut iam saepe significavimus, fuit frater.* Fit autem eius rei mentio etiam in scholiis a me nuper editis ad orationem *pro Scauro* VI. [§. 34. p. 190. s. hui. ed.] quae mihi item adnotationes Asconianae putae videbantur 28).

7. Ad orationem editam *pro Milone* V. scribit Asconius: *Illud vos meminisse non dubito, per Q. Fusium* (seu Fufium) *illo quoque tempore, quo de incestu P. Clodii actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur.* Quo loco videtur Asconius provocare ad ea quae dicta sunt in argumento orationis *in Clodium et Curionem* [p. 87.].

8. In commentario edito ad orationem *pro Milone* XXXII. ait Asconius putare se iam significasse legem, quam Clodius ferre proposuerat de suffragio libertinorum. Iam vero ea narratio nusquam occurrit in Asconio edito, legitur autem apud nostrum Interpretem ad

25) *Ad Divin.* IV. XI. XIV. et alibi.

26) *Immo plane alius ab illa ibi meminit legis *de iure civili.*

27) Vide certe ad or. *pro Plancio* XIII. 2. n. 7. ad or. IV. *in Catil.* V. 1. n. 1. MAI. *Priore l. observatur, ut hunc anonymum interpretem, sic Asconium ad *divin. in Verr.* XI. uti adverbio *iculariter;* altero cum scholio — *Cognitor, id est defensor et quasi procurator et patronus eius, quam laudo, sententiae. Cognitor autem procurator erat, qui aderat praesenti* — comparantur similia de hoc voc. scholia Asconii ad *divin. in Verr.* IV. pr. et ad *lib. I. in Verr.* V. med.

28) *Qua in re V. D. manifesti erroris refellitur ipso illo scholio comparato cum edito ibidem Asconii scholio. In utroque enim eadem de P. Clodio, Appii fratre, qui se de patricio plebeium fecerat, modo paulum variato exponuntur. Sed videtur ipse V. D. sententia sua desistere in *commentatt. de ed. princ. Mediol.* 13. 14. quantumvis pro scholiastae illius auctoritate propugnet.

orationem *de aere alieno Milonis* IV. 1. videri Clodium eam legem fuisse laturum.

9. Item in commentario edito ad orationem *in Pisonem* X. scribit Asconius se iam dixisse, L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse. Id autem quum frustra quaesiveris in Asconio edito, occurret tibi apud Interpretem nostrum ad orationem *pro Plancio* XXXV. 2.

10. Incommoda ipsa, quibus tum editus Asconius tum Interpres noster ineditus laborant, eiusdem generis sunt. Uterque enim iniuria temporum et scribarum incuria male habitus est. In utroque sunt lacunae modo verborum, modo sententiarum. In utroque non raro commentarius est acephalus aut mutilus. Quare in emendando aut declarando Pediani textu strenuam operam posuerunt doctissimi viri Gulielmus Budaeus, Lodoicus Alvarus, Paulus Manutius, Carolus Sigonius, Andreas Patricius, Franciscus Fabricius, Petrus Nannius, Petrus Danesius, T. Popma Phrysius, Iacobus Cruquius, Thomas Crenius, Ioannes Fridericus Gronovius, Franciscus Hotomannus, et quorum paulo ante locos recitavi editor parisiacus, Franciscus Asulanus, Ioannes Lodoicus, et alii: eaeque adnotationes partim saltem editioni Asconii Lugduni Batavorum anni MDCLXXV. subiunguntur. Quantam medicinam nostro codici inedito nos fecerimus, ex notis nostris patebit. Denique tum in calce parisiacae editionis anni MDXX. tum ab Andrea Patricio in editione Lugduni Batavorum p. 284. monemur, Asconii verba aegre interdum in codicibus a Ciceronis verbis distingui. Id mihi quoque, dum codicem exscriberem, haud raro molestiam et perplexitatem creabat 29).

Concluditur Asconium videri prorsus inventum in ambrosiano palimpsesto. Asconius igitur prorsus a nobis iudicatur noster Interpres, tum propter has omnes coniecturas, tum praecipue ob octavam et nonam. Iam si sua cuique scriptori natura est, suus cuique color ac paene vultus; nihil autem editus olim Asconii textus, ab eo qui primum nunc editur, differre videtur; reliquum est, ut nos deperditas Asconii partes magno Dei beneficio deprehenderimus. Quumque ad IX. tantum Tullii orationes commentario Asconii uteremur, nunc iam XVI. ab eo illustratas lega-

29) * Cf. infra annotatio ad *comment. de ed. princ. Mediol.* 5.

mus: quas inter orationem *pro Scauro* nova parte commentarii iam instructam 30). — —

XII. Quoniam Asconium me invenisse, si non omnino indubium, certe verisimile comprobavi, sequitur ut de Asconii aetate nondum satis inter criticos constituta paucis disseram: ut hoc etiam lectores nostri cognoscant, quantae scilicet antiquitatis auctorem in lucem nos emittamus. Asconii Pediani, eius certe qui in orationes Ciceronis commentatus est, aetas patet omnino ex eius adnotationibus olim editis ad orationem *pro Scauro*, ubi de Scauriana domo 31) haec ait 32): *Possidet eam nunc Longus Caecina, qui consul fuit cum Claudio.*

Quo tempore Asconius vixerit.

Noto in primis, in Asconii textu scribendum *Largus* pro *Longus:* quamvis etiam duo codices ambrosiani habeant *Longus*, quod mirum non est, siquidem exemplaria omnia ex uno apographo Poggii (qui et hunc errorem fortasse invexit) profluxerunt. Porro *Largus*, non *Longus*, Caecina consul fuit cum Claudio imperatore et consule II. anno Urbis DCCXCV. Et quidem *Largus* habent Dio ad hunc annum, cum notis ibi adiectis in editione hamburgensi MDCCL - MDCCLII. qua nos semper utimur. *Largus* item habet lapis neapolitanus apud Gruterum CXVI. 5. Spanhemius *de usu numism.* T. II. p. 9. seq. Baronius cum nota adiecta *Annal.* T. I. p. 288 - 289. Item Norisius *epist. consul. in apparatu ad Baron.* p. 153. Pighius *Annal.* [t. III. p. 571.] Tillemontius *Hist. imp.* Panvinius *Fast.* Mediobarbus *Numism.* Gussemius *Lexic. numism.* Muratorius *Annal. ital.* T. II. p. 21.: tum Sigonius ita emendat in *Continuat. fastorum*, apud quem et alii auctores: tum denique Lipsius *ad Tacit. Annal.* XI. 33. 33) Si ergo Largus Caecina qui fuit consul cum Claudio possidebat

Emendatur locus Asconii ex quo eius aetas eruitur.

30) Vide orationum *pro Scauro, pro Tullio* et *pro Flacco* praefationem meam cap. V. et monitum item meum orationi *pro Scauro* praepositum.

31) *Hanc ipsam domum in Palatio de M. Scauro emerat P. Clodius A. U. DCCII. paucis mensibus ante necem teste eodem Asconio in *argum. Milonianae* ed. Schütz. p. 528.

32) *In hac nostra editione *pro Scauro* ad §. 45. *i.*

33) *Add. Ioh. Nic. Funccius *de imminenti Lat. linguae senectute* c. V. §. XXIII. n. *l.* qui animadvertit *Longi* nomen mendosum in fastis etiam a nonnullis retineri, ut ab Ioh. Funccio *chronolog.* p. 93. C. a. 794. Henrico Norisio atque Graevio *Rom. antiq. thes.* t. II.

Constitutae superius Asconii aetati contradicere videtur in chronico Eusebiano D. Hieronymus.

XIII. Sed enim D. Hieronymus in chronico Eusebiano ad annum [MMXCI.] septimum Vespasiani scribit: *Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII. aetatis suae anno captus luminibus, XII. postea annis in summo omnium honore consenescit.* Id si vere diceretur, Asconius nec Virgilium audivisset, a cuius obitu ad septimum Vespasiani annum intercedunt anni LXXXXIII; nec annos natus LXXVII scripsisset, quoniam oculis iam captus fuisset. Chronici Eusebiani auctoritate commoti duos Asconios effinxerunt Scaliger ad Eusebii editionem priorem *animadv.* p. 183-184., et Vossius *de historic. lat.* I. 27. Sed longe rectius (inquit Fabricius *Biblioth. lat.* [lib. II. cap. 6.] ed. nov. in *Asconio*) Hieronymum metachronismi arguisset olim Scaliger, quod facere non dubitavit Io. Harduinus ad Plinium in *indice auctorum* T. I. p. 54. [ed. Franz. v. X. p. 279. s.] fitque in ipsa Scaligeriana Eusebii altera editione *animad.* p. 200.

Obiter Fabricii dictum de Asconii aetate expenditur.

Quod vero rursus ait Fabricius p. 65-66. in *Asconio* (ut ne ego id quidem hic praetermittam) videri Quintilianum fuisse auditorem Asconii, quia *Inst.* I. 7. ille scribit, se ex Pediano comperisse Livium usum esse vocabulis *sibe et quase*; id per se fortasse rem non probat. Eam enim notitiam tam ex audito quam ex lecto Pediano Quintilianus potuit comperire. Ceterum Quintilianus *Inst.* X. 1. dicit se vidisse inter disertos Domitium Afrum, qui quidem sub Caio anno DCCLXXXXII. fuit consul suffectus, et in chronico Eusebiano dicitur ad annum quartum Claudii clarus orator et sub Nerone mortuus. Ergo Quintilianus adolescens Asconium quoque iam senem potuit audire loquentem.

Locus chronici Eusebiani, ut plane incertus, reiicitur.

Sed ut redeam ad difficultatem ex Hieronymo petitam, eam prorsus ego disiecerim, si illum Hieronymi textum nullius firmitatis esse probavero. Ad eum quippe locum in editione novissima Veronensi T. VIII. p. 681. haec adnotantur: *Huic praenomen est singulari Q. littera, quam Pontacus explicat Quirinus. Sunt etiam qui Ausonium pro Asconio legant: nec Pediani ipsum cognomentum aliis atque aliis ποικιλογραφίαις caret. Putare itaque malim alium* (scriptorem) *a celebri Asconio Patavino, qui Virgilii familiaritate usus est,*

Patavinis et I. N. Funccium *de imminenti L. l. senectute* c. V. §. 23. n. *k*.

Philargyrio teste, heic abs Hieronymo indicari. Adeo nec oportere aut duos cum Scaligero Asconios comminisci, ut temporum ratio constet (alioqui Virgilio familiaris diceretur, qui annis fere viginti ab eius morte natus demum fuisset) aut de tot annorum metachronismo, ut idem Scaliger in secundis curis, et Harduinus ad Plinium faciunt, Hieronymum incusare. Ignotus hic nobis est re et nomine auctor, Q. sive Quirinus et Squirinus: Asconius, sive Ausonius, et Pasconius, et Ascodius, et Squascodius etc. ita enim veteres libri variant 38). Pontaci autem in hunc chronici locum notam, ex qua haec fere sunt eruta, vide sis in apparatu ad chronicon, Tomi eiusdem paginâ 263. 39).

Vossii quoque sententia de Asconii aetate reiicitur.

Superest excutienda sententia Vossii qui 40) ex Suida voc. Ἀπίκιος Μάρκος et Ἀσκώνιος, quibus in locis dicitur Asconius ventitasse ad mensam M. Apicii cum Iunio Blaeso, notat recentiorem aetatem Asconii, quoniam Iunius Blaesus omnino, ut ait, sit ille qui Galbae et Vitellii temporibus vixit, et quem Tacitus in historiarum libris I. II. et III. memorat 41). Sed vir ceteroqui doctissimus hic mihi falsus videtur, non considerato satis Sui-

38) In Eusebiani chronici principe editione mediolanensi est *Quirinus Ascanius Pedianus*.

39) Antequam alteri huic Ciceronis editioni supremam manum imponerem, de chronico Eusebii (quem Graeci totum, Latini dimidium desiderant) apud Armenios Venetiis superstite ad me notitia delata est. Quae quum animum meum, uti par erat, vehementissime percussisset, seposito parumper Cicerone, coepi protinus, adiutore et interprete qui se Mediolanum contulit Ioanne Zohrabo doctore armenio, chronici Eusebiani descriptionem accuratam conficere, eiusdemque amplissimum specimen typis tradere. Itaque is liber cum graecis PHILONIS et PORPHYRII novis operibus, quorum alia in ambrosianis alia in armeniacis codicibus inventa erant, paucis abhinc mensibus Mediolani editus est. Sed enim ad hunc locum quod adtinet, nulla Asconii in armeniaco Eusebii codice mentio fit. Ex quo licet intelligere, eum latinum auctorem abs Hieronymo in chronicas Eusebii tabulas esse invectum. Neque id mirum, quum nos ipse Hieronymus in chronici praefatione de instituto suo his verbis moneat: *Sciendum est, me et interpretis et scriptoris ex parte officio usum, quia et graeca fidelissime expressi, et nonnulla quae mihi intermissa videbantur, adieci, in romana maxime historia, quam Eusebius huius conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quam ut, graece scribens, parum suis necessariam perstrinxisse, mihi videtur.*

40) *De Historic. lat.* I. 27.

41) Idem paene ait Scaliger *animad. ad chr. Euseb.* ed. sec. p. 200.

da. Namque in voc. Ἄκιλιος Μάρκος dicit Suidas, Asconium ivisse ad coenam cum Iunio Blaeso, quum hic esset consul cum Lucio: mensam autem fuisse M. Apicii. Iamvero Iunius Blaesus consul suffectus fuit cum Lucio Tiberii anno decimo, Urbis conditae DCCLXXVI 42): M. autem Apicius is est, quem memorant Dio LVII. 19. Tacitus *Annal.* IV. 1., et quem Athenaeus lib. I. p. 7. v. 5. [c. 6. in fi.] diserte ait sub Tiberio vixisse. Cur ergo respexit Vossius ad Blaesum minorem in historiis Taciti nominatum, neque unquam, quod meminerim, consulem appellatum, potius quam ad superiorem, Seiani avunculum, potentia praevalidum, Africae proconsulem 43), quodque magis ad rem facit, consulatus honore insignitum?

De unici Asconii aetate conclusio. Unus est igitur Asconius, idemque Ciceronis interpres, Virgilii et Asinii Galli auditor, Livii familiaris, et circa tempora Claudii scriptor clarus. Quia vero locus Hieronymi, in quo Asconius historicus nominatur, plane incertus est, haud scio an is iure a Vossio inter latinos historicos recenseatur, nisi forte ob Sallustii vitam, quam ab Asconio conscriptam inquit [*ait*] Acro ad Horatii *lib.* I. *satyr.* II. 41. Nequid dicam de libello cui titulus *de origine gentis romanae*, quem Asconio perperam quidam tribuerunt: quorum sententia nec a Fabricio probatur in *Asconio*, atque ab ipso auctore libelli repel-

42) Vide *Art de vérifier les dates* Tom. I. p. 351. et Murator. *annal. ital.* Porro hoc anno Urbis DCCLXXVI, Tiberii decimo consules ordinarii fuerunt *Asinius Pollio* et *Antistius Vetus*. *Antistio* praenomen *Caii* plerique, praeter Blanchinium, tribuunt: sed *Lucium* fuisse apparet ex lapide apud Muratorium *nov. thesaur. inscript.* CCCI. 4. Quo loco doctissimus Muratorius haec notat: *Non est corrigendus Blanchinius, quod Antistio Veteri praenomen Lucii tribuat; immo reliqui corrigendi, qui Caium illum appellant. Pluris quippe est in hisce rebus auctoritas unius antiqui indubitati lapidis, in quo firma semper est scriptura quam librorum, quorum fortuna obnoxia est erroribus librariorum ac typographorum, quibus facile fuit ex vicinitate formae L. et C. unam pro altera litteram accipere, et Lucium in Caium immutare.* Habemus igitur hoc anno consulem *Lucium*. Adde quod Frontinus *de aquaeductibus* (edit. Plantin. MDCVII. lib. II. p. 119.) habet consules *L. Martium* et *Antistium Veterem*. *Lucius* autem *Martius* fuit quidam suffectus.

Iunius Blaesus fuit item consul suffectus hoc anno, ut constat ex lapide nuper laudato apud Muratorium. En igitur Iunium Blaesum consulem cum Lucio, ut Suidas ait, et quidem sub Tiberio, quo tempore vivebat ille M. Apicius, ut diximus.

43) Tacit. *Annal.* III. 35.

litur, qui in exordio operis memorat decimum consulatum Constantii, cuius aetas immane quantum ab Asconiana, quam statuimus, abest.

De aetate prioris scripturae in duobus palimpsestis bibliothecae ambrosianae.

XIV. Quoniam de Asconii aetate pro viribus egi, restat ut aliquid dicam de priore duorum palimpsestorum scriptura, in quibus ego inedita tum Ciceronis opera deprehendi, tum etiam Asconii, ut gravibus argumentis me comprobasse confido. — — E primo quidem palimpsesto ea scholia erui, quae partibus a me nuper editis orationis *pro Scauro* subiiciuntur. De cuius codicis aetate, quum eam tunc sententiam protulerim 44), cuius nondum me poenitet, nunc aliquid mihi explicatius disputandum est. Qua ego disquisitione utrumque una palimpsestum complectar, priorem nempe in quo partes continuae Ciceronis cum scholiis, et alterum in quo partes abruptae cum commentario. Ego igitur sic fere existimo, prioris codicis primam scripturam, quod iam indicavi 45), ad II. aut III. a Christo nato saeculum; alterius primam item scripturam ad IV. aut V. saeculum pertinere.

Antiqua orthographia utriusque palimpsesti.

Duo autem praecipue in his codicibus observanda sunt, orthographia nimirum et calligraphia. Et orthographia quidem eadem prope est in utroque codice: siquidem utrobique fere videas haec antiquitatis vestigia: *adulescentia*. *aliqui* pro *aliquis*. *aliut*. *aput*. *auris* pro *aures* et similia. *cetera* pro *caetera* 46). *Clodi* pro *Clo-*

44) Praefat. ad or. *pro Scauro* etc. cap. VI.

45) Loco nuper citato.

46) *Recte scribitur *cetera* ad fidem antiquorum monumentorum. V. *orthographia utriusque Pisanae tabulae demonstrata a F. H. Norisio s. orth. Norisiana* (edita cum Schurzfleischii *orthographia Romana*, Vitemb. 1707.) c. 2. §. 2. p. 60. Latinum idioma e Dorica et Aeolica dialecto ortum esse constat. Dores autem καὶ ἑ contrahebant in κῆ, e. g. κἠγὼ, κῆφα, iidemque ut Aeoles tenuem pro aspirata, κ pro χ adhibebant, v. c. μοῦκος, δέκομαι, κιθῶνα dicentes. V. Aug. Matthiae *grammat. Gr.* mai. ed. 1. §. 33. pr. et in primis Koenii annot. ad Gregor. Corinth. *de dialecto Dorica* §. CLI. p. 340. ss. ed. Schaeferi. Similiter Latini *Caere* pro χαῖρε, *carum* et *gratum* a vv. Grr. χαίρω et χαρτόν, et *cetera* pro καὶ ἕτερα. De vocabuli vi diximus et a *relicuo* distinximus in Friedemanni et Seebodii, quos honoris causa nomino, *miscellann. critt.* vol. I. part. I. commentat. ultima. Nimirum *cetera* sunt praeter ea, quae iam dicta sunt, omnia ex eodem genere, aut *quorum diversae partes iunctura in unum sunt coactae*, aut *ex distantibus composita, quorum adhuc membra separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. Illi*

dii et similia, sed non semper. *epistula* 47). *exolare. illut. idem* pro *iidem. isdem* pro *iisdem. is* pro *iis. inlatus* et similia. *intellegere* pro *intelligere. kaput. karitas. nequi* pro *nequis. optinere* pro *obtinere* et similia. *pervolgare. quamtus. querella. quom. quotiens. totiens. relicum. scribtus. temptare* et similia. *tribunos* pro *tribunus. voltus.* unicam formam litterae *u*, eamque qualis nunc vocalis exprimitur. numquam *i* longam. In codice secundo litterae compendiariae pro verbo collocatae duobus punctis includuntur sic, v. gr. ·P· et quidem ad litterae medietatem. At in priore codice anterius punctum fere omittitur. Gemina puncta in schedis vaticanis, e quibus editum est Livii fragmentum, etiam cl. Iuvenatius observavit 48). Idem Iuvenatius iam mo-

enim, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diducti et singuli sunt: ut describit Seneca in *ep.* 102. post in. Sic, ubi distinguuntur certa rerum elementa, ap. Cic. *N. D.* II. 7, 18. *An cetera mundus habebit omnia* (np. et humorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique illum spirabilem), *hoc unum, quod plurimi 'st,* (np. rationem) *non habebit?* Ib. 41, 105. *Cetera labuntur celeri caelestia motu* — loquitur de *stellarum inerrantium maxuma* illa quidem *multitudine, quarum* tamen *ita descripta distinctio 'st, ut ex notarum figurarum similtudine nomina invenerint.* Contra sine illa distinctione III. 20, 51. dixit *relicua astra*, np. praeter solem et lunam omnia promiscue. Ipsa poëtae verba recitans orator *pro Plancio* 24, 59. addit: *Nostis cetera.* Contra Plinius III. *ep.* 9. *Erat in consilio Sertorianum illud exemplum, qui robustissimum et infirmissimum militem iussit equi caudam —: relicua nosti,* respiciens quippe rem tantum ab alio aliis verbis enarratam.

47) *Epistula* pro *epistola* constantissime scriptum vidi in omnibus, qui mihi occurrerunt, antiquis codicibus, eamque perpetuo scripturam in editione Frontonis expressi: quam tamen nescio quo pacto scriptor quidam Germanus improbavit (*Leipziger literatur-Zeitung* 16. *April. n.* 96. *p.* 762.). Sed enim eadem ab erudito Italo Dre Labus congestis lapidum exemplis luculenter confirmata est (*Biblioteca ital.* 1816. *Settemb. p.* 428 — 429.). Quod vero Germanus idem scriptor contendit, quia scribitur graece ἐπιστολή idcirco dicendum latine *epistola;* id quoque ab alio perdocto Italo Petro Iordano refelli memini, quum verissime diceret, infinita vocabula graece scripta per *o* litteram brevem, apud Latinos per *u* efferri, quod certe in nominum terminationibus sollemne est. MAI. * Hoc quoque Aeolicum est. V. interpp. ad Gregor. Corinth. *de dialecto Aeolica* §. IX. p. 585. s. Et *epistulas* quidem dudum scripserat God. Hermannus, illustris grammaticus, in Plauti *trinummo* 788. et alibi.

48) Edit. Neap. anni MDCCLXXIII. p. 43. *quod valde,* inquit, *notandum est: nec enim alibi huius moris exempla, nec in scri-*

nuit 49) propter multa menda quae forte occurrant, non esse retrahendas ad sequiorem aetatem membranarum scripturas, quandoquidem multa monumenta vel antiquissima mendis scatent. Et Livianas quidem schedas emendatiores nostris codicibus dicere quis ausit 50)?

Calligraphia prioris palimpsesti.

Calligraphiâ tamen nostri duo codices non parum inter se differunt. Nam prioris non solum pulchra est, sed prope ad lapidarium typum exarata. Quae scriptura ut absolutius cognoscatur, eius omnes litteras excusas exhibemus 51). Et quidem littera A sine lineola transversa occurrit in schedis Livianis, in Virgilio vaticano quem Schelstratus adiudicavit saeculo Septimii Severi 52), in Virgilio mediceo, et in inscriptionibus sepulchri pompeiani nuper ab eruditissimo Millinio editis 53), aliisque plurimis monumentis antiquissimis. E et F cum lineolis brevissimis in Virgilio vaticano et in sepulchr. pomp. Item G cum virgula inversa brevissima in papyro latina herculanensi 54), in Virgilio vaticano. Vide etiam dissertationis isagog. ad hercul. volum. part. I. tab. VII. 7. Formam adspiratae H 55) notabis similem, quamvis inelegantiorem, in papyro herculanensi latina. L et F excedunt superiorem versus lineam, ut in schedis Livianis. P. parvo cum capite, et quidem aperto ut in Virgilio vaticano et saepe aliis antiquis monumentis. I cum brevi linea superiore ut in Virgilio vaticano, in papyro latina hercul. alibique. V lineâ sinistrâ inclinatâ ut in papyro latina hercul., Virgilio vaticano et mediceo: sed in nostro codice est longe elegantior haec littera 56). Dicam igitur quod Iuvenatius de suis schedis Livianis 57): *Facit, ut in Antoninorum aetatem incidisse huius prioris codicis primam scriptionem putem, ipsa in primis litterarum, quibus exarata est, conformatio ac concinnitas.* Immo concludam ut idem Iuvenatius de suis Li-

Aetas scripturae textûs in palimpsesto priore.

ptis libris, nec in veteribus lapidum, aut aeris tabulis observare memini. At ego huiusmodi puncta vidi non solum in praedicto codice, sed etiam in aliis plurimis licet non antiquissimis mss. — —

49) Pag. 80.

50) Conferatur tabula emend. fragmenti Liviani p. 35-36.

51) **Specim.* tab. prior. n. II.

52) *Praef. ad Virgil. vatic.* p. 4.

53) Neapoli MDCCCXIII.

54) *Herculan. volum.* T. II.

55) **H* litteram in specimine expressam non invenimus.

56) *Eamdem formam habent litt. *G*, *U*, nec absimiles sunt *A* et *I* in cod. Vaticano *librorum de re publica:* pariterque in cod. Taurinensi.

57) P. 80.

vianis 58): *Siquis veterum librorum quae circumferuntur litterarum specimina cum his schedis componat, tum quae de illorum aetate docti viri atque in antiquitate investiganda diu multumque versati scriptis mandarunt, animo reputet; ei non tam, quemadmodum Antoninorum temporibus conscriptas istiusmodi schedas fuisse approbet, quam quemadmodum non longe ante conscriptas approbet, laborandum esse.*

Aetas scripturae scholiorum in eodem priore palimpsesto.

Iam scholiorum huius prioris codicis duplex scriptura est, altera fere quadrata, altera rudior. Illa quidem ipsâ textûs scriptione vix recentior videtur, alteram sequiorem esse aliquanto haud gravate concedam. Nihil autem vetat, quin putemus, haec scholia, licet antiquissima, a librario paulo recentiore scripta in codice fuisse, ita ut neutra tamen scriptura scholiorum saeculo IV. aut V. posterior sit.

Aetas prioris scripturae in altero palimpsesto.

Alterius codicis priorem scripturam ne saeculo V. seriorem pronunciem, moveor primum auctoritate antiqui censoris codicis ambrosiani, qui secundam huius scripturam (quam solam ipse vidit) putavit prope coaetaneam chalcedonensi concilio. Hanc ego quidem ad VII. aut etiam VIII. saeculum pertraho 59): verum inter primam et secundam superinductam tantum interest, ut si tria saecula intercedere dicam, moderate immo parum me dixisse arbitrer. Reapse scriptura, de qua nunc agimus, fragmentorum VII. orationum Ciceronis cum amplo commentario, adeo et ipsa spatiosa est, adeo pulchra, quodque gravius momentum est, adeo priscam orthographiam exprimit, ut serior saeculo V. iudicari omnino non possit. Ne prolixus sim (in tanta praesertim exemplorum copia) si conferatur papyrus aegyptiaca, quam Maurini monachi ediderunt 60), et cuius scripturam saeculo VI. seriorem negant esse dicendam; patebit luce meridiana clarius scripturam priorem nostri codicis adeo magnitudine, forma, orthographiaque litterarum praestare, ut instituta proportione cum nuper laudata papyro, tum etiam cum plurimis aliis a celeberrimo Caietano Marino editis, scriptio ambrosiana ad saeculum potius IV. quam V. pertinere videatur. Addo denique, Turcium Apronianum, qui saeculo V. floruit,

58) P. 85.
59) * V. supra p. XXVI. s.
60) *Nouveau traité diplom.* T. I. p. 487.

usum esse omnino litterarum D. E. G. H. M. eâ formâ 61), quae in nostro codice etiam comparet. Formam autem litterae Q. quam in hoc ambrosiano codice vides, cave putes recentiorem, quum ea occurrat etiam in specimine characteris quadrati antiquissimi scholiorum, quae nos edidimus ad orationem *pro Scauro*.

XV. Atqui nonnullae etiam voces in his scriptis occurrunt [* *reperiuntur* *], quas in veteris latinitatis lexica nondum relatas notavi. Nimirum COMPECTO 62) FAMATUS 63) RESUM, ES 64) LENITIES 65) HUMILITARE 66) VINCENTER 67) ADMONEFACIO 68). (Nihil dico de voce SENSIO 69) quam pro *sententia* vides in Isidori glossario.) Alias fortasse diligentes lectores notabunt. HUMILITARE activâ quidem formâ nusquam vidi, sed *humilitari* passivâ apud Cangium ex Fausto Regiensi. Quod siquis roget quid de his vocibus, quas praesertim in Interprete offendimus, statuendum videatur, duplex potest esse responsio. Prior quidem, non continuo iudicanda esse vocabula barbara, siqua vel a lexicis veteris latinitatis absunt, vel apud recentiores tantum scriptores huc usque supererant. Nam certum est, plurimis amissis antiquis scriptis, multa quoque cum iis vocabula periisse, quae prodire par est, siquando aliquod ex iis [* *illis* *] scriptis deperditis in lucem reducatur. Tum ipsi barbari auctores [* *scriptores* *] saepe bonis vocabulis utuntur, quae tamen sublestae fidei eatenus habentur, quatenus ea apud hos tantum leguntur. Haec igitur vocabula, sive quae nusquam antehac extabant, sive quae apud sequiores tantum auctores occurrebant; quoniam cum antiquo scriptore deperdito sese nunc produnt, ea, inquam, in veteris latinitatis lexica referenda videntur. Id sicui non placet, alteram accipiat minus mihi probabilem responsionem ex Hadriano cardinali 70) qui de Asconii edito textu sic loquitur: *Asconius Pedianus, qui tametsi sub Augusto Caesare floruit* 71), *bonaque*

De quibusdam novis vocabulis quae in his operibus occurrunt.

61) Eiusdem operis Tomo III. 56.

62) *Pro Scauro* XII. [II. 8.]

63) *Pro Scauro* XIV. [II. 13.]

64) *Pro Scauro* XV. [* II. 14. pr. vitiose scriptum *].

65) *In Clod. et Cur.* V. 1. [* ubi restituenda nobis videbatur *virulentia* *].

66) *Pro Sylla* VIII. 1.

67) *Pro Sylla* XIII. 1.

68) *Pro Plancio* XXXIV. 5.

69) *Pro Sylla* XIII. 1.

70) *De modis latine loquendi.* Coloniae MDXXIX. p. 245.

71) Melius Hadrianus dixisset sub Claudio: quamquam et Augusti aetatem vidit Asconius.

multa atque elegantia scripsit, sicuti ex libello, sive potius fragmento, quod ante hos annos repertum est, colligi potest, multa fluit ac scatet barbarie: quam tamen barbariem non ab illo certe, qui bono etiam tunc tempore eruditus est, provenire puto; sed potius ab aliquo insulso atque ineleganti grammatico, qui interpretis vice functus, inepta multa conseruit, quae postea una cum bonis auctoris verbis descripta sunt. Et quidem vocabula *compecto*, *famatus*, *resum*, *admonefacio* non apud Interpretem sed apud ipsum Ciceronem occurrunt [* *depraehenduntur* *] 72).

De notis Editoris criticis ad haec opera.

XVI. Age vero tam nobiles summorum auctorum lucubrationes, quum ad iustam libri formam digessissem, nullis ea porro criticae artis ornamentis instruerem? Sed nudas hiantes tenebrisque vix depulsis caecultantes in illustrissimam huius saeculi lucem emitterem? Id quum absurdum mihi videretur, coepi eas pro meae eruditionis copiolis presse quidem sed accurate expolire. Itaque et singulis Tullianis orationibus, saltem ineditis, monitum praeposui in quo cuiusque historiam, occasionem, propositumque evolvo. Tum perpetuis adnotationibus ipsas Ciceronis particulas et commentarium Interpretis primum quidem a pluribus amanuensium veterum mendis purgo, tum de codicis palaeographia, vocabulis interdum novis, rebus denique cunctis notabilioribus lectores admoneo. Lacunas aliquot minimas codicis, voculis interiectis (distinctis tamen a vetere textu) expleo. Et quia in scripto tam annoso et abrupto multa obscura esse sentiebam, id quoque curavi, ut implorata historiae et philologiae ope, mediocrem ei lucem adspergerem. Quia vero nullum scriptorem evidentius explicari iudicabam, quam cum ipse sui fit interpres, Ciceronem quidem ex eius editis scriptis saepe declaravi; commentarium autem anonymum, quum Asconii esse putem, frequentissima Asconianae editionis comparatione consectatus sum.

Haec nova opera commendantur Italiae.

XVII. Nunc quoniam satis videtur fluxisse verborum, ut extremum aliquid habeat oratio, ita mihi finiendi necessitatem imponam, si nationi meae si praestantissimae provinciarum omnium Italiae haec maiorum

72) * Addatur ex *or. pro Tullio* 16. *centuria populiana*, si quidem recte interpretati sumus. Cf. *addenda* ad *or. pro Scauro* II. 13. p. 284.

nostrorum rediviva opera singulariter commendavero. Scilicet ei populo, unde orta gravitas et magnitudo animi videtur: qui diu cum tot gentibus de disciplinarum atque artium gloria decertavit: cuius doctrina, vis ingenii, pulcherrima gesta orbis terrae iudicio comprobantur. Quippe Deus Italiam cum elegantiae, ubertatis, sacrorum sedem constituit; tum eruditionis etiam, litterarum, artium, *scientiarum* [*en vocabuli formám et potestatem *barbariei* testem et indicem!*] post barbarica saecula arcem esse voluit sempiternam. Quare haec etiam inventa quasi igniculos quosdam Deus extudit, quibus animi nostri ad industriae laudem eierentur. Obliviscendum nobis putamus ea nos in terra versari, ubi barbarorum incursus et furor innumeros italicorum ingeniorum labores inficetis temporibus obruit? O duros animos, o derelictos homines ab humanitate qui tam turpem cladem ediderunt! Nulla potest eloquentia indignitatem rei pro merito detestari. Atque utinam quod barbarorum olim imprudentia aut satietas nobis reliquum fecerat, id alii deinceps molestissimi casus non eripuissent 73)! Hem conditionem miseram atque acerbam

73) Quae *κειμήλια* italica anno MDCCCXIV. adhuc apud Gallos *δορύληπτα* [*sic.*] plorabamus, ea demum ineunte hoc anno MDCCCXVI. restituta Italiae gavisi sumus. Quo tempore praecipue memini me videre Traiani tabulam alimentariam, cuius litterarum forma, praeter quam quod paulo rudior, ad primum Ciceronis codicem ambrosianum magnopere accedebat. MAI. *Nonne igitur indignum est et nefarium, quod vos, qui vestra reciperastis, non tamen reddidistis omnia *κειμήλια δορίληπτα* bibliothecae Palatinae, sed pauca tantum? Vid. Wundtii progr. *de celeberrima quondam bibliotheca Heidelbergensi*, Heidelbergae 1776. 4. *Geschichte der nach Rom entführten Heidelberger Bibliothek von* A. **Friederich**, Carlsruh. 1816. 8. *Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelbergischen Büchersammlungen.— von* **Friedrich Wilken**. *Nebst einem meist beschreibenden Verzeichniss der im Iahr* 1816. *von dem Pabst Pius VII. der Universität Heidelberg zurückgegebenen Handschriften*, Heidelb. 1817. E quibus disces de 3522 codd. vi raptis redditos esse 890, licet Germania tam iusta clarigatione suos litterarum thesauros repetierit, quam is, qui quasi iure Quiritium Divi Petri patrimonium sibi vindicat: qui suam doctrinae supellectilem cum multis aliis artium operibus magni pretii adeoque una cum libertate a Gallis Germanorum fortitudine et virtute debellatis reciperarat. Miserrimum est autem, quod isti thesauri in bibliotheca Vaticana latent avaris abditi terris, cum praefecti invidia atque illiberalitas doctos homines, quorum ista eruditionis strumenta sunt *sapientium iure et communi lege Naturae, quae vetat ullam rem esse cuiusquam nisi eius qui tractare et*

italicorum studiorum! quorum praestantissima laus ideo quasi proposita atque edita in altum videtur, ut ab omnibus ventis fortunae adversae circumfletur [* *circumflaretur* *].

Italorum studia laudantur atque excitantur.

XVIII. Sed non clamitabo iam vehementius, nec volitabo in hoc insolentius. Neque enim Itali tot incommodis cladibus rapinisque vexati idcirco animos abiecerunt: immo vero litterarias divitias, siquae sibi a naufragio supersunt, acriore industria, atque, ut ita dicam, graviore cum fenore exercent. Nam et ordinandis populorum nummis, declarandis regum diplomatibus, legendis marmorum titulis, edendis codicum scriptis diligentissimam curam impendunt. Iam pinacothecae et lycea et nobiliorum artificum scholae quid aliud ostentant nisi anaglypta et statuas antiquo opere et summa arte perfectas? Semper enim haec ornamenta atque artificia, signa, tabulae pictae, sigillata vasa, toreumata, emblemata Italos homines singulariter delectarunt. Quis praeterea tam dite solum paulo eruditius effodit, quin nummos, cippos, statuas, columnas, papyros etiam, et praeclara opera omnigena commoveret? Nunc demum mea tenuis industria Ciceronem, atque, ut mihi penitus persuasi, etiam Asconium ex ambrosianis forulis excitavit. Quare ii qui praestanti ingenio et singulari sagacitate praediti sunt ea moliantur excogitent tentent, quae fieri ab iis civibus debent, qui sint patriam temporibus miseris diu prostratam, studiorum fructibus atque oblectamentis recreaturi.

uti sciat, ab eorum usu excludat et, ut expectationem ipsorum versutiloquentulis malitiis et calumniis frustretur, ne vanissumae quidem mendacitatis turpitudinem fugiat. V. Perzii, v. cl., *italienische Reise* p. 7. Peyronis contra liberalitas atque humanitas nemini umquam defuit. Vid. Blumii *iter Italicum lib. I.* p. 87. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret, ipsa re et factis comprobantis hoc, quod Maius probe certe intellexit eleganterque praecepit, *eruditorum commoda mutuis officiis gubernari.*

ANGELI MAII
NOVAE EDITIONIS *)
PRAEFATIO.

I. Splendidissimum Ciceronis ingenium adeo nulla posteritatis oblivione obsolescit, ut assiduis potius studiosorum hominum curis latiorem famam acquirat et tamquam exornetur. Itaque et ego qui paucis ante annis novas maximi oratoris divitias in publicum usum eduxi, nunquam ab ea mente recessi, nanciscendum aliquid otii, quo Tullianum libellum et ad veritatem codicis diligentius revocarem, et limarem politius, measque ipsius observationes vacuo animo pensitarem, atque omnino toti operi fastigium imponerem. Quis enim tanto sit inflatus errore, ut quae summo cum labore difficultate miseriaque e palimpsestorum involucris expediverit, eadem credat, veluti armatam Minervam e Iovis cerebro, omnibus numeris absoluta se in lucem emittere? Accedebat

Nova et melior editio partium Ciceronis ambrosianarum.

*) **M. Tulli Ciceronis** *sex orationum partes ante nostram aetatem ineditae cum antiquo interprete ante nostram item aetatem inedito, qui videtur Asconius Pedianus ad Tullianas septem orationes. Accedunt scholia minora vetera. Editio altera, quam ad codices Ambrosianos recensuit, emendavit et auxit ac descriptione codicum CXLIX. vita Ciceronis aliisque additamentis instruxit* **Angelus Maius.** *Mediolani, regiis typis* MDCCCXVII. 4. et 8. cum tab. aer. inc. Hac editione Tullium cum eius Interprete multis particulis auctum, nonnullis mendis purgatum, digniore atque utiliore forma refectum Maius denuo inscripsit *Iacobo Comiti Mellerio* in ditione Mediolanensi Regni Longobardici-Veneti Praesidis vices gerenti etc. benivolo studiorum suorum auxiliatori et duci, qui ei scrutandi codices alacritatem addidisset; qui hortatus esset ut tota mente in hanc curam incumberet; qui denique Mediolanensium typorum nitore rediviva trium oratorum, Ciceronis, Frontonis, Symmachi, membra decorari voluisset.

exemplum doctissimorum virorum, qui veteres auctores illustrandi causa nullam molestiam recusant, atque in critice et commentationibus largam operam collocant: quamquam eadem saepe dicuntur a multis, ex quo libris omnia redundant.

Quid in nova editione curanda praestitum sit.

II. Et meum quidem librum Romae statim, tum in Germania atque Anglia 1) semel iterum et tertio recusum scio. Sed enim haec Tullii eiusque Interpretis nova opera quis extra septum bibliothecae ambrosianae collocatus meliora effecerit? quis voces dubias confirmaverit? quis lacunas expleverit? quis menda principis editionis certa auctoritate sustulerit? Omnino necesse erat, quo in loco haec primum scripta post diutissimum interitum vitam receperunt, ibidem quoque expoliri, formam viresque contrahere, paulatim augeri ac veluti educari, et denique ex incunabulis in solem et pulverem litterariae reipublicae robustiora amandari. Quippe quum omnia in unius codicis fundamento nitantur, quidquid ab eo remotus coniectura vel sapientissima construas, *periculosae plenum opus aleae tractas et incedis per ignes suppositos cineri doloso* 2). Ego postquam in Tullianos palimpsestos lubens incurri, etsi ab excipiendo omnia tum rei incredibili difficultate tum ipsa temporis brevitate excludebar, tamen quin statim quae erant in manibus ederem, nullam moram interponendam putavi. Habet enim iustam ignominiam quod aliquando cum celeritate detexeris, idem cum desidia supprimere. Quis autem tantae rei nos indormire aequo animo passus esset? Nunc vero et exercitio et dexteritate paulo munitior ad hos iterum accessi praeclaros codices, quos incomptis unguibus barbari asperoque cultro discerpserant. Novus porro labor tam optabilem exitum sortitus est ut plane vicerit opinionem meam. Undique enim mihi suppeditavit quod aut priori libello ex

1) **M. Tullii Ciceronis sex orationum fragmenta inedita cum commentariis antiquissimis item ineditis. Invenit, recensuit, notis illustravit A. Maius. Denuo impressum Londini apud I. Mawman MDCCCXVI.*

2) Horatius *Od.* lib. II. 1. MAI. *Utique, si editoris in codicis lectionibus et lacunis exhibendis incuria ingeniosorum hominum sollertiam destituit: de quo conquerimur in annot. ultima ad *comment. de ed. princ. Mediol.* 14. Sed tamen incolumes incessisse videmus alios per ignes p. 229. ss., cum ille, qui doloso cineri supposuerat, semiustilatus sit (v. p. 119. s. 124. s.) ideoque medicas manus expectans in *or. pro Tullio* §. 18. pr. *sedeat orare.*

integro recens adiicerem aut emendationis locum obtineret. Itaque et partes aliquot novas in textum invexi, et vocabula multa praetermissa supplevi et detorta correxi et omnino plus centum locos partim Tullii ipsius partim Scholiastae restitui: tum etiam in notis meis quidquid pingui Minerva egeram, id accuratiore eruditione refeci. — Atque eas etiam partes earumdem orationum adiunxi, quae apud plures auctores temere hactenus sparsimque supererant.

De praestantibus scholiis et commentationibus nuper editis ad partes Ciceronis ambrosianas.

III. Iam ad meas praefationes quod adtinet, quum in eas quidquid olim e re esse arbitratus sum congesserim, visum est easdem paene intactas in hac editione recudere. Illud omnium operosissimum fuit, quod Asconium ipsum Pedianum in ambrosiano ampliore Scholiaste me detexisse autumavi. Qua quidem in controversia, licet quod cuique libet existimet, ego sane adeo opinionem ante susceptam non immutavi, ut sentiam gravioribus in dies momentis me in ea confirmari atque defigi. Semper utique ad fidem editoris maxime pertinere iudicavi, ita quidquid sibi videretur de sinceritate scriptorum ab eo dici, ut in neutram partem conspici posset. Iam ego omnino tria scholiorum genera protuli; primum ad orationem *pro Scauro* ex antiquissimo omnium palimpsesto; alterum ex alio item vetere palimpsesto ad septem orationes *in Clodium, de aere alieno Milonis, de rege Alexandrino, pro Archia, pro Sylla, pro Plancio, in Vatinium*; tertium ad quatuor reliquas orationes e codice saeculi decimi. Primum et tertium scholiorum genus Asconio esse inscribendum tunc ita suspicatus sum, ut, propter materiae paucitatem, haudquaquam dubitationem abiicerem 3). Secundum quin Asconianis commentariis sit adiungendum nec ullus fere tunc dubitavi, neque apud me unquam, ut arbitror, ea opinio detrimentum probabilitatis capiet 4). Equidem si Asconii nomen legissem, cum ego caelum me digito putassem attingere, tum etiam effecissem ut maxime laetarentur viri eruditi. Nunc, quoniam Asconii nomen a codice mutilo excidit, reliquum est ut in coniecturae argumentis acquiescamus. Ego sane ingentem scholiorum numerum his annis legi, quae temporibus ineruditis scri-

3) Lege praefationem priorem principis editionis cap. V.

4) Lege de fragmentorum Tullianorum principe editione Commentationes [*huic praefationi subiectas*].

ptitata sunt. Scholia ad Terentium ante decimum saeculum nata ego ipse luci mandavi, quae quidem ab huius Tulliani interpretis nobilitate quam longe absint, dictis confirmare nil opus est. Alii vero Tullii interpretes (qui plurimi in ambrosianis codicibus latent) neque multa neque bona eruditione pollent: etymologias vocabulorum, figurarum notationes, aliasque nugas pueriliter consectantur. Quid referam elocutionis illuviem? quid verba de barbarie fluentia? quid scabiem et porriginem? quid scholasticam levitatem? Asconianus contra, quem tueor, commentarius earum omnium lucubrationum obiurgat insaniam. Adde quod in codicum recentiorum paene omnibus scholiis christiani sparsim ritûs semina apparent: at in his Asconianis secus fit. Quamvis autem scholiis ubertas orationis adhiberi non potest, nitet tamen in his limata quaedam et rerum et verborum munditiies. Rursus nescias, in hisce scriptis eruditionis an latinitatis maior laus contineatur. Presse itaque dicam: adeo hic liber Asconianam mihi personam sustinere videtur, ut si diserte id adfirmem, apud aequos quidem iudices notam temeritatis vix pertimescam.

Codices nulli ambrosiani, exceptis palimpsestis, Ciceronem augent.

IV. Praeter duos palimpsestos, qui mirifica felicitate in ambrosiana bibliotheca superfuerunt, ingentes codicum Tullianorum, divitias apud nos conditas iampridem noveram, quas ego nisi commoverem, ἀχαριστίας crimen adversus loci munificum Conditorem subiturus mihi videbar. Igitur quum acerrimi essent morsus amissorum Ciceronis librorum, quumque mira impellerer cupiditate ad scripturas eiusmodi vestigandas, coepi magna spectare et ad ea vehementi studio contendere. Sed ego laevus qui speraverim ambitiosam aliquam gemmam ex his fodinis extundere! Omnes enim illae Ciceronis operum sollemnes lacunae mihi se ubique obtruserunt. Quod ego in eam partem accepi, temporibus scilicet barbaris pauca superfuisse exemplaria, eaque ipsa imperfecta: ab his universum praesentium librorum genus expressum. Ergo vix adducor ut credam, esse aliquos uspiam codices (exceptis palimpsestis aut eiusmodi rarissimae vetustatis libris) qui Tullium cumulatiorem contineant. Iamvero de his Tullianis, qui sunt centum circiter et quinquaginta, codicibus factum est a me diligenter: diu multumque in manibus fuerunt. Verum quum Tullii supplementum nullum occurreret, id mihi pen-

nas spei incidit, quae iam non possunt renasci. Profecto enim magna pars Ciceronis procellam barbariae ferre non potuit.

Codicum Ciceronis ambrosianorum accuratus catalogus editus.

V. Unus supererat labor, eruditis nostrae aetatis hominibus ut spero gratissimus, codicum scilicet ambrosianorum, quibus opera Tullii continentur, perspicua descriptio. Et Tullii quidem rationibus magnopere profuisset diligentem omnium scriptorum vocabulorum cum editis collationem institui. Atque ita me admonebant cunctorum sermone celebratae curae Hieronymi Lagomarsinii, qui de florentinis olim codicibus maximam messem variarum lectionum excerpsit. Sed neque meae vires eius laboris gravitatem possent sustinere, et occupationum etiam excusatione utor. Satis itaque visum est Tullianorum bibliothecae ambrosianae codicum notam, itemque materiam sive membraneam sive chartaceam, tum magnitudinem atque aetatem, quodque plurimi refert, scripta in iis Tullii opera modo cum scholiis modo secus, nec non quidquid ad eumdem Tullium spectaret, diligenti catalogo 5) recensere. Erit autem fortasse tempus quo aliquis praestans philologus plurimum conferet in Tullium studii, novamque operam, et accuratiorem criticam facultatem. Atque is demum gratiam nobis habebit, qui Ciceroni adornando copiosissimas opes intento digito demonstravimus. Quin adeo labor hic noster multorum fortasse industriam ad evulgandos quos habent codices excitabit. Nam nec ab ista tractandorum codicum laude prorsus Itali absunt, et eruditorum commoda mutuis officiis gubernantur.

Editiones ad veritatem codicum exigendae sunt.

VI. Et quoniam me huc provexit oratio, fateor me a nonnullis seu graecorum seu latinorum auctorum editionibus ingentem cepisse dolorem. Nimis heu quidam critici temerariis castigationibus indulserunt, in quo vitio nihil mali non inest. Quamvis enim haec et illa lectio non placeat, tamen contra codicum auctoritatem pugnare vix licet. Isti interim pro gloriola suaque praesenti libidine nullam posteritatis habuere rationem. Itaque et libros spuriarum pravitate lectionum infecerunt, et criticam artem omnibus flagitiis contaminaverunt, et eas editiones curaverunt, quas nemo sanus aspicere sine

5) *Huius utilissumi sane catalogi (in ed. Halensi repetiti p. 621. — 645.) notitiam certe omittere nolui.

suspirio possit. Habent igitur Ciceronis recte constituendi lautissimam a me copiam critici homines in codicum praesertim indice, quem quum nec temere nec festinanter, sed lenta patientia summaque religione confecerim, eius usum perutilem perpetuumque fore spero. Et codicum quidem ambrosianorum tantus numerus est, ut cuncta prope Ciceronis opera cognita ad eos liceat exigere 6). Iamque ego nihil sciens praetermisi, quod ad Tullii gloriam pertineret: idque cum sponte mea feci, tum amore tanti viri inflammatus, cuius nomine ipse recreor. Tu vale, lector, et quod iampridem Fabius monuit 7), tantum te profecisse scias quantum Cicero placebit.

6) *Hoc facere iam instituit Franciscus Bentivoglio in *Cic. opp.* ed. Mediolanensi.

7) *Institut.* X. 1.

ANGELI MAII

DE EDITIONE PRINCIPE MEDIOLANENSI

FRAGMENTORUM CICERONIS

COMMENTATIONES.

1. Editis Ciceronis novis fragmentis totâque Europâ diffusis nemo qui contradiceret, quantum ego scio, repertus est. Sed quia cum orationibus septem, *in Clodium* videlicet etc. Commentarium antiquum coniunxi, quem Asconio Pediano multis argumentis adserere nisus sum; adversus hanc opinionem telum, etsi plane irritum, iecit vir doctus Borussus, quem honoris causa nomino B. G. Niebuhrius. — — Is in praefatione Berolinensis suae frontonianorum operum editionis 1) ait, se ex meis scriptis comperisse, ad codicem synodi chalcedonensis conficiendum adhibitas esse tum aliorum veterum membranas, tum etiam Interpretis octo orationum Ciceronis. — Sed paulo aliter quam est a me dictum loquitur cl. Niebuhrius. Scilicet in chalcedonensis synodi codice est quidem Interpres septem Tullii orationum; verum Scholiastes octavae, id est Scaurianae, in alio codice occurrit: quod et diligenter propter ea quae deinceps dicam intelligi volo, et a me pluribus verbis declaratum est 2).

2. Iamvero de Interprete, quem ego Asconium esse opinatus sum, pergit Niebuhrius dicere 3): *Hic Ciceronianus Interpres magni sane pretii est et doctus, non tamen est Asconius, sed idem qui in Verrinas scripsit,*

1) Pag. XXXIV.

2) Lege principis editionis praefationem primam cap. VI. alteram cap. II. III. XIV.

3) Praefat. ad Fronton. p. XXXIV. n. 4. MAI. * Cf. Orellius *excursu XI.* ad *or. pro Plancio*, qui quinti vel sexti saeculi Grammaticum censet.

A. Lic. Archia c. III. schol. 9. 8) ibid. ad c. XII. 9) ad *or. pro Sylla* c. V. 10) et c. VII. 11) ad *or. pro Plancio* c. XIII. 12) ad *or. in Catil.* IV. c. V. 13) Sed iam adde quam praetermisi locutionem in Asconio et Interprete frequentissimam *significat*, et *significare videtur;* cum videlicet rem a Tullio demonstratam nominant. Adde τὸ [?] *notissimum est* ad *or. de aere al. Mil.* II. 8. *de Rege Alex.* II. 4. in schol. 5. ad *or. pro Sylla* c. VII. schol. 3. ad *or. in Vatin.* c. IX. quod congruit cum Asconiano *notum est* ad Pison. cap. XXXIX. Adde τὸ [?] *adeptus consulatum* 14) in schol. 5. ad *or. pro Plancio*

spoliasse. Si tacuisset, lis ei aestimabatur, ut victo; si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum eius criminum et instituebatur accusatio; itemque ad lib. II. *in Verr.* c. 3.

8) *De Octavio, *quem post bellum civile nuper collegam suum L. Cinna victor occidit:* quod idem narrat Asconius ad orat. *pro Scauro* I. 6.

9) *Ibi ad schol. 1., *versus, quos saturnios appellaverunt,* laudatur Asconius ad *act. I. in Verr.* X. pr. de *versu senario hypercatalecto, qui et saturnius dicitur.* Ad alterum ex eod. capite lemma, *hunc ad perficiendum odoravi*, annotatur: „Editiones habent *hortatus sum.* At noster Interpres legit *adoravi*, quod mira quadam explicatione declarat: [*Hoc verbum adoravi significat cohortatus sum; adoravit autem orare et petere significat:*] nisi forte locus in insigni aliquo mendo cubat. Ceterum Asconius ad lib. I. *in Verr.* cap. XXVI. *Poscunt Maioribus* mire item exponit.“ Mira item argumentatio! Corr. *adhortavi* et *adhortare autem* etc.

10) *Ibi schol. 5. post commemoratam legem Corneliam de ambitu: *Severior lex Calpurnia et pecunia multa fuit et in perpetuum honoribus iussit carere damnatos;* et Maius: „De hac lege ad orat. I. *pro Cornel.* scribit Asconius: *Tulerat eam ante biennium* (nempe anno Urbis DCLXXXVII.) *C. Calpurnius Piso consul, in qua, praeter alias poenas, pecuniaria quoque poena erat adiecta.*“ Ex quo l. in illo priore corrigendum *pecuniae multa*, i. e. eo, quod pecuniae impendio multabat; aut pro *multa fuit* cum Garatonio *multavit.* Sed similiter loquitur Cic. *de re p.* II. c. 9. Romulus *multae dictione ovium et boum . . . coërcebat.*

11) *Ibi ad schol. 5. *Novitatem Ciceronis multi quidem per illa tempora contumeliis agitare voluerunt, ut Catilina et Clodius, et ipse, quamvis collega fuerit, C. Antonius*, comp. Ascon. ad orat. *in toga candida* sub fine: *Huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt, quod solum poterant, invecti in novitatem eius.*

12) *Notatur vox *ilocalariter*, qua utitur Asconius quoque *ad divin. in Verr.* XI.

13) *Schol. 1. declarans, qui sit *cognitor*, compar. cum Asconio ad *divin. in Verr.* IV. et ad lib. I. *in Verr.* V. In schol. ibid. 2. et ad *or. de aere alieno Milonis* II. 2. *Clodius socius Catilinae* dicitur: quod saepe ei a Cicerone obiectum scribit Asconius ad *or. pro Milone* XXI.

14) *Sic ipse Cicero loquitur in *or. pro Mur.* 7, 15. in fi. *de off.* II. 17, 59.

c. X. quod occurrit [* *legitur* *] et apud Asconium ad I. pro Cornel. post v. CXI. et in Pison. cap. XIX. Adde τὸ [?] *vult intelligi* in schol. ad *or. de rege Alexandrino* II. 2., quod item est apud Asconium ad orat. in toga cand. circa medium [p. 214. ed. Schütz.]. Adde *de legationibus per consules ordinatis* in schol. 2. ad *or. pro Plancio* c. XIII. quod confer cum Asconio ad lib. I. in Verr. cap. XXXV. Adde denique quidquid congruentiarum vel diligens vel otiosus criticus facili negotio coacervare potest 15). Omnino igitur hunc Interpretem vel

15) *Addamus igitur e. gr. hanc observationem, quod uterque interpres *attractionis* figura delectari videtur. V. annot. ad *schol. or. in Clod.* III. 3. comp. cum annot. 1. ad Ascon. in *or. pro M. Scauro* I. 1, *b.* et *addend.* p. 280. Diversam tamen in lemmatis excerpendis consuetudinem ab ea, quam Asconius sequitur, videor animadvertisse. Namque apud Asconium e Tullii orationibus integras fere exceptas habemus sententias. Ambrosianus autem scholiasta breviores tantum rettulit sententias, longiores in minuta frustula discerpsit, ut vix ex interpretatione demum suspicere, quid ab oratore dictum fuerit. Quod cum etiam in commentariis ad orationes Verrinas secus quam in ceteris usu venerit, hoc ipsum peritissumo utique existumatori Niebuhrio suspicionem movisse videtur, ut illos quoque commentarios Asconio Pediano abiudicaret, tribueret Maii clienti Ambrosiano et Patavii civi ascriptitio. Addamus adhuc Peyronis de his scholiis sententiam oppido probabilem. Hic V. D. p. 231. e vacuis spatiis, quae passim offenduntur in codice Ambrosiano (quamquam *vacua* quidem *spatia* neque *offendere* neque *offendi* posse existumaram), coniicit „hoc commentarium exscriptum fuisse ex adnotationibus, quas vir eruditus in usum suum vel in adversaria retulerat, vel orae codicis Tulliani adleverat, sed male conscribillatis, in quibus frequentes liturae officerent lectioni, cuiusmodi esse solet primum operis tentamen offusum, uti fit, lituris, emendationibus, additamentis quaquaversus exaratis. Cum itaque" (ait) „librarius paucarum litterarum homo offendisset huiusmodi exemplar, hunc confecit codicem, in quo multa errata admisit vel in Tulliano textu proponendo, quod ex orationibus pro Archia, Sylla, et Plancio facile constat; ordinem textuum perturbavit, uti quisque videt pro Plancio XXXIV. 1. et XXXIV. 2.; tandem [* *denique* *] multis vacuis spatiis testatus est, se continentem orationis seriem haud potuisse expiscare [* —*ri* *] in Scholiastae autographo. Quae coniectura eo spectat, ut dubium eruditis eximam, utrum tot veniant inserendae voces, quot recipiendis par sit vacuum spatium. Sane Cl. Editor optima quandoque divinatione lacunas supplevit eo litterarum numero, quem non admitteret vacuum schedae spatiolum. Sic in pag. LXXVI.

**** *NECVEROILLAM NEFARIAM LIBERTATEM LEGISMETIOFITINORATIONEQUAE HABITAESTPROMILONE*

Vir Clar. his verbis *suffragii scilicet libertinorum cuius* supplet vacuum spatium ante verba

meam de Asconio invento minime improbans, eo tamen loco nonnihil offendi visus est, quo Commentarii auctor ait 25): „Feriarum latinarum sacrificio solitum esse hoc observari, ut Hostia [et] civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent ex Albano monte *secundum veterem superstitionem.*“ Videtur autem viro egregio haudquaquam dicturus fuisse Asconius eas caerimonias *secundum veterem superstitionem* usurpari, quoniam eae sua aetate summa adhuc veneratione frequentabantur. — Sed enim ego et acumen hominis mire laudo, et tamen obiecto argumento sic censeo occurrendum: Vocabulum *superstitio* de religioso ritu sine contumelia usurpatum esse a scriptoribus ethnicis nemo dubitat. Porro *superstitio* seu caerimonia petendi carnem ex Albano monte feriis latinis, iam ipso tempore Asconii *vetus* erat, quandoquidem a Romae regibus fuerat instituta.

9. Quod vero idem perdoctus criticus legendum iudicat *hostiae civitates* pro *Hostia [et] civitates*, primum moneo, codicem omnino habere HOSTIA CIVITATES; deinde copulam *et* haud raro desiderari in his palimpsestis, quae res et ex nostra editione cognoscitur, et a Kiloniensibus editoribus (de quibus mox dicam) sapienter notata est 26). Tum si recipias eam coniecturam, fit paulo insolentior dictio *ut hostiae civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent:* sunt enim duo substantiva nomina *hostiae* et *civitates* 27). Denique quoniam Dionysius Halicarnasseus 28) ait, eas ferias statutas esse a Tarquinio communes Romanis, Latinis, Hernicis et Volscis, eiusque sacrificii participes fuisse populos non minus XLVII, considerent, quaeso, eruditi homines diligentius, num Alba latina urbs ab eius sacrificii iure sit excludenda, quod vult criticus Genevensis.

10. E multis quas repetitas audio Ciceronis mei editionibus, tres in meas manus venerunt, eaeque tantummodo priorum trium orationum *pro Scauro*, *pro Tullio* et *pro Flacco*, Romana videlicet Francofurtensis atque Kiloniensis. Et de duabus quidem prioribus, quoniam eae ad exemplar Mediolanense exactae sunt, nihil

25) Ad orat. *pro Plancio* IX. 1.

26) Ed. Kil. trium orationum *pro Scauro* etc. p. 29. MAI. *Haec notatio ad §. 35. p. 194. s. obest potius inserendi copulam libidini.

27) *Tum potius iungendum *hostiae-carnis* h. e. carnis de victima. Cf. I. *ad Att. ep.* 3. pr.

28) Antiq. rom. IV. 49.

dicere habeo. Tertiam Kiloniensem sane utiliter inspexissem dum hanc meam editionem adornarem, nisi diu expectata, tunc demum ad me venisset, quum nova editio iam ad umbilicum deducta esset.

11. Prodiit editio Kiloniensis cum emendationibus et commentariis Andr. Guil. Crameri iurisconsulti et Carol. Frid. Heinrichii philologi anno MDCCCXVI. vol. I. in 4°. Iam hi duo perdocti modestique homines diligenti admodum studio in hac lucubratione versati sunt. Praefatur Heinrichius sane graviter et cum curiosa rei gestae expositione. Sequuntur orationes cum amplissimo commentario, in quem eximiae diligentiae, eruditionis, artis criticae, omnigenaeque doctrinae opes innumeras coniecerunt. Ad emendandum principis editionis textum multiplici coniectura usi sunt, modo feliciter modo secus, modo ita ut novis adhuc tentaminibus locus sit. Neque ego locos omnes percurro, neque laudo vel refello singulas coniecturas: nova enim mea editio ad ambrosianum palimpsestum iterum exacta, quid bene quid secus praestiterint, passim ostendit 29). Plura etiam a me praeoccupata sunt vel in ipso Tullii contextu vel in notis. Quare in his immorari supervacaneum est. Doctis observationibus aliquam etiam contra nos sententiam Cramerus et Heinrichius immiscuerunt. Qua de re haud equidem certandi studio cum viris humanissimis, sed veritatis gratia breviter dicam.

12. Heinrichius hoc reprehendit 30) in praefatione mea (cap. IV.) quod ego Federicum Borromaeum, bibliothecae ambrosianae fundatorem, dixi largis muneribus redemisse codices a Bobiensibus monachis, quos tamen codices Boscha oblatos munifice a possessoribus ait (locus enim Mabillonii, quem item laudat Heinrichius, neutram in partem trahi potest.) — Sed enim de re domestica facilis mihi responsio est. Quippe in cunctis, qui apud nos sunt, Bobiensibus codicibus scripta mentio est munerum quibus magnificus Federicus eos redemit. Quoniam vero earum inscriptionum una fere formula est, instar omnium sit inscriptio ipsius Seduliani palimpsesti e cuius priore scriptura tres Tullii orationes *pro Scauro*, *pro Tullio* et *pro Flacco* a me erutae sunt. Sic

29) *Saepius etiam codex Taurinensis.

30) Ed. Kil. p. IX. n. 6.

autem se habet: *Sedulii carminum Fragmentum. Hunc codicem longobardis characteribus maioribus conscriptum, qui ex bibliotheca Bobii a S. Columbano instituta prodiit Ill.mo. ac R.mo Card. Federico Borrhomaeo B. Caroli patrueli, dum ambrosianam bibliothecam manuscriptis codicibus ornaret, religiosissimi S. Benedicti Patres vicissim ab ipso Ill.mo. munere compensati* (in aliis codicibus vidi *quam simillimo munere*) *humanissime tradiderunt anno* 1606, *Antonio Olgiato eiusdem ambrosianae quam primus omnium tractavit praefecto.*

13. Ad orationem *pro Scauro* quaedam etiam scholia ex eodem palimpsesto a me edita sunt. Haec ego in principe editione, dixi Asconiana me suspicari 31), ita tamen ut eam quaestionem definire prorsus non liceret: eamdemque dubitationem in nova etiam editione iterum prae me tuli 32). Namque alia ratio est ingentis Commentarii ad VII. Tullii orationes, quem longe plura et graviora argumenta Asconio vindicant. Iam ut in scholiis orationis *pro Scauro* sistamus, Cramerus quidem ea Asconii esse dubitat 33), quod sibi nimirum neque ad doctrinam neque ad stilum huius accedere videantur. Iamvero horum scholiorum duplex genus est, ut ego diligenter in utraque mea editione monui, nempe alterum rudioribus litteris, alterum quadratis et pulcherrimis exaratum. Mirum est autem quod adversus rudiorem pauloque recentiorem scripturam, nihil possint Kilonienses editores obiicere. Revera si praesertim in nova editione respiciant ad §§. 14. 15. 20. 30. 44. 45. *a.* quid in his scholiis ab Asconii vel doctrina vel stilo abhorret? Nonne ea (quod dixi olim de Asconio 34)) breviter et erudite textum explicant, historias et consuetudines romanas evolvunt, nonne nativus quidam argentei aevi color in iisdem elucet? Et historiam quidem romanam quum tria ex his scholia contingant (ad §. 30. 44. 45. *a.*), alterius utique et tertii scholii veritatem idoneis exemplis suo in loco me confirmare memini. Sed et primi summa veritas a Tullio ipso comprobatur 35) his verbis: *In*

31) Princip. ed. praef. pr. cap. V. et monit. ad orat. *pro Scauro.*
32) Princip. ed. praef. pr. n. 13.
33) Ed. Kil. p. 4. [*nostr. p. 120.*]
34) In monito ad orat. *pro Scauro*, et praef. pr. princip. ed. cap. V.
35) De Divin. I. 45.

delectu consules observant ut primus miles fiat bono nomine.

14. Itaque et Kilonienses Editores reprehensionem suam ad illud longius scholium converterunt 36) quod quadratis litteris et pervetustis et speciosissimis, etsi minimae formae, in codice scriptum est. Aegre admodum id scholium e codice eruitur, quia adhuc magna eiusdem pars latet ibi in sempiternis lituris demersa: neque ego imaginem eius lacunae accurate exhibui: quod ut fieret, non modica pagina cudenda erat: qui sane labor et quae cura tanti non videbatur 37). Iamvero tria romani senatus sub regibus incrementa constant ex Dionysio Halicarnasseo II. 12. 47. III. 67. Origo illa appellationis *conscripti* vera est, nedum nugatoria, quod videbatur Heinrichio. Iam et illa de tribunatu plebeio, de tribus Claudiis, (qui locus ob similitudinem comparandus est cum Asconio ad I. pro Corn. post v. CXI.), de pontificum saliari mensa quis merito reprehendat? Tum et consulatum communicatum cum plebeiis quis ignorat? Quae sequuntur in liturae obscuritate vehementer nutant: siquid vero absurdum videtur, id ob intercepta plurima scholii membra contingere necesse est: neque iure propter incertum crimen auctor scholii damnatur. Consules alterum plebeium alterum patricium semper fieri necessarium fuisse non dicitur in scholio: praeter quam quod is locus lacunâ obscuratur. Scaurus item migravisse ad plebem diserte non dicitur: sed potius fingitur id studere C. Claudius Publii frater et imitator (si tamen et is locus certus est) cui rei favent quae dicuntur a Tullio in oratione.

15. Eam particulam orationis pro Scauro: *quanti quod habebat* etc. quam olim, (punctis tamen conclu-

36) Edit. Kil. p. 52. — 58. [*hui. ed. p. 188. 191.*]

37) *Verum tamen nos tum fortasse aliquanto aliter lacunas supplevissemus ad §. 34. Neque possumus non probare Peyronis de ratione huiusce commentarii edendi consilium p. 235. „Singulorum foliorum imagines minuta et anxia diligentia exhibeantur. Sunt enim in codice lacunae, seu vacua spatia; sunt lineae evanidae; sunt fugientes litterae; haec omnia rectius ipsa folii imagine repraesentantur, quam verbis. Illud quoque commodi inde est, quod omnes lacunae demonstrentur vel iis in locis, in quibus contextus integer videri potest.“

sam) in mediam orationem inserui 38), nunc ad extremam reieci. Ubivis enim ea collocetur, perinde est. Quippe sunt pauca et incerta verba, quae ego ex interiore tegumento codicis ligneo, cui membranea lacinia adhaerebat, aegerrime exsculpsi: ob quorum collocationem quis me iure commendet vel reprehendat?

38) *Recte tum ante illud fragm. II. 8.; iam vero nos 4. e.

AMEDEI PEYRONIS

AD FRAGMENTA *)

ORATIONUM CICERONIS

PRAEFATIO.

Inedita Ciceronis fragmenta commendaturus lectoribus, nihil, nisi Ciceronis nomen recitabo, quod perfectissimi elogii instar est. Si enim Romani Oratoris laudes persequens demonstrare satagam, illum a natura, disciplina, patriisque institutis fuisse ad summam eloquentiae praestantiam efformatum, praeterquam quod eius gloriam deterere timeo ingenii culpa, id demum dicam, quod inter omnes constat. Sin praestantiam foliorum a me detectorum celebrem, videar lectorum iudicium praeoccupare. Quare quam bonum faustumque sit eloquentiae, historiae, literisque universis meum hoc inventum, doctis viris iudicandum relinquo; ipse vero in rem praesentem veniens referam primum de codice Taurinensi palimpsesto, deinde de editionis ratione.

Inter libros a Bobiensi tabulario S. Columbani in Bibliothecam R. Taurinensis Athenaei illatos nobilis est, licet a nemine hucusque laudatus, codex D. IV. 22., membranaceus, saeculi XII, foliorum 112, in 8°. maiori, qui

*) *M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro, pro Tullio, et in Clodium fragmenta inedita; pro Cluentio, pro Caelio, pro Caecina etc. variantes lectiones; orationem pro T. A. Milone a lacunis restitutam ex membranis palimpsestis bibliothecae R. Taurinensis Athenaei edidit et cum Ambrosianis parium orationum fragmentis composuit Amedeus Peyron* etc. *Idem praefatus est de bibliotheca Bobiensi cuius inventarium anno* MCCCCLXI. *confectum edidit atque illustravit. Stuttgardiae et Tubingae, in libraria Ioannis Georgii Cottae.* MDCCCXXIV. 4.

tenet D. Augustini *Collationem cum Maximino Arianorum Episcopo*, editam Opp. t. VIII. At mihi codicem attentius intuenti vestigia se prodebant vetustioris scripturae recentiori oblique suppositae, eaeque adeo evanidae, ut vix unam alteramve syllabam legere possem. Utebar ergo medicamento Gallae Orientalis in aqua dissolutae 1); sed vix, aut omnino non proficiebam. Nam cum scriptorium atramentum constet sulphato ferri, atque galla infusa, ferrum autem progressu temporis ab aëris efficacia oxydetur [malo enim docte, quam latine loqui], tum si oxydatio[*nem*] minima[*m*] esse contingat, facile ferrum affici potest, atque exsuscitari a liquore gallae, neutiquam vero si maxima. Paria dicantur de Prussiato Ammoniacae, quod utpote minimam acidi Prussici quantitatem in se continens, haud potest ferrum a pertinacissima oxydatione expedire. Adibam itaque collegam meum Giobert Chemiae Professorem, virum, in quo nescias, utrum magis suspicias eximiam scientiam, an urbanitatem ames. Nec mora; ipse medicamentum parat. Membranas primum aqua communi lavat; tum intingit in Acidum Muriaticum, quod unicum

1) *Hoc medicamentum antea occultatum principes promulgarunt monachi Maurini in l. *nouveau traité de diplomatique* t. IV. p. 459. annot. 1. Praesentiora venena commendantur in Frid. Blumii, v. cel., *itinere Italico* t. I. p. 260. s. Iisdem tamen venenis, quibus Peyron renovavit *codicis Theodosiani* saeculo VI°. aut VII¹. initio scripti fragmenta, extinctus est Iulius Valerius, sub cuius saeculo XI. exarata versione *rerum gestarum Alexandri Macedonis*, ab Aesopo Graeco descriptarum, illa latebant. Propterea tamen medicamentorum usu chemicorum interdicenti Knittelio iure refragatur nobilis Schroeterorum proles in *Mercurio litterario* l. l. p. 324. Mentione facta *codicis Theodosiani* liceat confirmare elegantem coniecturam WENCKII, qui iuris auctor illustris eadem fragmenta nuper castigatius magna cum laude edidit. In Legem 11. *de scenicis* (XV. 7.) vir summus p. 363. sic restituit: (Mimae) *his quoque vestibus noverint abstinendum, quas Graeco nomine alethinochrostas vocant, in quibus alio admixtus colore puri rubor muricis inardescit.* Nec est cur quis malit ἀληθινοχρῶτας. Has enim ab *holoveris* vestibus ἐκ πορφύρας ἀκράτου vix distinxeris. Sed ut ἄχρωστον est *nullo colore imbutum* a v. χρώζω, sic vestes ἀληθίνῳ χρῶσται vel ἀληθινόχρωσται dictae videntur vestes semel purpura imbutae vel inebriatae, quas prius alio tinctae essent colore e. g. *amethystino* vel *cocco*, *ut color alius operiretur alio*, *suavior leniorque dictus*, ut scribit Plinius IX. c. 41. sect. XLV. Distinguuntur varii hoc modo mixti et adulterati colores: v. c. *Tyriamethystinus*, *Tyrianthinus*, *hysginus* etc. Cf. ib. cap. XXXIX. sect. LXIV.

potest lib[*e*]rare ferrum a maximo oxydationis gradu; illas subinde mergit in Prussiatum Potassae, quod ferro vel caesium, vel viridem colorem inducit pro vario membranarum genere; tandem [*postremo*] eas iterum iterumque proluit aqua, ne noxia Acidi Muriatici gutta foliis adhaereat. Huic efficacissimae methodo, quam postea vidimus propositam iam fuisse a Cl° Blagden in *Philosophical Transactions* 1787. *part.* 2., illud in primis commodum acceptum refero, quod cum superior scriptura nigrum colorem servet, inferior autem caesium aut viridem assumat, facilius altera ab altera distinguitur.

Deleticios hosce codices vocant *Παλιμψήστους*. Ita enim Cicero *ad Trebat.* IV. [*immo VII.*] 18. [§. 7.]: „Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris . . . . non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas;" et Catullus XXII. 5. *nec sic ut fit in palimpsesto Relata.* Scilicet cum atramentum adhuc nigrans haud permitteret librario novam scripturam ita imponere, ut nitidus existeret codex; illud vel abstergendum curabat, vel scalpro radebat. Abrasas membranas Bobienses servat bibliotheca Taurinensis, atque vidi in aliis tabulariis; prima tamen scriptura duobus tantum vel tribus saeculis aetatem posterioris antecedit; si enim vetustissima fuisset, atque adeo evanida, non erat cur scalpro raderetur. Iam ab hisce codicibus nihil quicquam sperandum esse quisque sentit; nullo enim medicamento erasa scriptura elici potest. Utiles ergo maximique faciendos palimpsestos illos esse dicam, in quibus, evanescente atramenti galla, integrum atque unicum superest oxydatum ferrum. Maiores minoresque esse oxydationis gradus superius monui [*supra dixi*]; illud addam, tantum quandoque esse, ut membrana ipsa, maxime si tenuis, rodatur, atque litterae in folio ad varios earum flexuosos ductus interciso appareant.

Explicitis foliis opusculi D. Augustini, habui folia sex supra quinquaginta vetusti codicis in 4°. maiori, quorum pars maxima exhibet Orationum Ciceronis fragmenta. Scilicet habeo Orationis *pro Quintio* folia tria; *pro Caecina* quinque; *pro Lege Manilia* unum; *pro Cluentio* duodecim; *pro Coelio* tria cum dimidio; *in Pisonem* sex cum dimidio; *pro Milone* quinque; *pro Tullio* octo

cum dimidio; *pro Scauro* quatuor cum dimidio; *in Clodium* unum; *Epistolarum ad familiares* unum; caetera vel vacua sunt, vel raras tenent glossas in Ciceronem. Scripturae specimen diligentissime incidendum curavi in tabula 2) ut pateat tantam codici antiquitatem concedendam esse, quantam Ambrosiano, ex quo Cl[us] Mai reliquias *pro Scauro*, et *pro Tullio* editas dedit; hunc vero Vir Cl[us] ad II. aut III. christiani aevi saeculum pertinere iudicabat. Nec refragatur orthographiae ratio; scribit enim *inquid*, *capud*, *reliquid*, *ad* [pro *at*], *haut*; *quom*, *iniquom*, *salvom*, *equs*; *cotidie*, *relicum*, *aecum*; *tempto*, *pedetemptim*; *at te*, *at tuum* [pro *ad te*, *ad tuum*]; *in lustro*, *inprobus*, *ansentator*; *is* [pro *iis*], *alis* [pro *aliis*], *pecunis* [pro *pecuniis*], saepe tamen in usu est recentior orthographia *ingeniis*; *omnis* pro *omnes*, sed raro; *adulescens*, *implurare*, *voltus*, *avonculus*, *volneratio*, *vortam* [pro *vertam*], *consulatur* [pro *consolatur*], *intellego*, *recipero*, et alia, de quibus dicam in adnotationibus 3). Pagina duobus laterculis constat, laterculis [*-us?*] lineis 21. Compendia scripturae intra lineam sunt QUIB., ATQ., N̄., TR. PL., P., COS., P.C., P.R., PR., SC. IUD. Q. pro *quibus*, *atque*, *non*, *tribunus plebis*, *publicus*, *consul*, *patres conscripti*, *populus romanus*, *praetor*, *senatusconsultum*, *iudices*, *quirites*. In extrema syllaba lineae eas siglas vidi, quas in Tabula n°. VI. incidendas curavi; tum litterae *m.*, et *n.* supplentur lineola 4). Hisce vero vicariis notis atque siglis utebatur amanuensis, ne cogeretur lineam producere ultra caeterarum ordinem, aut extremam vocabuli syllabam reiicere in sequentem versum. Ceterum in dividendis vocibus, quarum pars in proximam lineam esset transferenda, saepe posthabuit grammaticorum praescripta de syllabis. Vocabula nullo interiecto spatio distinguuntur; quandoque tamen, ne lector anceps haereret, tenui virgula separantur ad hunc modum SUUM'ROGASSET. Punctum litterae im-

2) *Id quam accuratissume inscripti lapidis artificio imitandum curavimus.

3) * Orthographiae in hac quidem editione, quam codicum quodam modo vicariam esse vellem, constantiam nullam restituendam arbitrabar. Itaque cum codd. retinui, quidquid aliquam haberet antiquitatis fidem. In Ciceronis tamen ipsius textu me *apud* inclinata littera rescripsisse pro *aput*, et quae sunt eiusdemmodi, passim indicavi. Fortasse *pro Tullio* 44. s. servare debebam diphthongum in *praecario*. V. p. 218.

4) * E. gr. ENI¯ v. CU¯ etc.

positum illam veluti obelo configit; quod et de aliis antiquis codicibus animadversum est, atque tradunt philologi de paribus punctis in Hebraica Biblia obviis [**de punctis similiter adhibitis in Hebraicis bibliis**]. Dicta sufficiant, ut lectores rectam membranarum ideam sibi informent, simulque intelligant Taurinensem codicem differre a palimpsesto Ambrosiano reliquiarum Ciceronis. Uterque Bobii fuit rescriptus, uterque tenebat Ciceronis Orationes; sed pagina Ambrosiani tres habet laterculos, illa Taurinensis tributa est in duo; diversus quoque est Amanuensis, quod cum ex nonnullarum litterarum ductibus intelligitur, tum maxime ex linea transversa litterae H.

Semel ac [**Simul atquè**] animadverti nova fragmenta Orationum *pro Scauro,* et *pro Tullio* exhiberi in codice, continuo intellexi haec esse componenda cum iis a Cl°. Mai iam editis. Mihi vero conferenti utramque editionem a Viro praestantissimo adornatam multa se se offerebant secundis curis emendata, alia tamen videbantur criticam expectare manum. Supererant enim loca manifestis vitiis deturpata, quae antequam ex coniectura emaculanda susciperem, cupiebam in ipso palimpsesto attentissime rimari, si forte vestigia fugientium litterarum ad novam eamque probabiliorem lectionem me ducerent. Mediolanum itaque contendi, atque ab eximia Doctorum Ambrosianorum liberalitate, quam alias saepe expertus, haud pro beneficiis in me collatis [**pro b. in me c. non**] satis laudare possum, accepi palimpsestum. Singula folia diligentissime exscripsi. Atque hic committere non possum, quin celebrem industriam ac religionem Cl[i] Mai, qui summa fide edidit membranas a se lectas adeo felicissime, ut quum censoris partes a me lectores fortasse exspectent, illas potius laudatoris suscipere debeam, quae mihi erga singularem amicum meum longe iucundissimae contingunt. Sunt tamen nonnulla loca, ex quibus diversam ab eo lectionem eliciebam; sunt alia, quae ipse est assecutus, meis mihi caecutientibus oculis; et contra. De omnibus referam in adnotationibus ea libertate, quam quisque sentiet litterarum, non superbiae causa esse susceptam.

Posteaquam Ambrosianis spoliis onustus domum redii, contuli me ad folia Taurinensia legenda. Singula vero terque quaterque exscripsi; nec poenitet positi tem-

poris. Enimvero, cum post multos intermissos dies, oculo non praeiudicato iterum et tertio accederem ad membranas legendas, aliqua semper, in quibus antea erraveram, emendabam. Quare in lectione, quam sum editurus, adeo conquiesco, ut non solum non aegre, sed libentissime feram has ipsas membranas novis curis tractari ab aliis. Quid enim? vel oculatos habebo fidei meae testes: vel ipse errore liberabor, quod in maximo studiorum fructu deputandum est. Illos tamen monitos velim paginam rectam folii Orationis *in Clodium* primo quidem intuitu videri penitus oblitteratam, sed vestigia litterarum transpici, si membrana commode luci opponatur; namque se produnt in translucidis lineamentis, quae debentur ferro oxydato membranam iam iamque exedenti. Paria dicta volo de folio, quod tenet Epistolam Ciceronis 5). Quantum laboris atque patientiae in legendo palimpsesto impenderim, norunt qui parem operam navaverint. Efficaci tamen chimico medicamento factum est, ut omnes fere paginae revixerint.

Sed enim lectae membranae apte erant ordinandae, ne, si undique collatis fragmentis Orationes temere consarcinarem, in praecipuam eloquentiae legem peccarem, quae est de concinna partium dispositione. Gravissima etiam hac de re agitabatur controversia inter viros pari critica facultate praestantes Clum Mai, atque Equitem Niebuhr 6). Tuebatur ille quam ediderat dispositionem fragmentorum Orationis *pro Scauro;* contendebat iste tertium fragmentum [*in hac nostra ed. II. 8—19.*] primo [*§. 19. p. 167.*] ita praeponendum esse, ut postrema verba *cum singulis disputem? quid* essent omnino coniungenda cum primis *non habuisti quod dares?* Utriusque ergo opinionis argumenta pensanda mihi erant; sed quo minus meum interponerem iudicium,

5) *Fragmenta *epistularum IX. et X. libri VI. ad familiares* in hac ed. cum ceteris omisimus.

6) Frontonis Op. ed. Niebuhr pag. VI. — Mai de edit. principe Mediol. fragm. Ciceronis p. 8. [**comment.* 6. et 15. quam ut inutilem exclusimus.*] — M. Tullii Cicer. Orat. pro M. Fonteio etc. fragmenta ed. a Niebuhr p. 30. sq. — Mai in *Giornale Arcadico. Roma. Settembre.* 1820. p. 849, tum *Ottobre.* pag. 117; tandem Niebuhr in *Lettre au Rédacteur de la Biblioteca Italiana. Rome. Décembre.* 1820. PEYRON. *Add. *squarcio di lettera scritta da Verona intorno ai frammenti di antichi Autori Latini pubblicati in Roma dal Sig. Niebuhr in biblioteca Italiana, Ottobre.* 1820. p. 141. — 143. cuius livor istis Niebuhrii litteris eliditur.

me liberarunt Taurinenses membranae, in quibus utrumque fragmentum ea plane ratione coniungitur, quam Cl^us Niebuhr divinando felicissime fuerat auguratus antequam ipse adverterem codicem Taurinensem suffragari coniecturae Viri Cl. Erravit itaque Cl^us Mai, quod humanum est; neque rationum momenta ab Adversario proposita recte aestimavit, vix enim quicquam est difficilius, quam praeiudicatas opiniones deponere. Qui error summi Viri me anxium tenebat, monebatque, ne, si egregii critici talia peccent, turpius equidem laberer. Quare multum diuque pensitavi singula fragmenta, tandem mecum constitui illum reliquiarum ordinem, quem in editione proposui. De fragmentis *pro Scauro* nullus mihi restat scrupulus, atque confido illorum ordinem criticis omnibus facile probatum iri. Verum illa *pro Tullio* disputandi occasionem doctis viris praebere possunt; quorum ego sententias ita audiam libentissime, ut etiam provocem, in primisque lacessam iudicium Cl^i Niebuhr Viri criticam sagacitatem cum blanda urbanitate coniungentis ad exemplum.

Postremum editoris officium, quod in locis depravatis, emendandis, illustrandisque obscuris positum est, vereor ne ultra quam satis esset obiverim. Pudore ipse suffundebar oculos coniiciens in amplum mearum adnotationum volumen; atque recolebam Irmischium, qui Herodiani historiam tanto commentationum, excursuum, ac notarum pelago mersit, ut textus foliorum triginta vix ac ne vix quidem appareat in editione quinque millium paginarum a se curata; quod vel Heraclidi [—*to*] pulmonem visu [*risu?*] vellicasset 7). Sed multa recte

7) *Editorem nimis verecundum et modestum ut consolaremur, annotatiunculas ipsius selectissumas immodica nostrarum nugarum mole cumulavimus. Insuperque, ut magnificentiore quam pro opibus aedilitate fungeremur, fecimus in ipso eius apparatu, quo de Scaurus arguitur. Nimirum de alienis liberales fuimus et, ut eo facilius repetundarum crimine damnari possemus, in ipsis tabulis publicis ubique nomina eorum perscripsimus, a quibus signa pretiosissuma quaeque abstulissemus. Sed fortasse hoc ipsis locupletibus istis, quorum hic quasi in fori ornatu divitiae atque opes superbae expositae cernuntur, non molestum erit, si quidem communes utilitates in medium afferre voluerunt. Ne extraordinarias quidem pecunias silentio texi. Atque interdum ascripsi a Peyrone omissum prioris alicuius editoris nomen, ut suum cuique tribueretur.

monuerant superiores editores Mai, Heinrichius, Cramer 8), atque Schütz 9), qui adeo sua laude fraudandi non erant; horum itaque adnotata exscribebam. Iidem nonnulla secus statuerant, ac mea ferret opinio; refutationi ergo locus concedendus erat. Tandem [**Denique**] religioni duxi nulla dissimulare loca, quorum vel sinceritatem haberem suspectam, vel sensum incompertum; novi enim editorum artificium uti intemperantissime enarrantium exposita loca, ita difficiliora tacite praetereuntium. Inde est, quod supra quam statueram, cresceret mearum adnotationum copia. Ceterum, quemadmodum in extruenda fabrica utimur multiplici instrumentorum genere, quae, tecto tandem imposito, veluti inutilia removemus; ita si forte fortuna integras hasce Orationes detectas dabit, seponent posteri tot animadversiones, quae tamen illustrandis disiunctis reliquiis haud prorsus supervacaneae videbantur. Iam quam bene de Cicerone meritus sim in textu expoliendo enarrandoque definiant lectores; illos autem rogo eo potissimum iudicium intendant suum, ubi rem praecedentibus editoribus incompertam acu me tetigisse credo. Scilicet in Oratione *pro Scauro* Tullius blandis amicitiae verbis demulcet Appium Claudium, simulque exprobrat veluti [**culpat quasi**] fautorem totius accusationis, quam non iudicii, sed comitiorum consularium causa comparatam esse dicit; quo spectaret Orator, quidve acute innueret inter petitores consulatus recensens Appii fratrem, videor recte vidisse; superest, ut meae opinioni accedat doctorum suffragium.

Textui subiunxi scholia palimpsesti Ambrosiani ad fidem editionis Cl[i] Mai; neque enim illa ipse meis oculis legi praepeditus temporis angustiis.

8) *M. Tulli Ciceronis Orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditae .... cum emendat. suis et commentariis denuo ediderunt Cramerus, iurisconsultus, et Heinrichius, philologus. Kiliae.* 1816.

9) *M. Tullii Ciceronis Opera quae supersunt .... recognovit God. Schütz. Lipsiae.* 1817. 8. [*T. XVI. P. II. p. 7. — 13. 87. — 49. 175. — 177. 232. — 251. P. III. ib. 1823. p. 121. — 134. 255. — 257.*]

ARGUMENTUM

ORATIONIS PRO M. TULLIO. [1]

P. Fabius emerat fundum in agro Thyrino, cui adfinis erat M. Tullius. De agri finibus primum controversiae exortae sunt; deinde de aedificio in centuria Populiana extructo, quod esse in suo aedificatum contendebat Fabius. Servi ultro citroque missi sunt. Tandem [*Postremo*] ventum est ad arma. Familia Fabii summo mane ad aedificium venit, servos M. Tullii nec opinantes adoritur, et miseranda caede omnes, Philino excepto, obtruncat, tectum villamque disturbat, omnia dissipat. Priore actione negabat [?] Fabius hanc caedem ad familiam suam pertinere; hac altera [?] confessus est. Quare Cicero totus est, ut evincat caedem dolo malo factam esse. *Damnum passum fuisse Marcum Tullium* [2] *convenit mihi cum adversario; vi, hominibus armatis, rem gestam esse non infitiantur; a familia P. Fabi commissam negare non audent. Iam dolo malo factum sit ambigitur.* Ita Marcianus Capella lib. V. cap.

[1] *Orationis pro M. Tullio* pauci versus ante nostram editionem supererant ex Quinctiliano, Victorino, Prisciano, Rufiniano et Marciano Capella eruti. Dedit denique codex ambrosianus partem exordii et integram ferme narrationem. MAI. *Accessit e Taurinensi codice refutatio, qua adversaria evertuntur.

[2] Pro *Marcum Tullium* legitur corrupte *Marcum Rullum* in aliquot certe Capellae editionibus. Sed mendum tollitur maxime quidem ab egregio codice Capellae Ambrosiano [F. 119. part. sup.] in quo apertissime legitur: *Cicero pro Marco Tullio ait; Damnum passum fuisse Marcum Tullium* etc. MAI. Gravior haeret depravatio in verbis *a familia P. Fabii commissam*, quae A. Patricius in Cic. fragm. emendavit egregie, *Fabii* (immo *Fabi*, quo causa plus pateat, cur sequens voc. interciderit, si scriptum erat *Favi*) *vim commissam*. HEINRICHIUS.

de partitione [*in Capperonnerii *Rhetor. Lat.* p. 434.*] memoriter recitans huiusce Orationis locum, quem integrum ac sanum servavit Victorinus in I. *Rhetoric. Ciceronis* cap. LVII. [3] Contra L. Quintius, vel Quinctius, patronus Fabii contendebat, non iniuria disturbatum fuisse aedificium Tullii, quippe in fundo Fabii extructum; iure occisos esse eos, qui non ita pridem Fabii servum interfecerant [*interfecissent*], atque ipsum Fabium vita spoliaturi fuissent. Itaque tota causa fuit de verbis Interdicti a Lucullo propositi: quemadmodum illa pro Caecina versata est in enarrando Interdicto *de vi, hominibus armatis.* Quare merito Tacitus in Dialogo *de Oratore* [*c. 20, 1.*] inquit [*quaerit*]: *Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio, aut A. Caecina legimus?* [4] Porro ea dixit *immensa,* quippe quae quum

[3] *V. notam post §. 36.

[4] *Utrique orationi quasi geminae explicandae cum fructu adhibebitur Henr. Constantini *Cras* Diss. qua specimen iurisprudentiae Ciceronianae exhibetur, sive Ciceronem iustam pro A. Caecina caussam dixisse ostenditur. Lugd. Bat. 1769. 4. in cuius diss. c. 3. 4. p. 10—42. *interdictum de vi* exponitur. Cf. *Brissonii* lib. III. *de formulis* c. 12. et lib. V. c. 48. 154. In similium interdictorum recuperandae possessionis originem inquisivit *Niebuhrius*, Vir Perill., in l. *Römische Geschichte* T. II. p. 370. 373. Erat autem interdictum DE VI ARMATIS HOMINIBUS restitutorium, h. e. decretum Praetoris, quod eum, cui damnum datum esset, in integrum restitui iuberet. V. Iustiniani *Institt.* l. IV. t. 15. (*de interdictis*) §. 6. *Mackeldey Lehrbuch des heutigen Römischen Rechts.* Ed. III. §. 218—220. 694. Formula eius haec extat in π. XLVII. t. 8. (*vi bonor. rapt.*) l. 2. pr. ex edicto perpetuo: SI CUI DOLO MALO HOMINIBUS COACTIS DAMNI QUID FACTUM ESSE DICETUR [SIVE CUIUS BONA RAPTA ESSE DICENTUR]: IN EUM, QUI ID FECISSE DICETUR, [*de vi bonorum raptorum*] *intra annum in quadruplum, post annum in simplum* IUDICIUM DABO. ITEM, SI SERVUS FECISSE DICETUR, IN DOMINUM IUDICIUM NOXALE DABO: in quo edicto volgatam adiectionem 'de quadrupli poena veram esse patet iam ex nostrae orationis §. 7. (ubi cf. n.) et 41. Cf. Ulpian. in π. XLIII. t. 16. (*de vi*) l. 1. pr. §. 1. l. 3. §. 2. ss. *Codex repetitae praelect.* IX. t. 33. l. 2. Quod scribit Cic. XV. *ad fam. ep.* 16. §. 7. *In hoc interdicto non solet addi IN HOC ANNO,* id spectare videtur ad iudicium *in simplum,* non *in quadruplum.* Atque illud quidem praeceptum erat fundamentum actionis noxalis in personam, ut docet Ulp. π. XLIII. t. 1. (*de interdictis*) l. 1. §. 3. Nempe primum adversarius in ius vocabatur, ut lis instrueretur. Tum a Praetore actio vel interdictum postulabatur (v. ad §. 89.). Quo impetrato is, qui alteri damnum dedisset, iubebatur restituere.

intra claustra interpretationis Interdictorum contineantur, neque ultra illa exspatientur amoenis egressionibus,

V. *Hugonis*, Equitis Illustr., *Rechtsgeschichte* §. 150. Viri Nob. *de Savigny* l. *Das Recht des Besitzes* §. 40. p. 445—475. ed. IV. et b. *Haubold.* (*über die Stelle von den Interdicten in den Veronesischen Handschriften*) in libri annalis, *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, T. III. num. XII. p. 358—388. Itaque *interdictum* fuit edictum quoddam, quo Praetor inter partes *intercederet* (h. orat. §. 29. pr.) *auctoritatemque suam finiendis controversiis interponeret.* Nam minus probabiliter *Ballhornius* (qui nominis omen detestans se mavolt nominari *Rosarium*) in libro ceteroqui egregio Lemgoviae a. 1822. edito *über Dominium* p. 176. seqq. in nota 60. huius verbi compositi praepositionem *inter* refert ad decretum Praetoris intermedium *inter* litem vindiciarum et disceptationem fori, non ad ipsas partes litigantes. Placet Viro. D. p. 169. in n. 42. Isidori definitio: *quod a iudice non perpetuo, sed pro reformando momento ad tempus* [hic non recte virgula inseritur] *interim dicitur salva propositione actionis:* laudaturque Brissonius *de verborum significatione* in hoc voc. Omnino *interdicere* interdum, pariter ut *interloqui*, *interfari*, idem est quod *vindicias dicere* vel *interim aliquem possessorem constituere* ap. Gai. IV. 8. ex. g. in *interdictis* illis *duplicibus:* UTI POSSIDETIS et UTRUBI ibid. §. 148. ss. 160. Sed nostrae interpretationi favet ab ipso V. D. in cit. nota 60. laudatus Iustinianus quoque: *Obtinuit omnia interdicta appellari, quia inter duo dicuntur*, in *Institt.* l. IV. t. 15. §. 1. ubi Ballhornius non multum abfuit, quin cum Alciato ap. Balduinum ad l. c. *interim* legi vellet. At vero etiam Theophili paraphrasis, ἐπειδὴ μεταξὺ δύο τινῶν λέγεται, ad utrumque litigatorem spectat. Eadem praepositionis ratio in Matthaei *evang.* 18, 15. ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. *Interdicto* autem, h. e. praetoris *decreto interposito*, cum is, quem contra veniretur, parere nollet: licebat uti exceptione ipsi interdicto addita, e. g. *dolum malum* vel *iniuriam* abesse: petitorem non de suo deiectum esse (v. hui. orat. §§. 11. 26—33. 35. 38—45. cl. *or. pro Caecina* 31, 90—32, 93. 8, 23.). Nam ex *recepta sententia* ap. Iul. Paulum L. V. t. 6. §. 7. *Qui vi aut clam aut precario possidet, ab adversario impune deiicitur.* Unde in Cicer. *ad famil.* l. VII. *epist.* 13. §. 4. primo exceptionis vocabulo *QUOD* una litera dempta legendum: *Neque est quod illam exceptionem in interdicto pertimescas: QUO* (i. e. in quam possessionem.) *TU PRIOR VI HOMINIBUS ARMATIS NON VENERIS:* ubi editores expunxerunt *non.* At enim pertinet haec exceptio ad *unde tu deiectum dicis.* *V. Gai. Comment.* IV. §. 154. Iam vero postulantibus litigatoribus dabatur iudex cum formula. V. *Heineccii Antiquitat. Romanar. iurisprudentiam illustrantium Syntagma* IV. 6, 40. 41. 17, 1. 3. Sequebatur causae disceptatio in iudicio: quod totum ex interdicti edita formula atque exceptione pendebat. V. Gaii *Commentar.* IV. §. 139—143. 155—157. 162. 166. cl. *Ballhornii* libro laud. p. 159. n. 15.

non aeque lectu sunt iucunda, ac ceterae orationes, quae in latioribus eloquentiae campis versantur; iam vero quae minus grata nobis contingunt, eadem quoque videri solent prolixa et immensa.

Habita est haec Oratio Marcello Praetore; quo anno non satis constat [5]. Aeque latet qui fuerit M. Tullius.

Praeterea hic adiiciemus particulam annotationis utilissimae Ill. *Crameri* ad h. or. §. 7. (ed. Kil. §. 5. p. 67.) a Peyrone ibi mutilatae: „Quaeritur, quo remedio usus sit Tullius contra Fabium, cuius familia ipsi damnum factum erat, obtruncatis servitiis et destructo in centuria Populiana aedificio. Et potuisse quidem de vi accusationem instituere e Lege Plotia vel Lutatia, non est dubium, debuisse autem negamus. Nam, ut ait Ulpianus L. I. §. 1. D. *de incendio, ruina, naufragio*, XLVII, 9. *quanquam de facinoribus sint etiam criminum executiones, attamen recte Praetor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus proposuit.* Igitur elegit Tullius *forensem*, h. e. civilem, ea fortasse ratione, quod hac instituta ipsi praeiudicium non fieret intendendae praeterea accusationis publicae, ceu perscriptum est e prudentium auctoritate in *L. un. C. quando civ. act. crimin. praeiud.* IX. 31." Idem intelligi potest e Cic. l. II. *de invent.* 20, 59. s. pro Caec. 3, 8. 9. Cf. Gaii *Instt.* Veron. III. 213. et quae ex iis ducta sunt in Iustiniani *Instt.* IV. 3. (*de l. Aquilia*) §. 11. De Savigny Diss. *de concursu delictorum formali* (Marburgi 1800. 8.) §. 15. p. 56—90. Addit deinde Summus Cramerus permodeste opinionem suam, ipsam quidem per se cuivis iuris civilis perito probabilem, iam vero maiore huius orationis parte reperta (cll. Gaii *Instt.* III. 209. IV. 76. et Iustin. *Instt.* IV. 8. §. 4.) extra omnem controversiam positam, non aliam hic proditam esse actionem, quam quae volgo *vi bonorum raptorum* appellatur, eamque antiquitus fortasse *vi coactis hominibus* dictam esse: id quod colligitur e titulo Digestorum XLVII. 8. *Vi bonorum raptorum et de turba;* ex quo appareat in Edicto perpetuo Salvii Iuliani non duo, quod volgo creditur, sed tria fuisse singula edicta de damno, discreta non solum re, sed, ut videtur, etiam auctoribus, aetate ususque diuturnitate, primum quidem *de vi hominibus armatis coactisve*, alterum *bonorum vi raptorum*, tertium *de damno in turba facto*. Atque ita iam distinxisse haec laudatur Cuiacius in *Paratitlis* praeeunte Ulpiano qui *L.* 2. et 4. *D. d. t.* haec tria edicta latius persequitur, docens, priora duo, quae et alio loco *L.* 195. §. 3. *D.* [L. 16.] *de Verb. Sign.* separat idem ICtus, intra annum utilem in quadruplum, ultimum in duplum competiisse, omnia vero tergemina post annum in simplum.

[5] *Immo *Metello praetore* habitam esse hanc *pro Tullio* orationem, constat ex ipsa §. 39. extr.; ergo, nisi fallor, a. V. 682. Nam postero anno L. Metellus, Cretici frater, Praetor Siciliensis fuit: idem, qui a. 685. in consulatu mortuus est. Fuisse autem hunc a. 682. Praetorem *Peregrinum* ex eo colligimus, quod dedit iudicium *re-*

Eum esse M. Tullium Deculam, qui consulatum, Cicerone adolescente atque ad eloquentiae laudem virescente, cum Cn. Dolabella gessit A. U. 672. opinatur Sigonius [*in Fragm. Cic. p. 111.*], cui suffragatur Vossius *de Analog.* II. 3. Contra Heinrichius p. 58: *Ego non credam, Ciceronem adolescentem ita de cliente, viro consulari, dicturum fuisse, ut nunc legimus initio huius fragmenti. Qui P. Sextium in causa ea, cuius Orationem habemus, A. U.* 697. *postulavit de vi, is* quidam *M. Tullius dicitur a Cicerone ad Q. fr. II.* 3. *et erat cognomine Albinovanus. Vid. in Vatinium cap.* 1. [6] *Oratoris libertos M. Tullios, Tironem et Lauream* [*vid. Manut. in Epist. ad famil. V*, 20.] *hunc non temere quisquam vocarit.* Cum Taurinensia fragmenta maiorem lucem non affundant nomini M. Tullii, praestat rem iniudicatam relinquere. PR.

*Artificium oratoris cernitur in eo, quod omnes prope illos in I. *de invent.* libri c. 53. expositos indignationis locos persequitur, ut in adversarium magnum odium et in rem gravem offensionem concitet. Primum locum sumit ab auctoritate commemorans, quantae curae res ea fuerit hominibus sapientissimis, magistratibus (§§. 8 — 12. 27. 29. 38 — 46.) atque etiam antiquioribus legum scriptoribus 47 — 52. Ex saeculi ingenio suspicionem facit, multos alacres exspectare, quid statuatur, ut ex eo, quod uni concessum sit, sibi quoque tali de re quid liceat intelligere possint. 8. 10. (cf. 36. 40. 56.) Omnia, quae in negotio gerendo acta sunt (12 — 22.) quaeque post negotium consecuta sunt (38 — 40.), cum unius cuiusque indignatione et criminatione colligit et rem verbis quam maxime ante oculos eorum, apud quos dicitur, ponit: ut id, quod indignum est, perinde illis videatur indignum, ac si ipsi interfuis-

ciperatorium. Hoc enim non legitumum fuit, sed imperio continens, teste Gaio in *Commentar.* IV. 105. 109. M. autem Terentius Varro *Lucullus*, qui illud interdictum DE *VI* COACTIS ARMATISVE HOMINIBUS proposuerat, a. iam 677. inter civis et peregrinos iuris dictionem sortitus obtinuerat non longo post belli civilis calamitatem intervallo, ad quod tempus orator alludit §§. 10. 15. Atque adhuc bellum servile tertium iam annum cum Spartaco gerebatur, qui priore anno *Thurium* oppidum ceperat, teste Appiano Ἐμφ. I. 117. Cf. Sueton. in *Octaviano* c. 7. pr.

[6] *Ne de hoc quidem homine *antea vix noto* cogitari potest.

sent ac praesentes vidissent. Taetrum et nefarium factum esse dicit per vim (1. 24.): quae res ab legibus et ab aequabili iure remotissima sit: 54. Demonstrat id maleficium, de quo agitur, ab eo factum, a quo minime oportuerit et a quo, si alius faceret, prohiberi conveniret; violatum esse vicinum: 14. 15. Profert insuper crudeliter factum in eos, qui neque laedere alium nec se defendere potuerint: 21. Consulto et de industria factum demonstrat 25. 32. 34. Cum amplificatione ostendit, illam causam pertinere ad summam rem publicam, quod atrocissimum sit (35. cf. 8.): petitque a iudicibus, ut ad communes res privatorum Tullii iniurias referant: 36. Cum aliis, quae constat esse peccata, hoc, quo de quaestio est, comparat et ita per contentionem, quanto atrocius et indignius sit illud, quo de agitur, ostendit 53. Imprudentiae veniam concedi nonnunquam oportere fassus (51.) illud adiunxisse videtur, voluntario maleficio veniam dari non oportere. Denique quaerit quidnam sit eventurum, si idem ceteri faciant (40.); et simul veretur, ne, huic si concessum sit, multi aemuli eiusdem audaciae futuri sint: ex quo quid mali sit eventurum indicat 56.

ORATIONIS
PRO M. TULLIO
FRAGMENTA.

„"Antea sic hanc causam a*gere* s*tatue*ra*m*, *Recipe*ra- 1
tores, *ut nunquam dic*turos adversarios arbitrarer, tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam per-

PRO TULLIO] Sic inscribunt quotquot e veteribus hanc Orationem laudant, indeque collegit Sigonius, fuisse pro defensione Tullii dictam, cum is de vi fuisset accusatus. Quorum neutrum verum esse iam nunc e nostro constat fragmento. Ex eo enim satis liquet, et actorem fuisse Tullium, et fuisse iudicium privatum, non capitis. Ne autem in illo *pro* haereamus, facit eiusdem Ciceronis *pro* Quinctio Oratio et illa *pro* Caecina, et est fortasse, ut haec loquendi ratio tum demum fuerit usurpata, cum, ampliata causa, in secunda actione, in primis hae essent actoris partes, ut, quae post primam contra et in eum dixisset reus, prolixius disceptaret. Esse autem hanc secundam post ampliatum reum, vel diffissa causa, actionem e §. 6. luculenter patet. CR. Patet inde simul, adversarii in hoc iudicio fuisse *defensionem*. Is igitur dixit *pro Fabio;* et nunc Cicero, respondens defensioni in secunda actione, item dicit *pro Tullio.* [* v. §. 2. 4. 5.*] Latior est hic usus eius locutionis in caussis privatis, ut in Graeco foro patroni interdum dicunt ὑπὲρ, in causa. Dicit etiam Cic. in hoc ipso principio, facere se *pro Tullio.* HEINR.

1. *Antea sic hanc causam*] Has voces videre mihi videor in prima linea. Saltem prima littera A certissima est. Duo versus sequentes ita evanuerunt, ut vix vestigia supersint earum litterarum, quas in huiusce folii Imagine repraesentavi. Textum sarcivi probabiliter, meo quidem iudicio; superest ut idem lectoribus probetur. Haec prima esse totius Orationis verba, vel me tacente, quisque intelligit. PR. *Supplevit V. D. *adieram.* Sed supererant literae A**** S***** RA: in quibus quid aliud latere videatur nisi *agere statueram?* Nam in *susceperam* una litera abundat.

tinere. Itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram, quod intellegebam, facile id me testibus planum facere posse. Nunc vero, posteaquam non modo confessus est vir primarius L. Quin[*ctius, sed ipse P. Fabius non dubitavit hoc, quod arguitur, confiteri, longe alia ratione ad agendam causam venio, atque initio veneram. Tum enim de eo la*]borabam, ut, quod arguebam, id factum esse ostenderem; nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitiari nullo modo potuerunt, cum maxime cuperent, id
2 cum confessi sunt, meliore loco esse videantur. Itaque tum vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur. Ego enim omnia in tes[*tibus ponebam antea, nunc in confessione adversari: cuius in*

L. Quinctius] Adversarius Ciceronis in hac causa, et P. Fabii patronus, fuit L. Quintius. De hoc Cicero in *Bruto* LXII. [223.] ait: *Complures minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere nuper L. Quintius fuit.* Reapse hic idem Quintius patronus fuit Oppianici in horribili illa causa Cluentii. Et eum quidem in ea oratione saepe exagitat Cicero, capite praesertim XL, [111.] ubi eum sic graphice describit: „Facite enim, ut non solum mores eius et arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram recordemini.“ MAI. Fuit tribunus plebis maxime popularis ac seditiosus a. U. 680. Vid. Pighius ad ann. 679. t. III. p. 305. Hunc eundem videri quem Cicero dicit familiarem suum ad Att. VII. 9. vana est Corradi suspicio, quam cum aliis aliorum non melioribus coniecturis nollem Ernestius repetisset in Indice historico. HEINRICHIUS. In supplenda lacuna id erat curandum, ut versus essent sex, quorum quisque quindecim minimum constaret litteris, nec ultra viginti haberet. Mihi quidem eam, quam expressi sententiam, ratio contextus exposcere videbatur; quod si futuri editores meliora dabunt, lubentissime amplectar. PR. *Scripserat editor: *verum etiam eius* (? v. §. 24.) *testes profitentur* (qui convenit cum particula temporali?) *apertissime, video aliam mihi defensionis viam esse ineundam. Antea enim in eo laborabam.* Nostra hausta sunt ex iis, quae infra (§. 24.) repetuntur, et consimili oratione *Caecinana* 1. §. 2. 3. Notationem illam *Quinctii* in Ciceronis Cluentiana respicit Quinctilianus *Inst.* V. 13. p. 329. — Deinceps e cod. p. 37. col. b. repraesentatur FABTUM haud dubio typothetae errore.

Confessi] Codex *comfessi.* PR.

2. *Iudicium*] Codex *diudicium.* PEYRON.

Testibus ponebam, quorum ipse consensus quasi conflatus iudicandi moram vobis iniicie-

vi audaciae, in iudicio impudentiae obsistere non nostri ingéni, vestri auxili est. Nam] quid est facilius, quam de eo, qui confitetur, iudicare? mihi autem difficile est satis copiose de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrari potest, quam re ipsa est, neque apertius oratione mea fieri, quam ipsorum confessione factum est.

Cum in hac re, quam commemoravi, mihi mutanda ratio defensionis [*est, tum obliviscendum parumper in P. Fabio illius lenitatis meae, qua usus priore actione animum a laedendo revocaram ipse et reflexeram, ut non*] minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tulli viderer defendere. Nunc, quoniam Quinctius ad causam pertinere putavit, res ita multas, falsas praesertim et inique confictas, proferre de vita et moribus et existimatione M. Tulli, multis de causis mihi Fabius debebit ignoscere, si minus eius fa- 3

bat. *At confessio adversarii in me rei difficultatem transtulit. Etenim* etc.] Consensus testium cum facilem Tullio defensionem faciebat, tum Recuperatoribus iudicandi difficultatem creabat, suspicionem enim conspirationis afferre poterat; recole fragmenta *pro Scauro*, et Quintilianum *de testibus* V. 7. *Consensum conspirantem et paene conflatum* dixit Cicero *pro Ligario* XII. [34.] Iudicandi mora iniicitur iudicibus, quoties alteruter patronus ita causam suam defendit, ut iudices *sibi non liquere* pronuncient; vide *pro Caecina* 2. [4.] PR. * Supplementum istud neque facere ad rem videbatur et lacunae spatium excedere. Proinde aliud suffectum est. Et hoc quidem fragmentum: *Non nostri ingenii, vestri auxilii est,* nescimus unde depromptum, contrapositi exemplum citatur a Quinctiliano IX. 3. p. 171. ed. Bip.

neque apertius] * Similiter Cotta ap. Cic. III. *de N. D.* 4, 9. negat se *in causis, si quid sit evidens, de quo inter omnis conveniat, argumentari solere: perspicuitas enim,* inquit, *argumentatione elevatur.* Callide hic orator addubitat, quid potius dicat aut quomodo.

3. *Tum erga P. Fabium paulo remittendum est de illa lenitate, qua priore actione omnia sua tanto studio vel dissimulaveram, vel excusaveram, ut non* etc.] Nullus dubito hanc fuisse Tullii mentem in versibus deperditis. Summam *lenitatem* sibi ipse saepe tribuit Cicero. PR. * *Remittere de severitate* quid sit intelligo. *Remittere de lenitate* i. foret q. r. *de remissione.*

4 mae parcere videbor, quam antea consului. Pri„[*ore* „T* *actione omnis aculeos orationis meae reconditos habui; sed quoniam ipse Quinctius, in actione illa* *A "*pri*]"ore, putavit ad officium suum pertinere, adversario nulla in re parcere: quid me oportet Tullium pro Tullio facere, homine coniuncto mecum non minus animo quam nomine? Ac mihi magis illud laborandum videtur, Recuperatores, ut, quod antea nihil in

4. *Priore actione summopere cavi ab offendendo Fabio: sed quando Quinctius, mutato defensionis tenore, putavit* etc.] Deficiente lacunae mensura, ad quam divinationis meae verba exigerem, haec inserui tantum, ut quivis videat pauca defuisse ante primas Ambrosiani folii voces. PR. *Aliis etiam hariolationibus principium folii Ambrosiani potuit suppleri, e. g. *quasi accusator constitutus ex defens*-ORE; *dicendi impetu elatus atque ard*-ORE; *impetu, contentioneque dicendi vehementi*-ORE; *animo contentionis quam veritatis cupidi*-ORE; *in obiurgatione usus et asperitate contentionis maiore et verborum gravitate acri*-ORE: ut fere loquitur N. L. *de off.* 38, 136.

Recuperatores] De iudicio reciperatorio, praeter alios non ignotos commentatores, cf. Ernestium ad Sueton. Domit. c. 8. HEINR. In causa possessionum recuperandarum dabantur potissimum Recuperatores a Praetore; quare Festus ad voc. *reciperatio* inquit: „Per Reciperatores reddantur res recipianturque, resque privatas inter se persequantur.“ Sic, ut praetermittam *recuperatorium iudicium*, de quo Cicero *in Verr.* III. 11, et illud in causa Caecinae, video Recuperatores datos in causa iniuriarum apud Gellium XX. 1., et lib. *de Inventione* II. [*20, 59. s.*]; in causa pecuniae creditae apud Plautum *Bacchid.* II. 3. 36., et arrhabonis accepti apud eundem *Rud.* V. 1. 2.; in decernenda corona murali apud Livium XXVI. 48.; in eos, qui iugerum numerum ex edicto praetoris professi non essent, apud Ciceronem in Verrina V. [*h. e. *lib.* III. 47, 112.*] Iudices hi a praetore demandati tres esse solebant. Ambrosianus plerumque scribit *recuperatores*, Taurinensis ut plurimum *reciperatores*, quae vetustior est orthographia. PR. *Cf. Gaj. *Instt.* IV. 105. 109. 185. Ernesti *clav. Cic.* s. v. et *Jo. Hop* Diss. *de iudicibus a Praetore et provinciarum Rectoribus ad causas privatas diiudicandas dari solitis.* Lugd. B. 1729. 4. c. 3. in *Ger. Oelrichs Thes. Nov. Dissertt. Belg.* Vol. I. T. II. p. 546. s.

Ut quod] Ambrosianus *ut quod antea nihil in istum dixi probar * * * * * umquam in eo repraehendar*, ita tamen, ut in quinque evanidis litteris Cl[us] Mai hasce depraehendat *eposs.* Revera prima et altera sunt litterae longae; tertia exhibet speciem vocalis O. Quare Vir Cl. in prima editione emendabat *ne quod antea nihil in istum dixisse probare possum in eo repraehendar;* in altera vero *ut, quod antea nihil in istum dixi, probare possim quam inique repraehendar.* Guillelmus Cramerus reponebat *ut, quod antea*

istum dixi, probare possim, quam in eo repraehendar, quod hoc tempore respondeo. Verum et tum id feci, quod oportuit, et nunc faciam quod necesse est. Nam cum esset de re pecuniaria controversia, quod damnum datum M. Tullio diceremus: alienum mea natura videbatur quidquam de existimatione P. Fabi dicere; non quia res postulare non videretur. Quid ergo est? Tam-

nihil in istum dixi, probare possim, quam in eo repraehendar. Mihi vero visum est legere *probrosi umquam.* PR. *Verum sine ulla controversia acu tetigit Ill. Cramerus. Ad Peyronis correctionem requiritur *ut ne* etc. quod probe perspexerat Maius in 1. editione. Subiunctivus v. *repraehendar* non pendet a *laborandum ut*, sed a *magis quam:* ut ad sententiam subaudiri possit *verendum est, ne.* De loquendi ratione *in aliquem dicere* Heinrichius, qui cf. p. 104. laudat Scioppium *Susp. Lect.* III. 3. p. 124. (p. 169. ed. Norib. 597.) *Antea* autem non i. valet q. *ante* (h. e. supra) sed et hic et §. 6. *Namque antea* etc. ad priorem actionem spectat: ut *pro Rosc. Am.* 25, 70., *quod antea commissum non erat*, ad tempora ante leges a Solone latas. Cf. pro *Sext.* pr. In *or.* 43, 148. ad tempora ad conversionem rei publicae revocat *antea.*

In istum] In P. Fabium, ut patet inferius. MAI.

Repraehendar] Cum diphthongo scribunt vetusti codices, vide Niebuhrii *Fragmenta* p. 47. PEYRON.

5. *A mea natura*] Praepositio *a* aberat a codice. PR. *Nec vero addenda praepositio fuit. Cf. *Divin.* I. 38, 83. *Neque hoc alienum ducunt maiestate sua:* ubi praecesserat *non censent esse suae maiestatis. Famil.* IX. 14, 4. *Et tamen non alienum dignitate tua. Or.* 26, 88. *Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ... ne sit .. aut sua persona aut iudicum aut tempore alienum.* Adde his, quae annotavimus ad I. *Off.* 14, 41. *utrumque homine alienissimum.*

non quia] Cod. *quin*, tum factum *quia.* Secus delenda erat particula *non*, quae sequitur. MAI.

Res postulare] Namque iudicium de vi hominibus armatis pertinet ad summam deiectoris existimationem, vide pro Caecina 2. (§. 6.) PEYRON.

Quid ergo est?] Abrupta haec videntur, sed veram in se artem habent. Qualia ni attendis, quid sit orator, non intelligas. Poterat sic decurrere oratio: „non, quia res postulare non videretur, sed quia, tametsi postulat causa, tamen nisi plane cogit" etc. Eum cursum sistit Orator subito, interrogans: *Quid ergo est?* et nunc denique rationem dicit. HEINRICHIUS, *qui apposite comparavit exempla. De hoc artificio suspendendae orationis nobis haec in promptu fuerunt ex *or. pro Rosc. Am.* 13, 35. c. n. Matthiae, 19, 55. *pro Rosc. Com.* 5, 17. pr. *p. Quinctio* 18, 57. pr. *pro Caec.* 12, 34. pr. *pro Cluent.* 52, 144. pr. (233. Beck.) 53, 147. (239.) Est autem haec interrogatio mirantis aliud quid subesse quam cuius rei poterat aliqua esse suspicio, atque ea, quae obscurius significata sunt, apertius exposita audire cupientis.

etsi postulat causa: tamen, nisi plane cogit ingratiis, ad maledicendum non soleo descendere. Nunc, cum coactus dicam, si quid forte dicam, tamen id ipsum verecunde modiceque faciam, tantum ut, quoniam sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius iudicare, nunc M. Tullio fidelem certumque amicum esse cognoscat.

6 Unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare (quod tametsi eo volo, quia mihi utile est: tamen

Ingratiis] Locutio est elegans optimaeque aetatis, *cogere*, vel *cogi ingratiis* i. e. invitum, repugnantem: quo de verbo vulgatum olim errorem Ob. Gifanii ex eius Indice Lucretiano, alioquin bonae frugis pleno, correxerunt iam dudum Scioppius Verisimil. I. 20, et Vossius de Analog. I. 2. et 47. Scriptum saepe reperitur *ingratis*, duabus *i* in unam contractis; et sic fere variant libri. Onomasticum vetus, cum Glossariis editum a Vulcanio: *Ingratis*, *ἀεκητί*. Orator pro Quintio c. 14. [47.] *extorquendum est invito atque ingratiis;* quod Facciolatus bene explicat: velit nolit. Denique ipsum hoc *cogere ingratiis* dicunt Terentius Heaut. III. 1. 87. et Nepos Themist. IV. 3. HEINRICHIUS.

Modiceque] Codex *modique*. Rectissima coniectura Heinrichius, [*qui conf. p. 111. 114.*] emendavit *modiceque*. Sic *pro Sulla* 29. *a me timide modiceque dicetur; pro Caelio* 13. *nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides et causa ipsa coget;* et *Sen.* 1. *modice ferre.* Monuit etiam idem Philologus verba *tantum ut* seiungenda non esse; sic *pro Flacco* 28. *submissa voce agam, tantum ut iudices audiant; pro Caecina* 8. *praetor interdixit . . . . sine ulla exceptione, tantum ut, unde deiecisset, restitueret.* PR. *Praeter haec exempla cl. Heinrichius comparaverat etiam *Brut.* 9, 38. *pro Sulla* 10, 30. *Tusc.* III. 23, 55. docueratque, in hac constructione *tantum* esse adiectivum *τοσοῦτον*, et mente repetendum esse verbum, quod praecessit, velut h. l. *tantum* facturus, *ut — cognoscat*, i. e. non plus facturus, quam ut — cognoscat. Statim ante pro *verecunde* p. 39. ed. Tubing. *VERUM* || *DE* repraesentatur: quam tamen lectionem Maius non enotaverat.

Priore actione] Hinc cognoscimus bis Ciceronem dixisse pro Tullio. MAI. *Videntur reciperatores dubitasse vel, cum L. Quinctius dicendo diem extraxisset, AMPLIUS pronuntiasse. Nam ex Cic. *Act.* II. *in Verr.* l. I. c. 30. pr. ubi causae capitalis, in qua iudices AMPLIUS pronuntiaverant, *altera actio* enarratur, ostendit Asconius, *etiam in ampliatione sic alteram actionem dici, quemadmodum in comperendinatione.* Idem vero ibid. ad c. 9. (ap. Schütz. p. 307.) aliorum sententiam refert, priorem actionem eandem fuisse atque *causae coniectionem.*

abs te idcirco, quia aecum est, postulo), ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut *his* aliquid ad iudicandum relinquas. Namque antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi fine*m* dicendi fecit. Nunc si tibi placere potest, ne idem facias: id abs te postulo.

6. *Aecum*] Pro *aequum*, uti etiam Bavaricus et Vaticanus codd. apud Garatonium *ad Plancianam* cap. XV. Confer in fragmento Orationis *pro Flacco* c. 1. *relicum* pro *reliquum*. MAI. In Taurinensibus membranis vidi *aecum*, *relicum*, tum etiam *aequum*, *reliquum*, *iniquom* incerta plane orthographia. PR. Apud Gruter. Inscr. MLXX, 8. *anticum est*. CRAM. * *Propinqum* est in fragmento Liviani libri XCI. cum *Cicer. oratt. fragmm.* edito a Niebuhrio p. 96. *Aecum* scribitur etiam in *de Rep.* I. 21. p. 62. item *secuntur*. Cf. ibid. *Conspectus orthographiae cod. Vaticani* p. 354. b. Observa praeterea ter *abs*, non *a*, ante *te* positum.

Ut is] Sic pro *his*, quod etiam in Taurinensibus schedis occurrit [* ponitur *] modo pro *his*, modo pro *iis*. PEYRON. * Reposuimus *his*. Similiter *pro Scauro* II. 40. vv. *hoc perfugium* ad iudicum consessum spectare, observat ibi Heinrichius pag. 34. a. *Ita — ut* compensat limitandi vim particularum *quidem — sed*, ut in *orat.* 36, 124. *si tenues causae, tum* (*erit*) *etiam argumentandi tenue filum et in docendo et in refellendo: idque* (non *filum*, ad quod retulit novissimus metaphrastes Brewerus; sed *hoc praeceptum*) *ita* (ea tenus) *tenebitur* (h. e. observari debet), *ut*, *quanta ad rem*, *tanta ad orationem fiat accessio*.

Fine dicendi] Sic Codex; lege *finem*. PR. Hinc liquet, nullum litigantibus a recuperatoribus praestitutum fuisse ad dicendum tempus, quod plerumque ad similitudinem iudiciorum publicorum etiam in privatis fieri consuevit. Vide Iac. Menardum ad Orat. pro Quinct. c. 9. CR.

ne idem facias — postulo] Post secundam, tertiam quoque actionem fuisse, si iudices sibi nondum liquere et amplius cognoscendum esse pronuntiassent, id quidem vel ex Caecinana Oratione adhuc satis constabat. Verum hoc puto novum esse, quod docet hic locus, si is, unde petebatur, vellet trahere iudicium, ut tertium ageretur, effectum esse eo, quod dies eximeretur et iudices cogerentur differre iudicium. Quod quidem aliter non potuit fieri, quam si in secunda etiam actione is, unde petebatur, diceret secundo loco. HEINR. * Utique ante legem Pompeiam a. 701. latam *et liberae comperendinationes erant et modum dicendi sibi quisque sumebat et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur*, teste Tacito in *dial. de or.* 38, 2. Hinc Cic. pro *Rosc. Am.* 32, 89. dicere potuit: *Haec tu, Eruci, tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres! — tempus . . te citius quam oratio deficeret: etenim in singulis rebus eiusmodi materies est, ut dies singulos possis consumere. Neque ego non possum.*

Neque hoc idcirco postulo, quod te aliquid censeam praeterire oportere aut non quam ornatissime et copiosissime dicere, verum ut semel unaquaque de re dicas. Quod si facies: non vereor, ne dicendo dies eximatur.

7 Iudicium vestrum est, Recuperatores, QUAN- *T"TAE "PECUNIAE PARET DOLO MALO FAMILIAE P. FABI VI HOMINIBUS ARMATIS COACTISVE DAMNUM DATUM ESSE M. TULLIO. Eius rei

Quod te aliquid] Cum Cl[us] Mai legisset *quo te aliquid*, Heinrichius malebat *quod*, nec in textum inducere audebat. Revera codex habet *quod;* at littera D, utpote postrema longi versus, scripta est forma minori. PR. *Comparavit Cel. Heinrichius *or. pro Quinct.* c. 2. pr. ubi pro *quo* nonnulli libri habent *quod*, et IX. *ad Fam. ep.* I, 5. Cf. Matthias ad or. pro *Rosc. Am.* 48, 141. qui tamen non recte expedire videtur Abl. *quo*. Ellipsis est voc. *modo*, ut idem sit ac *quasi*.

7. *Iudicium vestrum est*] Haec est formula iudicandi a Praetore data. CRAMERUS. *Est autem formula *arbitraria*, quam accipit actor, si arbitrum postulaverit, qui reum, nisi damnum datum ex interdicto restitutorio restituatur, quanti ea res est, condemnet; eaque formula sine poena experitur cum eo, quocum agitur. Nam etiam si causa ceciderit, iudicium ei adversum est absolutorium. V. Gai. *Comment.* IV. 163. huius orat. §. 53. Iustinian. *Institt.* IV. *t.* 6. §. 31. Brissonii *Lib. V. de formulis* c. 111. 136. et 158. Io. Matthaei Magni lib. *rationum et differentiarum iuris civ.* in Thesauro Meermann. T. III. p. 265—292. Car. Breti *Ordo perantiquus iudiciorum civilium* c. 19. Hop Diss. ad §. 4. laudata c. 3. p. 547. seq. et p. 551. *Gans über Röm. Obligationenrecht* num. 2. §. 8. p. 160—165. cum observv. Mühlenbruchii ibid. num. 5. p. 69. s. *Carl Aug. Domin. Unterholzner über die Rede des Cicero für den Schauspieler Q. Roscius;* in l. *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft T.* I. num. 9. p. 253. ss. Heineccii *Antiquitt. Romanar. iurisprudentiam illustrantium syntagma* IV. 6, 36. 17, 1. Bachii *Historia iurisprudentiae Romanae* II. 1, 27. Hugonis *Rechtsgeschichte* §. 243. *Mackeldey Lehrbuch des heut. Röm. Rechts* §. 176—178.

VI HOMINIBUS ARMATIS] *h. e. vi hominum armatorum, per homines armatos v. hominibus armatis facta. V. *pro Caecina* 2, 4. XV. *ad fam. ep.* 16. § 6. Alibi quoque (§. 12.) Ablativi sic continuantur. *Coacti sunt ii, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati*, interprete Tullio *pro Caec.* 21, 59. De disiunctivae in his particulae usu v. ad §. 9.

DAMNUM DATUM] *Sic Taur. Ex Ambr. clar. Peyron recepit *damnum factum*.

taxationem nos fecimus; aestimatio vestra est; iudicium datum est IN QUADRUPLUM.

Cum omnes leges omniaque iudicia, quae paulo graviora atque asperiora videntur esse, ex improborum iniquitate et iniuria nata sunt; tum hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum malam consuetudinem nimiamque licentiam constitutum est. Nam cum multae familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse caedesque facere, cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed ad summam rem publi- 8

Taxationem] *Rei taxationem fecimus*, nempe quantum damni Tullius sit passus, supputavimus. MAI. In iuris libris contra est, ubi *aestimationem* de utraque, *taxationem* non fere, nisi de iudice dictam reperies. Et hos quidem secutus videtur Festus: *Taxat verbum ponitur .... in litibus quoque arbitrove cum proscribitur, quoad ei ius sit statuendi. Taxatio dicitur, quae fit certae summae.* ubi prona est emendatio: *arbitro cum praescribitur*, nam Dacerii sensu destituitur. Cf. Cuiac. *Obs. II*, 13. CR. Hinc apparet *taxationem* dici de pecuniae summa, quae a patrono deiecti proponebatur ob damnum datum; *aestimationem* vero de ea, quae a iudicibus post damnatum reum, decernebatur. PR. * *Aestimationem* Festus subindicat debuisse subsistere citra *taxationem* arbitro ab actore praescriptam. Idem affirmat Cicero *pro Rosc. Com.* c. 4. Contra vero diserte Seneca *de benef.* III. 7. *Melior videtur condicio causae bonae, si ad iudicem quam si ad arbitrum mittitur, quia illum formula includit et certos, quos non excedat, terminos ponit; huius libera et nullis astricta vinculis religio et detrahere aliquid potest et adiicere et sententiam suam, non prout lex et iustitia suadet, sed, prout humanitas et misericordia impulit, regere.* Cf. id. *de clementia* II. c. ult. Reverend. Maius confert Scholiastam ad *or. in Clodium* II. 6. de *litium aestimatione.*

Fecimus] Ambrosianus *fecim*; Taurinensis *fecimus*. PEYRON.

Quadruplum] Scilicet, ut reus, si damnetur, solvat quadruplum damni illati. MAI. Vid. *Excurs.* I.

8. *Omniaque*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *omniaquae*, saepe inutiles diphthongi in hisce schedis occurrunt [* usurpantur *]. PEYRON.

ad summam rem p. pertinere] I. e. ipsa respublica in discrimen adducta esse videretur; ut dicitur iudicium ad summam existimationem pertinere, quando fama agitur et existimatio: quod parum recte explicat Graevius ad Caecin. c. 2. Latina sunt *res summa* et *res summae*, ideoque *summa respublica;* quibus Graevius male immiscet *summum bellum* apud Caesarem, quod est difficillimum, ut *summa tempora*. Vid. Gronov. ad Liv. XXVI, 10. et XXXVIII, 50. Graeci, imprimisque Oratores, τὰ ὅλα πράγματα. Est etiam *summa rerum* et *summa reipublicae*, quod cum illo a librariis saepe con-

cam pertinere videretur: M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit, primus hoc iudicium composuit et id spectavit, ut homines ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti iure se potius quam armis defen-

fusum, tamen aliter et distincte videtur usurpasse consuetudo loquendi vera et propria. Quod moneo etiam propter Cuiacium Observat. XII, 32. HEINR. [*Cf. id. p. 113.*] Verba haec *ad summam remp. pertinere* laudat, ni fallor, ex Cicerone Victorinus in I. *Rhet. Cic.* c. XLVII. MAI. **Ad summam rem publicam pertinere* dicitur in *Phil.* VIII. 15, 38. Ib. II. 15, 38. Faërnus e MS. Vat. *de summa re publica dissentientes.* Al. voc. *publ.* excludunt. Eodem modo adiectivum tuentur codd. *ad fam.* VIII. in Caelii *epist.* 14. §. 5. X. in Planci *epist.* 24. §. 10. XI. in Bruti *epist.* 18. §. 15. in *epistular. ad M. Brutum* a Germanis repertar. 7. post init. *Voluntas mea, B., de summa re publica semper eadem fuit;* fluctuant autem inter adiectivi et substantivi constructionem in *Catil.* I. 6, 14. ex. *quae ad summam rem publicam* (al. *rei publicae*) *atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.* III. 6, 13. *senatum consului, de summa re publica* (al. *rei publicae*) *quid fieri placeret;* III. *Phil.* 15, 37. pr. *ad Att.* I. *ep.* 16. med. *multa dixi de summa re publica*, al. *rei publicae; ad famil.* XIII. *ep.* 68. §. 3. X. 21. in Planci *epist.* §. 4. Ibidem in Lepidi *ep.* 35. §. 3. *summae rei publicae consulere* idem est atque illud, quod sequitur, *salutis omnium ac dignitatis rationem habere*, vel simpliciter, *rei publicae consulere.* In I. *Catil.* 5, 11. dicitur *summa salus rei publicae.* Cf. Corte ad Sallust. *de R. P. O.* II. 2. Ceterum post *sed* ante haec vv. cum Taurinensi cod. delevi *etiam* quod etiam in *oratore* 38, 131. in vv. *Nec vero miseratione solum mens iudicum permovenda' st —: sed etiam est faciendum*, cum Goerenzio ad III. *Leg.* 7, 17. p. 237. delendum potius, quam cum Schützio in nova adhuc ed. ad fidem cod. Gu. 3. transponendum: *sed est faciendum etiam.* Cf. *Off.* I. 4, 12. ex. 39, 138. ex. II. 2, 7. III. 33, 117. pr. et 18, 74. ex. cum annot.

M. Lucullus] Ius inter peregrinos praetor dixit, teste Asconio ad orationem Ciceronis *in toga candida.* Frater Lucii is fuit, ut narrat Plutarchus in *Lucullo.* MAI. Asconius ad Or. laud. p. 979. Graev. [*ed. Schütz. T. XVI. P. II. p. 209.*] Plutarch. in Lucullo c. 1. Est hic M. Terentius M. F. Licinianus Varro Lucullus, frater, non germanus, sed consobrinus, si Eutropio fides, L. Luculli, Cos. cum C. Cassio A. U. 681. a quibus Coss. lex frumentaria Terentia Cassia. Vid. Manut. in Ep. ad Q. fr. II. 1. Pigh. ad an. 680. t. III. p. 306. et H. Verheyk. ad Eutrop. VI. 7. HEINRICHIUS. Ex imagine foliorum patet legendum esse *adque sapientia;* Cl. Mai. edidit *ac sapientia.* PR. *Nos e Taur. *et s.*

cum in Ambros. sit *ADRA-S PIENTIA.*

Ut homines] Sic Taurinensis; Ambrosianus *ut omnis.* PR.

derent; et cum sciret de damno legem esse Aquiliam: 9
tamen hoc ita existumavit, apud maiores nostros cum et res et cupiditates minores essent et familiae non magnae magno metu continerentur, ut perraro fieret ut homo occideretur, idque nefarium ac singulare facinus putaretur, nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus (quod enim usu non veniebat, de

9. *Cum sciret*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *cum scirent*. PEYRON.

Aquiliam] Latam scilicet ab Aquilio Tribuno, cuius capita aliquot refert Caius ad Edictum provinciale. Vide Pitiscum voc. *Lex Aquilia*. MAI. Meliora Pitisco dederunt triumviri ad istam legem, Balduinus, Suaresius et Noodtius. CR. „Lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius Tribunus plebis a plebe rogaverit." Sic ex Ulpiano Digesta tit. ad leg. Aquil. (IX, 2.) l. 1. §. 1. Add. Institut. tit. de l. ead. (IV, 3.) §. 15. Et e Digestis etiam videre licet, particulas eius legis non solum ex Gaio esse servatas. Sed de Tribuno hoc eiusque temporibus, quidquid dictum est, incerta sunt omnia. Quod subsequitur, *tamen hoc ita exist.* ego non satis expedio, ni legendum sit *hic*, Lucullus. HEINR. * *Hoc* idem valet q. *hac de re*, ut saepe pronominum in neutro genere Accusativus rei iungitur verbis *arguendi*, *contendendi*, *obiurgandi*, *assentiendi*, *assentandi*, *consentiendi*, *dubitandi*, *errandi*, *fallendi* etc. V. Ruddimanni *Institt. Grammat. Lat.* a Stallbaumio meo repetitarum P. II. p. 159. s. et 189. *not.* 27.*. In cod. Ambros. scribitur *existImavit apuT*. Lex Aquilia lata videtur circa a. V. 467. Quamquam Pighius in *ann.* T. II. p. 330. seq. a. V. 572. latam putat; Ernestus, cuius e *clavi Cic.* p. 8. notam Schützius in *Lex. Cic.* T. IV. p. 240. repetiit, multo iuniorem facit, sed magno in errore versatur.

Non magnae magno] *Animadverte ad orationis lumen ex collocatione verborum: cf. 49.

Ut perraro] Particula *ut* abest a Taurinensi. Huius intra breve spatium repetitae multa exempla ex Cicerone congerit Heinrichius ad h. l. PR.

Ac singulare] * Sic Taur. codex; Ambros. *et singulare*.

Coactis armatisque] Utrumque sic iungi etiam *pro Caec.* 9, 23. similiter ut ib. 11, 32. *coactis hominibus et armatis*, et 32, 93. pr. *sine armis ac multitudine;* sed 31, 91. ut in h. or. §. 7. *armatis coactisve*, vel (ut 22. 40. et in illa or. 21, 60. pr. 32, 92. pr.) *coactis armatisve* distingui observaverat Ill. CRAMER. Restant ex eadem Orat. hi quatuor loci, non praetermittendi: c. 1. [§. 2. pr.] „in convocandis hominibus *et* armandis." 11. extr. „convocati homines *et* armati." 12. [§. 35.] „coacti homines *et* armati." 22. [§. 63.] „per homines coactos armatos*que*." Hic iam P. Manutius ad locum, ubi verba interdicti recitantur, c. 21. recte utrumque esse dicit, sive *armatisve* sive *armatisque* legas. Et ibidem Hotomannus, mire disceptans, „Nihil muto," inquit: „sed magis placeret *armatisque*, ut infra." Quem contra P. Faber mox *armatisve* defendit lege 53. Digest. de Verb.

eo si quis legem aut iudicium constitueret: non tam prohibere videretur, quam admonere); his temporibus, cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem venisset ut homines minore religione armis uterentur, necesse putavit esse et in universam fa-

signif. sane commemorabili, ubi Paulus ait, saepe ita comparatum esse, ut coniuncta pro disiunctis accipiantur, et disiuncta pro coniunctis. A quibus vellem non omissa esset Cuiacii auctoritas, qui *ve* tenuit illo in verbo interdicti ad Pauli Sent. rec. V, 6, 4. Idque tenent etiam veteres edd. omnes et MSS. nec iniuria. Nam si Praetor dixisset, *coactis armatisque*, paratum erat effugium ei, qui non simul et coactis et armatis, sed solis coactis armatisve vim faceret. Quare dixit, fraudis praemuniendae causa, *coactis armatisve*, id est, aut coactis, aut armatis. Conf. de hoc discrimine Bentlei. ad Horat. III, 2, 16. At toties Cicero in Oratione, quos Praetor interdicto disiunxerat, eosdem coniungit. Quid mirum? Ita enim acta res fuerat ab Aebutio, qui, ut vim faceret, homines permultos, liberos atque servos, coegerat *et* armarat. Vid. §. 20. et pluribus loc. Loquitur ergo ubique in illa causa ad rem, quomodo gesta erat, accommodate; et adeo plane non potuit disiunctione uti ullo in loco, qui pertinet ad factum Aebutii, ut, sicubi contra quid esset, quod tamen nusquam invenio, id librariis imputari et corrigi oporteret. Ad hanc rationem facile est iudicare, quid consentaneum sit huius Fragmenti locis. Tum §. 7., tum infra [§. 12.] utpote in formula iudicii, legendum est ad Codicis litteras, *coactis ve:* nec vero *armatisque* mutandum hic, ubi Orator loquitur apte ad rem, uti in vi illa fiebat plerumque, nempe per homines coactos *et* armatos. Conf. pro Caecina §. 63. HEINR.

Videretur] Sic Taurinensis; Ambrosianus *videtur*. PR.

Admonere] Sic prorsus idem Cicero in orat. *pro Roscio Amerino* XXV. [§. 70.] de Solone, qui nullum supplicium parricidio statuerat, ait: „Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur.“ MAI. *Cf. *or. pro domo sua* 49,127. *Neque quisquam fecerat neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur* (legis lator), *quam admonere.* Nimirum *nitimur in vetitum.* Sed *ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. . . Secutae leges . . in maleficos ex delicto*: ut ait Tacitus *Ann.* III. 26. s. et XV. 20. *Vsu probatum est leges egregias . . apud bonos ex delictis aliorum gigni. . . Nam culpa quam poena tempore prior, emendare quam peccare posterius est.* Ceterum indicavimus hic parenthesin post eamque tolli iussimus plenam interpunctionem, ut magis elucerent contrariis contraria relata.

10. *Ex bello*] Taurinensis *et bello.* PR. Mariana et Sullana tempora respicit. CR.

Et in universam] I. e. propter universam familiam, in dominum. Cur autem *universam* dixerit, optime declarat Ulpianus L. 2. §. 14. D. d. t. [XLVII. 8.] *haec actio etiam familiae nomine competit: non imposita necessitate ostendendi, qui sunt*

missam iudicium dare, QUOD A FAMILIA FACTUM DICERETUR, et reciperatores dare, ut quam primum res iudicaretur, et poenam graviorem constituere, ut me- 11
tu comprimeretur audacia, et illam latebram tollere DAMNUM INIURIA. Quod in aliis causis debet valere et

ex familia homines qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. CR. Ambrosianus non habet particulam *et*, quae maxime opportuna est. Quaestio a iuris peritis instituebatur, utrum legi Aquiliae locus esset, si servus caedem noxamve fecerit [*fecisset*]. Ita vero Ulpianus Digest. lib. IX. tit. IV. l. 2. rem definit: „Si servus, sciente domino, occidit, in solidum dominum obligat; ipse enim videtur dominus occidisse: si autem insciente, noxalis est; nec enim debuit ex maleficio servi in plus teneri, quam ut noxae eum dedat [*np. quam diu in eius potestate est servus, qui noxam commisit. Nam omnes noxales actiones caput sequuntur. V. Gaii *Commentar.* IV.r §. 77.*] . . . . Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam, et legem duodecim tabularum. Nam in lege Antiqua, *si servus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis*, nec dominus suo nomine tenetur; at in lege Aquilia (inquit) dominus suo nomine tenetur, non servi. Utriusque legis reddit rationem; duodecim tabularum, quasi voluerit servos dominis in hac re non obtemperare; Aquiliae, quasi ignoverit servo, qui domino paruit, periturus, si non fecisset.“ Lege ergo Aquilia solus tenebatur dominus. — Iam vero cum solerent domini illa uti exceptione, qua profiterentur, se inscientibus, damnum a familia datum esse, seu, ut ait Tullius, *quod a familia factum diceretur*; tum Lucullus *et in universam familiam* iudicium ampliavit, ut domini *familias suas continerent.* PR. *Post *iudicium* intelligitur *de eo*. Cf. 53. Eius formulam maiusculis litteris exprimi curavimus.

Quod a familia] Cl^us Mai edidit *siquod*, neutro codice suffragante. PEYRON.

Reciperatores dare] Videtur fuisse romani iuris formula, quam ex edicto quodam Verris refert etiam Cicero *in Verr. lib.* III. 14. [§. 35.]. MAI. *Dicitur eodem modo atque *iudices dare*. Cf. II. *de inv.* 20, 60. de postulato *iudicio reciperatorio* puro, quo de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum esset, praeiudicari videbatur. Is, qui agit, ibi hac nititur ratione: *Eius modi sunt iniuriae, ut de his indignum sit non primo quoque tempore iudicari.*

11. *Latebram*] *h. e. exceptionem dolosam et malitiosam. V. III. off. 29, 106. ex.

DAMNUM INIURIA] Sollemnia verba, quibus hoc iudicium designabatur. Sic Cicero *pro Comoedo* XI. [32.] *lite contestata, iudicio DAMNI INIURIA constituto, tu sine me cum Flavio decidisti.* *Ulpianus ad legem Aquiliam* Digest. IX. II, 1. *lex Aquilia omnibus legibus, quae ante se de DAMNO INIURIA locutae sunt, derogavit*, atque alibi saepe apud iurisconsultos. Cave tamen, ne credas scribendum esse DAMNUM INIURIAE, phrasis enim elliptica est pro *damnum iniuria datum.* Praeter illud effugium, quod damnum non a domino, sed a familia datum diceretur, cum alia do-

valet lege Aquilia, id ex huiusmodi damno, quod vi per servos armatos datum esset,„ [*manifesto deprae*- „T* *hensum apparere iudicavit atque ideo de* INIURIA *non addidit, ne, qui haberent controversiam,*]
12 ipsi statuerent, quo tempore possent suo iure arma

minis superesset latebra, qua contendebant noxam non iniuria, sed iure illatam fuisse; tum Lucullus nullam defensionis spem relicturus edixit de INIURIA non esse quaerendum, quod adeo vocabulum in suo interdicto non admisit. PR. * Praeterito autem hoc vocabulo subindicavit tantum, quod *edixisse* perhibetur. *Legis Aquiliae* capita exposuit Gaius in *Commentar.* III. 202. 210. ubi corrigendum arbitramur: *Damni iniuria* (pro *d. iniuriae*) *actio constituitur per legem Aquiliam.* 211. *Is iniuria autem occidere intelligitur, cuius dolo aut culpa id acciderit. Nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur, reprehenditur. Itaque inpunitus est, qui sine culpa et dolo malo casu quodam damnum commisit.* (cf. Iustinian. *Instt.* IV. 3. §. 2. — 5.) 212. — 219. IV. 109. Etiam ib. IV. 37. correxerim: *si ex lege Aquilia peregrinus damni iniuria agat.* et 76. *constitutae sunt autem noxales actiones . . . damni iniuria lege Aquilia* pro *d. iniuriae* eodemque modo in Iustinianeis *Instt.* IV. 8. §. 4. V. Io. Henr. Mylii Diss. posthuma *de tribus legis Aquiliae capitibus* in *Theophili* ed. Guil. Ott. Reitzii T. II. Num. III. art. 6. p. 1101. — 1103. *Franc. Schoemann Handbuch des Civilrechts* T. I. p. 204. — 232. et eiusd. *Lehre vom Schadenersatze* T. I. p. 44. — 72. *Die Theorie der Culpa von Egid von Löhr* §. 14. — 20. p. 81. — 132. et eiusd. *Beyträge zu der Theorie* etc. p. 219. — 223. *Hasse Culpa des Römischen Rechts* §. 4. — 15. p. 21. — 95.

In aliis causis debet valere et valet] Haec et sequentia, quae Taurinensis suppeditat, ita sunt in Ambrosiano oblitterata, ut diligentissimos Cl. Mai oculos fallerent; me meliora sed non omnia legisse demonstrat Imago huiusce folii. PR. * Exhibetur ex eo *in illis causis*, ultima ante lacunam vv. sunt *valet legem;* sed haud dubie lit. *A* cum dimidia lit. *Q* habita est pro *M.* Ceterum ante *quod* plenius interpunximus. Nam relativae protasi respondet deinde *id.*

Datum esset] Desiderantur septem versus in Ambrosiano. PR. * Hos singulos tredecim fere litterarum utcumque explevimus e §. 40 — 42. Iulianus in π. VII. 1. (*de usu fructu*) l. 13. §. 3. *Cur ad arma et rixam procedere patiatur Praetor, quos potest iuris dictione sua componere?* Addamus CRAMERI, sententiam certe acute pervidentis, notam: „Non addidit Lucullus in edictum verbum *iniuriae.* Iniuriae enim vocabulum ianuam aperire videbatur calumniandi licentiae reo dicenti, iure suo damnum datum esse. Ea praecisa putabatur, si sufficeret actori probasse, se damnum passum esse armatis coactisque hominibus, quos cum habere privato homini non liceret, ista re probata, dolus ipse probatus videbatur.“

12. *Ne privati*] Haec addidi ex coniectura. PR. * Ultimum vocabulum, iam ab Ang. Maio sq.

capere, manum cogere, homines occidere. Cum iudicium ita daret, ut hoc solum in iudicium veniret, VIDERETURNE VI HOMINIBUS COACTIS ARMATISVE DAMNUM DOLO MALO FAMILIAE DATUM, neque illud adderet INIURIA: putavit se audaciam improborum sustulisse, cum spem defensionis nullam relinquisset.

13 Quoniam quod iudicium et quo consilio constitutum sit cognostis: nunc rem ipsam, ut gesta sit, dum breviter vobis demonstro, attendite.

pronomini *ipsi* praepositum aliter nos compensavimus.

Datum esset] Addidi verbum *esset*. PR. * Nimirum legebatur *venire videretur*, *ne* etc. quod soloecum est. Addidi literam *T*, quae in cod. facillume confluere potuit cum priore crure literae *U*. Pron. *hoc* quodammodo abundat, ita tamen, ut praenuntium sit formulae maiusculis litteris a nobis indicatae, in qua *NE* est interrogativa. Servata lectione *venire videretur* rescribi poterat *NI*. Sed haec part. indicaret sponsionem, quam Tullius cum Fabio infitiatore facere potuisset; in iudicii formula edita adesse debebat *SI* (*εἰ*). Gai. IV. 93. Cf. intentio illa in Theophili *paraphrasi* IV. 10. §. 2. *Εἰ φαίνεται χρῆναι δοῦναι* etc. *καταδίκασον* et copiosiorem annot. nostram ad III. *off*. 19, 77. p. 327. — 329.

Adderet] Codex *aderet*. Paullo supra rectius legeretur *daret* pro *daretur*. PR. * Vel rectius hic *adesset*: nisi forte malueris *adderetur*. Correxi tamen *daret*.

Relinquisset] Inferius *relinquissent* = De hac scriptura consule Brisson. Parerg. cap. 25. et Hagenbuch. in Epist. Epigr. p. 566. sqq. Adde quos laudat Smallenburg. ad L. 2. §. 33. D. de Or. Iur. CRAMERUS. * Animadvertendum praeterea ad conditionis in epexegesi repetitionem. Sic apodosis duobus membris communis inter utrumque ponitur *Tusc*. V. 8, 24. *Theophrastus cum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones* etc. *magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret*. Pariter *si* utrobique ponitur I. *de Fin*. 3, 7. pr. De aliis epexegeseos modis cf. n. ad I. *off*. 14, 44. p. 110. s. Matthias ad *or. pro Rosc*. 5, 14. Car. Reisigii *Coniectaneor. in Aristoph*. L. I. c. 6. pag. 314. sq.

13. *Cum imitatione disceptationis forensis similiter transitum facit Seneca *Quaest. Nat*. V. c. 1. extr. *Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est*.

Rem ipsam, ut gesta sit, dum demonstro] * *Pro Rosc. Am*. 5, 14. *res quemadmodum gesta sit vobis exponemus*. Hic autem duae constructiones in unam conflatae sunt. Cf. *N. D*. I. 14, 36. e librorum mss. vestigiis: (*Zeno*) *aliis libris rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem ut divina sit effectum putat*. Senec. *epist*. 83. *Si vis illum aestimare totumque scire qualis sit*. Gronov. ad Senecae *de benef*. IV. 32. pr. *Deos verisimile est ut alios indulgentius tra-*

14 **Fundum habet in agro Thyrino M. Tullius paternum, Reciperatores, quem se habere usque eo non**

ctent: eundem et Drakenb. ad Liv. II. 57, 3. *Distractam laceratamque rempublicam magis quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quaeri.* Ibidem XXIII. 10. pariter, ut nostro loco subiectum enunciati secundarii attractum obiecti loco est a verbo primario: *eum postulare ut sibi dedatur.* XXXIV. 61. *Hunc Aristonem Carthagine obversantem non prius amici quam inimici Annibalis qua de causa venisset cognoverant.* Columella VI. 3, 3. Petronius LXXIV. 4. V. Sanctii *Minervam* L. IV. c. 12. ed. Bauer. T. II. pag. 390. Ruddimanni *Institt. Gramm. Lat.* ab clar. Stallbaumio auctas P. II. p. 385. seq. Gesner. ad Caton. *de re rust.* 8, 2. Davis. ad Iul. Caesar. *B. G.* I. 39, 6. Cic. *de rep.* I. 46. *sic adfirmo, nullam omnium rerum publicarum comparandam esse cum ea, quam patres nostri nobis — reliquerunt: quam, si placet, quoniam ea, quae tenebatis ipsi, etiam ex me audire voluistis, simul et qualis sit et optimam esse ostendam.* N. D. I. 10, 23. *nullo modo viderunt animi naturam intelligentis in quam figuram cadere posset.* Est autem Hellenismus, quo utitur e. g. Sophocles in Trachin. 96. ss. *Ἅλιον αἰτῶ τοῦτο* (abundat pron. sic, ut §. priore *hoc*), *καρῦξαι τὸν Ἀλκμήνας πόθι μοι πόθι παῖς ναίει.* V. Hoepfner ad Eurip. *Cycl.* 90. Frotscheri, V. D., obs. eximia ad Xenoph. *Hieron.* VIII. 2. et quae ipsi collegimus in Ienanis Actis universarum litterarum a. 1822. Vol. I. n. 19. p. 149. et praecipue in clar. Seebodii *bibliotheca critica* a. 1823. P. 3. p. 290. sq. In eiusdem editoris *Archiv für Philologie. Erster Jahrgang. Zweites Heft. S.* 262. s. G. T. Krüger (Urceolaris) doctissime de hac attractione exposuit. Graeci etiam audacius ea utuntur ad alia quam declarandi verba: ut Aeschyl. in *Sept. ad Theb.* 19. sq. de patria: *ἐθρέψατ᾽ οἰκιστῆρας ἀσπιδηφόρους πιστοὺς, ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε* pro *ὅπως γ. πιστοί.*

14. *Thyrino*] Antiqua urbs Lucaniae fuit Thurium: quamquam Acro ad Horatii lib. 2. sat. 8. v. 20. dicit Thurium oppidum Calabriae. [*Ed. 1. addit: „De colonia latina in Thurinum agrum deducta vide Liv. XXXIV. 53.“*] At noster codex habet *Thyrinum* pro *Thurinum* ex permutatione consueta inter se vocalium eiusdem aut proximi soni: nam *y* apud veteres sonabat interdum ut *u*. Citat hunc locum Quintilianus *Instit.* lib. IV. cap. 2. sub finem [§. 131.], ubi ait: „Initium narrationis frequenter et a re [fieri] sicut pro Tullio Cicero: *Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum.*“ Institutionum editio Parisiaca anni MDXLII. habet *in agro Tigurino*, ut et codex unus Ambrosianus Quintiliani. Verum longe rectius aliae editiones *in agro Thurino*, quod confirmant tres codd. Ambrosiani eiusdem Quintiliani. Reapse quis praedium divitis viri romani inter montes potius Helvetios, quam in Lucaniae beato agro requirat? MAI. Cf. Spaldingii Var. Lect. ad Quintil. l. c. Sed cur ager, in quo Tullius Fabiusque fundos habebant, non potuerit esse Tigurinus, verior, quam Lucani agri beatitudo, ratio haec est, quod viris Romanis ne in mentem quidem venire potuit, ut vellent praedia habere inter

molestë tulit, doneo vicinum eiusmodi nactus est, qui agri fines armis proferre mallet quam iure defendere. Nam P. Fabius nuper ėmit agrum de C. Claudio senatore, cui fundo erat adfinis M. Tullius, sane magno, dimidio fere pluris incultum exustis villis omnibus, quam quanti integrum atque ornatissimum carissimis pretiis

montes Helvetios, hisque adeo montibus nihil fuit commune cum iure Romano et Praetoriis edictis vel interdictis. Ceterum hinc incipit narratio, seu expositio rei gestae, quae est in iuris libris species actionis, vel litis, sed infeliciter ea obscurata per aliquot graves lacunas Codicis, quas quidem coniectura sat probabili explere difficile est. Ego in singulis locis, quid potero, faciam, gratias ipse habiturus ingentes, si mox alius Scaligerana fortasse divinandi vi et audacia plus effecerit. HEINR. *Unus Quinctiliani cod. Ambrosianus *Tyrinus*, ut Cic. Ambros. infra §. 19. quod fortasse verum est. Etenim Aeoles, a quibus latina lingua originem traxit, erant *φιλωταί*. Cf. *θρίαμβος*, *triumphus;* *θράνιστρον*, diminut. voc. *θράνος*, *transtrum*. Passim in antiquis codd. scribitur *Xantippus*, *Phaëton;* rectius *Tibris* quam *Thybris*.

Iure defendere] Ita in codice certissime. Aliud agebat Cl^us^ Mai exscribens *iure obtinere*. PEYRON.

P. Fabius] Littera P. praenominis omissa fuit a Cl^o^ Mai, est tamen insignis. P. Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore, cui agro Tullius erat fundo adfinis. Pretio autem sane magno, dimidio fere pluris, emit hunc agrum incultum, exustis villis omnibus; pluris, inquam, emit, quam quanti integrum atque ornatissimum carissimis pretiis ipse Claudius emerat. Ita construo Tulliana verba. Cl^us^ Mai in prima editione: „Nam Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore (cui fundo erat adfinis M. Tullius sane magno) dimidio fere incultum, exustis villis omnibus, pluris quam quanti integrum etc.“ In altera vero editione: „Nam Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore (cui fundo erat adfinis M. Tullius sane magno) dimidio fere pluris incultum exustis villis omnibus, quam quanti integrum etc.“ Quae interpunctio perimit germanum sensum. PR. *Heinrichius *cui* pron. refert ad Senatorem, cui Tullius erat *fundo affinis*, vicinus. Ipse Maius in additamentis ed. 2. interpunctionem emendavit. V. *incultum* Peyron utrimque virgulis inclusit, quas sustulimus.

C. Claudio] Videtur hic frater Appii et Publii. Confer orationis *pro Scauro* n°. 33. cum Scholiaste, qui C. Claudium ait etiam tenuisse Asiam praetorio imperio. Asiae autem et heic mentio fit paulo post. MAI. *Huic eo anno nondum licuit esse *Quaestori;* nedum Senatori. Facilius cogitabimus de *C. Claudio Nerone*, P. Clodii patruo, Cretico, aut eius fratre, qui Asiam praetor prorogato imperio obtinuerat a. V. 674. 675. v. lib. I. *in Verr.* c. 19. *Asiae* vero mentionem in seqq. rectius accepit Heinrichius.

Praetiis] A. Manutius Orthograph. p. 630. „*Pretium*“, inquit, sine diphthongo libri, et lapides. HEINR. *Accedit primae syllabae correptio. *Carissi-*

ipse Claudius [*emerat. Agri cupidius empti pretium sero diligentius attendenti cum nimis magnum videretur, facile 'st existumatu, quantum stomachi fecerit suspicio venditorem se*] clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia. Etiam illud addam, quod ad rem pertinet. Imperatore mortuo pecuniam, nescio quomodo quaesitam, dum vult in prae-

mis pretiis i. e. q. *tunc*, *cum praedia essent in pretio.* Cf. locum plane geminum *pro Rosc. Com.* 12, 33.

Emerat] Post *Claudius* facile addas, quod certe hic fuit, *emerat.* Locus, qui deficit, dum salvus erat, sine dubio plura habebat de Fabio, deque eo, qui mox dicitur *Imperator;* et haec erant illa, quae de existimatione Fabii promiserat se dicturum, §. 3—5. Quod provinciarum nomina hic leguntur nulla cum vitii suspicione, et postea sermo est de pecunia male quaesita, denique imprimis, qui ridetur in seqq. *paterfamilias Asiaticus*, ea vero cuncta demonstrant, avidum fortunae venatorem fuisse hunc hominem, unum de multis temporum illorum, qui per provincias in comitatu magistratuum, sive ex domesticis convictoribus, sive quos comites et adiutores, velut praefectos, scribas, accensos, et alia, quae ille vocat, serperastra cohortis, dabat respublica, faciendo variis artibus quaestu corrigere sortem malignam et inopiam levare studebant: qui quidem, mortuo Imperatore, videlicet ipso provinciae praeside, tanquam ancora amissa, ex provincia repetiit lares, et pecuniam secum allatam, cum in praedio vellet ponere, perdidit. HEINR. Desiderantur decem versus. PEYRON. * Undecimi nihil superfuerat nisi finalis syllaba *dius.* Notavit iam Maius, e codice dimidium folii cultro desectum fuisse; unde lacunae sex incommodissimae extiterunt, et quidem (ut in imagine p. 45. s. ed. Peyron.) secunda §. 15. et quinta §. 17. decem versuum, ceterae tres §. 16 et 18. undecim versuum. Singuli versus habebant undecim ad quatuordecim litteras: quibus suppletis nexum restituimus.

15. *Circumscripsisse isti a*]. Cl^us^ Mai legit *circumscripsissetetia*, atque reposuit *circumscripsisset etiam;* equidem uti legi, sic edidi, neque in contextu mutilo quidquam statuo. Paullo infra anne fortasse distinguendum erat. *Et iam illud addam.* PR. * Falsae illi ab Ang. Maio profectae lectioni Heinrichius superiore annot. ingeniosissimam coniecturam suam superstruxerat. *Isti a consulari Macedonia et Asia* accipimus pro *Fabio, qui fuit unus de exercitu, quem Sulla in Macedonia atque Asia contra Thracas et Mithridatis copias duxerat.* V. Appian. Ἐμφ. I. 76. pr. 79. extr. Plutarch. in *Sulla* c. 23. Quomodo Sullanis militibus in Asia *pecunia quaesita* sit, narratur ib. c. 25. Σύλλας ἰδίᾳ τοὺς οἴκους ἐξέτριψεν ὕβρει καὶ πολιορκίᾳ τῶν ἐπισταθμευόντων. Ἐτέτακτο γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τῷ καταλύτῃ τὸν ξένον διδόναι τέσσαρα τετράδραχμα, ταξίαρχον δὲ πεντήκοντα δραχμὰς λαμβάνειν τῆς ἡμέρας.

Nescio quomodo] Haec formula hic turpitudinem lucri indi-

dio ponere, non posuit, sed abiecit. Nihil adhuc

cat. Dolentis est in *ep.* 13. lib. XIV. *ad Att. et* (*nescio, quo pacto*) *tibi ego possim, mihi tu dicere, τέκνον ἐμὸν, οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα*· repraehendentis in Luciani *Piscat.* c. 14. sub f. *ὑμεῖς δὲ* (*οὐκ οἶδα ὅπως*) *ὀργίλοι — γεγόνατε*, et in *Necyomant.* c. 19. *εὖγε ὑπέμνησας· οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως — πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου.* V. plura ad I. *off.* 146. p. 292. Aut parenthesin facit haec formula aut cum reliqua oratione conflatur quasi et confunditur.

Ponere] Pecuniam *ponere* et *collocare* sunt verba iuris et pecuniaria, uti vocat Quinctilianus, quae si simpliciter efferuntur, modo idem valent, quod deponere solius custodiae causa, modo aut mutuam dare, aut foenori locare, ut ap. Horat. Epod. II. v. ult. et Quinctilian. Decl. IX. c. 16. *ubi pecunia melius poni potest, quam ubi foenus bonitatis extenditur;* addita autem re, in qua constituitur, uti hic, in fundo, modo est impendere in rem, ut L. 2 §. ult. *D. Mand.* [XVII. 1.] *collocare pecuniam in emtionem praediorum*, modo ita alicui dare, ut in eius securitatem res accipientis sit pignori obligata. Sic *Or. pro Caecina* c. 4. [§. 11. pr.]. *Cum uteretur dote uxoris numerata, quo mulieri esset res cautior, curavit, ut in eo fundo dos collocaretur.* Non satis distincte haec Lexica exponunt. Confuse etiam, sed abundante doctrina, ut solet, Salmasius de Usuris c. 7. CR. Praeiverunt in hoc vario utriusque verbi usu Latinis Graeci, apud quos, in foro praesertim Attico, patet non minus late vis verbi *τιθέναι*, quod verbum quas non admittit hac forma significationes, eas transfert ad alteram *τίθεσθαι.* Qua quidem in re, ex orationibus maxime causarum civilium haurienda, Lexica Graeca etiam minus, quam Latina, sufficiunt. HEINR. **Ponere* s. *collocare pecuniam* modo absolute positum, modo per praepositionem *in* adiuncta re, significat occupare eam in quaestu exercendo (*anlegen*) v. *pro Caec.* 5, 15. 6, 16. II. *off.* §. ult. et not. ad eund. lib. 12, 42. Hinc tralate *beneficium collocare* ib. 69. pr. 70. extr. v. *locare* ap. Ennium ib. 62. extr.

Abiecit] Eadem fere locutione contrarium dicit idem Cicero Philippic. III. cap. II. [§. 3.] de Octaviano „patrimonium suum effudit. Quamquam non sum usus eo verbo, quo debui. Non enim effudit, sed in salute reip. collocavit.“ MAI. Homo pecuniam abiecit in praedio conditionis deterrimae, quippe quod pretio emerat insano. Hoc Orator ait ad rem pertinere; quandoquidem hinc hominis stomachus, et rursum ex stomacho facinus. Ceterum structura hic est, propria illa quidem linguae Latinae, *dum vult, abiecit*, ubi *dum*, positum pro interim dum, in re praeterita iungitur cum forma praesentis temporis: cuius structurae unum tantum exemplum in toto Cicerone attendit Ernestius, de Off. II. §. 29., et ne id quidem sciens, sed dubitans: unde illam eius dubitationem luit mox alius gravi lapsu in eo loco. (Alterum exemplum, sed non Ciceronis ipsius, animadverterat prius Ernestius in Ep. ad Fam. XII, 12. „*Habui* paullulum morae, *dum* promissa militibus *persolvo.*“ ubi, notato, legi in aliquot libris *habeo*, ille haec addit: „nempe *persolvo* non concoquebant, quod hic videtur stare posse: si quis malit *dum persolvi*, non repugnem.“ Quae peiora sunt

m[*agnopere miror, quod stultitia sua impeditus, quoquo modo posset, se expedire voluit. Illud vero*

etiam istis, quae postea scripsit ad Officiorum locum, cum illud *dum persolvi* ne Latinum quidem foret ullo pacto. HEINR. in *Addend.* p. XXIII.) Sed nescio, quomodo acciderit, ut huius particulae constructio, varia ea pro varia significatione, a veteribus inde grammaticis tot eruditos fefellerit. Vel exempla et iusta significationum discrimina quaerentem destituunt Lexicographi; neque Ciceronianus ille Nizolius habet ullum exemplum eius, quae huius est loci, structurae. Atque Ernestius, quoties in ceteris scriptoribus, quibus edendis bene meruit, eam constructionem animum advertit, aut plane errat, aut fluctuat. Sic ad Sueton. Domit. 4. ad Tacit. Ann. XIII, 15. et Hist. III, 38. Huc accedunt incredibiles paene fabulae Baueri, ab Ernestio grammatici, in Indice ad Tacit. v. *dum.* Et Ciceronem in hac structura prorsus praetermisit I. H. Vossius ad Virg. Georg. IV, 560. eundemque nonnisi cum uno illo, quod antea dixi, exemplo ponit Heindorfius ad Horat. Sat. I, 5, 72. Quin etiam Wolfius, dum Ernestium reprehendit in Suetonii loco, „Cicero quidem," inquit, „non ita construit; sed id faciunt poetae" etc. Idemque iam antea ad eiusdem scriptoris Aug. 76. monuerat de constructione, *dum redeo, comedi,* pro *redibam*, ut ait. Qualia si tantus vir doceat, tacere religio est. Cicero igitur sic construit multis locis. Divinat. Verr. c. 17. [56.] „Ita, *dum* pauca mancipia — retinere *vult*, fortunas omnes — *perdidit.*" In Verr. II. c. 38. [92.] „itaque *dum exspectat*, quidnam sibi certi *afferatur*, — de foro non *discessit.*" In Pison. c. 22. [53.] „quos tum Maeandros, *dum* omnes solitudines *persequeris*, quae diverticula flexionesque *quaesisti?*" etc. Epist. ad Q. fr. I, 1, 1. „Quod ego, *dum* sociorum saluti *consulo*, *dum* impudentiae negotiatorum *resisto*, *dum* nostram gloriam tua virtute augeri *expeto*, *feci* non sapienter." Iam satis est. Sed affirmavit nuper Heindorfius, paullo audacior in uno ex Cicerone loco, particulam *dum* hac significatione sic construi ubique et sine exceptione. Apud Suetonium quidem Aug. 99. ubi Ernestius habet, *dum — interrogabat*, *defecit*, Oudendorpius dedit ex pluribus MS. *interrogat.* Et apud Tacitum Vit. Agric. 41. ubi libri omnes sic habent: „Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, *dum — exstimulabant*," hoc ipsum corrigendum est fortasse. Num vero illud etiam mutetur, quod Codicum consensus defendit apud Nepotem in Hannib. c. 2. [§. 4.]. „Quae divina *res dum conficiebatur*, *quaesivit* a me," etc. Monet deinde Heindorfius, tanquam antehac non observatum, particulae *dum* iungi necessario indicativum praesentis in obliqua etiam oratione, in eamque rem profert tres locos Taciti ex Annalibus. Sed hoc novum non erat post Ernestii animadversionem ad Tacit. Hist. III, 38. qui cautius simul addit, Tacito id esse sollenne, nec vult, necessarium esse. (Et congruit in hac parte constructionis, ut in aliis multis, cum Tacito auctor Dialogi de corrupta eloq. c. 32. „certum habeo dicturos, me, *dum* iuris et philosophiae scientiam tanquam oratori necessa-

***mirari satis non queo, illud indignor, quod suam stultiti*]am calamitate vicinorum corrigit et quod stomachum suum damno Tulli *re*plere conatus est.**

riam *laudo*, ineptiis meis plausisse." HEINR. in *Add.*) Nusquam vidi adhuc exemplum talis syntaxis apud Ciceronem, aut unum aequalium: apud quos sic positum ex coniectura, uti ausus est editor in Fr. Scaurianae §. 4., [*nostr. ed. II. 23. ubi 1. ed. Mediol. habet: *dum vices gerit patroni, in ius* etc. *] mihi quidem, ut dixi, porro de soloecismo suspectum est. (Ciceronis et verum omnino atque legitimum usum in sermone obliquo docent exempla haec. Pro Muren. c. 24. princ. *dum — comparares*, quod falso Lambinus vult scribi *comparas*, Taciti more. Pro Planc. c. 40. pr. *dum — extollerem.* De Orat. I. c. 41. extr. *dum — voluerim.* HEINR. in *Add.*) Alioquin ubi citeriores *dum* ponere solent cum indicativo, antiquiores *cum* ponunt et coniunctivum. Quanquam loci sunt multi, ubi vel in recta oratione haec altera constructio erat propria; qualis hic est, cuius causa haec cum maxime disputo, ubi si scriptum foret: „pecuniam, *cum vellet* in praedio ponere, non posuit, sed abiecit", id quem offenderet? Ac nonnihil quidem, si verum quaerimus, interest inter utramvis rationem; ut, si dicitur, *cum vellet*, ea ratio est rem simpliciter narrantis, si, *dum vult*, narrantis cum evidentia, et fingentis cogitatione eius conditionis imaginem: quod est τῆς ῥητορικῆς ἐναργείας, vel φαντασίας, ideoque magis, quam illud, oratorium. HEINR. Licentiam citeriorum scriptorum in hoc genere, et abusum huius partic. apud Hyginum, Orosium et similes, docet Wopkens. in Miscell. Obs. nov. T. II. p. 62. et 67. IDEM *indice* p. 104. v. *Dum*. *Cf. Matthiae obs. ad or. *pro Rosc. Am.* 32, 91. pr. In II. *de off.* 8. §. 15. (29.) Fr. Heusinger pro Victorii lectione *dum malumus*, quam ipsi probamus, revocavit *dum maluimus*, cui comparari potest *or. pro Mur.* 27, 55. extr. Eadem constructio est voculae *ubi* cum praesenti ap. Terent. in *Heaut.* I. 1, 76. II. 3, 62. Nam v. *venio* per se in rhetorica vel poëtica hypotyposi frequentatur, ut IV. *in Verr.* 14, 32. *Eo cum venio, praetor quiescebat:* ubi edd. contra libros *veni.*

Adhuc m . . .] Desiderantur decem versus. PR. *Nexum restitui ex or. *pro C. Rab. Posth.* 9, 24. *non tam semper stulti, quam sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.*

Calamitatem] Cl^us Mai legit *calamitate*, atque ex ingenio supplevit: = *stultitiam su*am calamitate vicinorum corrigit = Perplacent ista; at ego legi *calamitatem*, neque in contextu mutilo quidquam muto. PR. *Nobis haec superstitio non fuit. In codice littera *M* non expressa est sed lineola significata *E*‾ . Praesens tempus *corrigit* i. valet q. *corrigere satagit.* Itaque iungitur cum . . *plere conatus est.* In duarum lacuna litterarum superiores reposuerant *ex*. Sed cf. *pro Mur.* 25, 50. de Catilinariis lucripetis: *qui consumpta replere, erepta reciperare vellent.*

Stomachum] Codex *sthomacum.* PEYRON.

16 **Est in eo agro centuria, quae populiana nomina-**

16. *Centuria*] *Centuriam* (inquit Columella V. 1. §. 7.) *nunc dicimus, ut Varro ait, ducentorum iugerum modum. Olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria; sed mox duplicata nomen retinuit.* MAIUS. *Respicit Columella ad Varron. *de ling. Lat.* IV. 4. Cf. idem *R. R.* I. 18, 5. Secundum Siculum Flaccum et Sextum Pompeium est *centuriatus ager in CC iugera descriptus, quia Romulus centenis ducena iugera tribuit.* Cf. nota infra ad §. 18. Hygenus *de limit.* in Goësii *Auctorib. rei agrariae* p. 154. docet *centuriam* dici alibi alium agri modum.

Popiliana] Ita codex, atque Heinrichius ex coniectura. Clus Mai legit *Populiana*, uti inferius ter habet codex. PR. *Hic quoque recte legisse videtur Maius. Nam lit. *u* est in fine lineae *QUEPOPI*, ita ut alterum crus evanidum facile fugere potuerit Peyronis oculos. Heinrichio non aliunde ducta appellatio videtur, quam ab aliquo, cuius antea ea possessio fuisset: cuius generis exempla multa in inscriptionibus reperiri memorat p. 108. a. laudato Indic. XI. ad Gruter. v. *Ager*, *Domus* et *Fundus* de nominibus possessionum a dominis pristinis. Atqui *Populios* nullos fuisse; sed *Popilios* vel *Popillios*. Perdocte ad h. l. et in *Indice* p. 110. de nominum propriorum atque adiectivorum ab his ductorum formatione disputat summus Grammaticus. Potuit sane illa *centuria* nomen invenisse ab prisci possessoris sepulcro Popilii. Sed in re incerta minimi periculo erroris rebar servari codicis lectionem; si modo initialis littera poneretur minuscula. Quid enim impedit, quo minus genuina latinitate locupletemus Lexica? Praemuniamus auctoritate alibi ab ipso Heinrichio laudata Ruhnkenii in Praef. ad Appulei. p. III. s. glossaria latinitati augendae commendantis. „Qua de re liquidius iudicari poterit tum, cum quis iuniorum Literatorum, qui nunc subitariis coniecturis edendis famam venantur, ad eam laboris, etsi non nimis grati, tamen literis et laudi suae magis profuturi, patientiam sese durarit, ut Glossaria Latina, in Leidensi bibliotheca latentia, quibus nihil usquam vel vetustate, vel praestantia simile reperias, e tenebris in lucem vocet, linguamque Latinam, de cuius inopia vetus querela est, aliquot mille vocabulis ac formis, nondum cognitis, locupletet." Sed ad rem. Ergo ut a *napis* et *rapis* et *caepis* Columellae XI. 2, 71. 3, 56. dicuntur *napinae* et *rapinae* et *caepinae:* sic recte dicta *populiana* videtur centuria ad *populias* ingeniosa, quemadmodum nemus quoddam prope Lipsiam dicitur *rosarium.* Est autem *populia* λυχνίς luculentissimo auctori Philoxeno in *Glossis* a Vulcanio editis p. 164, 44. quae vocabula e Ciceronis aliorumque optimorum auctorum libris hausta sunt. Plinio XXI. 4, 10. dicitur *rosa Graeca, nonnisi in humidis locis proveniens, violae magnitudine.* cf. ib. c. 26. s. 98. *lychnis flammea illa.* Iulius autem Billerbeckius in *Flora classica* p. 115. explicat *agrostemma*, Gall. *nielle*, Germ. *Raden* v. *Radel*, cum Dioscor. III. 114. 115. cui est vel ἀγρία, *Ackerraden*, *Kornrose*, vel στεφανωματικὴ, *Kronraden*, *Kornnelke*, *Marienröslein*, *Morgenröslein*, *Sammetrose*, *Stechnelke*, Gall. *passe-fleur*, quae etiam Theophrasto *hist. plant.* VI. 7. appellari videtur λυχνίς. Aliter secundum Galenum, Dioscorid. IV,

tur, Reciperatores, quae semper M. Tulli fuit, quam etiam pater pos[*sederat sine ulla unquam controversia. Iste demum vicinus novus improbae spei eo securior, quod M. Tullius abesset, coepit inhiare, cum ei centuria populiana videretur satis commode*] posita esse et ad fundum eius convenire. Ac primum, quod eum negoti totius et emptionis suae paenitebat, fundum proscripsit; eum autem emptum habebat cum socio Cn. Acerronio viro op[*timo. Is Ro-*

133. et Plinium XXV. 10, 80. ap. Billerbeckium p. 161. et Hieron. Tragum *de stirpium nomenclaturis* L. I. c. 118. ubi prior est *antirrhinon*, *Stärkkraut*, *Löwenmaul*, Gall. *l'oronce*, *le muflier*, et c. 193. ubi posterior *baptisecula*, Germ. *Kornblume*, Gall. *le bluet*.

Quae semper] Codex *qui;* dubito tamen [*an*] in codice esse [*sit*] *que*, maxime enim sunt affines litterae E et I. PR.

Possederat] Ita mutilam vocem optime supplevit Cl^us Mai. Desiderantur undecim versus. PR. *Ad supplementum nostrum cf. *pro Caec.* 7, 19. extr.

Posita esse] Auguror contextum eiusmodi fuisse = Fabius secum statuit illa arva usurpare; viderat enim in vicinia posita esse, et ad fundum eius convenire. PR. *Pron. *eius* luculenter ostendit, non Accusativum cum verbo personali hic iunctum esse (sic enim dictum oportuit *sua*), sed Nominativum cum v. *videbatur* v. *visa est*. Nec vero impedio quo minus suppleatur: *opportunissime posita esse*. V. *convenire* eodem modo in fundo dicitur *pro Caec.* 6, 16.

Emptionis] *Consumptis*, *redempta*, *exemptum*, *emptum* etc. ita veteres scribebant, vide Iuvenatium ad Livii fragment. p. LVIII. PR. *Heinrichius praeterea laudaverat Ios. Castalionem Observat. in criticos Decad. I. c. 1. et Scip. Maffeium in Museo Veron. p. 94. Hanc autem scripturae rationem optima aetate usurpatam solam fuisse et solam hodie imitandam esse, interim addubitat.

Poenitebat] [Codex *paenitebat*. PR. Et quidem est vetustior huius vocabuli scriptio. MAIUS. *Itaque nos reposuimus, probatam etiam in Ang. Maii *conspectu orthographiae cod. vaticani Cic. de re publ.* p. 355. b. ut fere scribitur cognatum voc. *paene*. Solent enim Lat. in vocc. a Graeca stirpe ductis interdum *οι* mutare in *ae*, e. g. in *caelo*, in *caena*, ut quidam scribunt. Nescio etiam an *λοιδορέω* compositum sit ex *ἐρέω* atque etymo Lat. verbi *laedo*, *λόω* (i. q. *ὄλω?*), *λοίω*, *λοίδω*.

Proscripsit] Fundum proscribere est venalem proponere. MAI.

CN. Acerronio] Par nomen est in Lapide Ferentini apud Muratorium *Thes. Inscript.* p. 1621. 10, et in fastis consularibus ad a. 790. PR. *In sepulcrali illa Ferentinatium inscriptione: *Cn. Acerronius se vivo fecit si Acerroniae cn.* (h. e. coniugi) *Hostilienae p. f.* (h. e. piae fideli) Heinrichio corrigendum videbatur *sibi* pro *si* (qui fortasse fuit antiquus Dat. e Gr. *οἱ*, ut *mi* pro *mihi* a *μοί*), tum *Hostilianae* pro *Hostilienae*, quod tamen nomen formatum videtur

mae versabatur, quum subito nuntii M. Tullio veniunt a villa, P. Fabium fundi illius finitumi maiorem, quam ipse nuper cum Cn. Acerronio emisset,]
17 **modum proscripsisse. Hominem appellat. Iste sane adroganter quod commodum fuit respondit. Neque dum fines auctor demonstraverat. Mittit ad procura-**

ad similitudinem *Gallieni* a *Gallio*.

Viro op ...] Mutilam vocem ita supplet Cl^us Mai, ut sit *optimo*. Desiderantur undecim versus. PR. *Heinrichio cum irrisione dictus videtur *vir optimus* propter ea, quae §. 20. narrantur. Nostra dissensio in supplementis patet. Atque ex tota oratione perspicitur, nullam partem criminum, quibus P. Fabius tenebatur, ad Cn. Acerronium pertinuisse. E §. 18. pr. elucere potius videtur hominis aequitas atque humanitas.

17. *Modum proscripsisse*] Lacuna ante haec verba possit expleri in hanc sententiam: == „qui tulit indigne, cum audisset, istum suo arbitratu et sua voluntate totum fundi modum proscripsisse". == Nam Fabius videtur fecisse, ut socius posset queri tanquam ille apud Plautum in Trinummo I. 2, 130. *Quia ruri dum sum ego unos sex dies, Me absente atque insciente, inconsultu meo, Aedis venalis hasce inscribit litteris.* Proscripsit tabulam, se fundum venditurum; ex nota formula. V. Epist. ad Q. fr. II. 6. et de Offic. III. 13. 7. [55.] Cf. Brisson. Select. Antiq. III. 8. et G. Cuper. Obs. I. 17. Inscripserat iugerum numerum, quo *modus* agri demonstrabatur. V. Digest. tit. de act. empt. vend. [XIX. 1.] l. 13. §. 14. et tit. de evict. [XXI. 2.] l. 64. HEINRICHIUS. *Idem in *Addend.* p. XXXIII. comparavit Q. Fabii fraudem, quam Cic. scribit ad Paetum *epist.* IX. 25, 6. — *Modus agri non ita magnus* laudatur Horatio II. *Serm.* 6, 1.

Iste] Fabius, qui in iudicio adest: sed dictum, ut mox saepius, cum contemtu. Nam aliter, quippe honoris causa, fere dicitur *hic*. Cuius quidem discriminis ratio, vulgo non animadversa, fugit ipsum Ferratium, qui vim pronominum in oratione data opera tractavit Epist. IV, 6. HEINR. *Nobis intelligitur Acerronius Romae a Tullio appellatus. *Iste sane adroganter respondit*, haud dubie quod ipsi socio verba dedisset P. Fabius ideoque hic iure suo confideret. Propterea §. 40. *de tota re se excusat* vir optimus eoque excusabilior erat eius arrogantia, quod *non dum fines auctor demonstraverat*, np. *C. Claudius* eiusve vilicus. Nam Maii explicationi repugnant sequentia. Nullos adhuc Fabius invenerat emptores.

Auctor] Scilicet Fabius venditor. MAI. Vid. *Excurs.* II.

Fines demonstraverat.] Sic rursus postea *fines Acerronio demonstravit.* Res nova apud Ciceronem, sed in iure Romano translatitia. Legitimae sunt locutiones *fines demonstrare, ostendere*, vel *nominare*, in agro vendito: quae est extrema auctoris actio. Qui fines demonstrat, tradit fundum. Digest. tit. de evict. (XXI. 2.) l. 45. Et demonstrantur fines aut per dominum, aut per servum villicum, domini iussu. Digest. tit. de contrah. empt. (XVIII. 1.)

torem litteras et ad vilicum Tullius, [*adirent C. Claudi procuratorem, ut ipsis praesentibus fines emptoribus ostenderet. Is vero nescio qua contumelia suspicionis offensus hoc se*] facturum negavit; illis absentibus fines Acerronio demonstravit: neque tamen

l. 18. §. 1. HEINRICHIUS. * In hac causa, qua de agitur, abducta dudum venditoris familia eae partes fuisse videntur procuratoris, qui domini vicarius liber etiam cavere poterat emptoribus ipsi Claudio rem ratam fore.

Ad procuratorem] „Legitime procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia non sit, absitve reip. causa, quasi quidam paene dominus, hoc est, alieni iuris vicarius". Sic Cic. pro Caecina c. 20. [§. 57.] qui dixerat non multo ante, non omnes esse, aut appellari procuratores, qui alieni negotii aliquid gerant. Huc adde verba Ulpiani e Dig. tit. de procur. (III, 3.) l. 1. quae, collata ad Ciceronem ab alio, tamen hic reponere haud gravabor in gratiam eorum, quibus libri iuris procul sint. Ita igitur ille: „Quidam non putant, unius rei mandatum suscipientem procuratorem esse, sicuti ne is quidem, qui rem perferendam, vel epistulam, vel nuntium perferendum suscepit, proprie procurator appellatur: sed verius est, eum quoque procuratorem esse, qui ad unam rem datus sit". ubi illud *ne quidem* falsam sententiam reddit, nec venit a iurisconsulto, qui scripsit: *sicuti nec is quidem.* Tantum enim abest, ut *nec quidem* non sit Latinum, quod qui putarunt, eos nominat Heusinger. Emendat. p. 191. et Observat. p. 475. adde Muretum Opp. T. III. p. 262. ut suis locis id unice rectum sit. Quod praeclare observatum monet Goerenzius ad Acad. II. §. 82. [* Cf. I. H. Vossium ad Virg. Georg. ed. nov. p. 172. extr. HEINR. in Add. p. 108. a. Adde, sis, not. ad Cic. *off.* III. 4, 17. pr. *] Iam quoniam procurator est etiam, qui litteras perferendas suscepit, putares, legendum hic esse: *Mittit per procur. litteras ad villicum T.* Sed nihil mutandum. Ruri est villicus, servus, cui imperat dominus: sed est etiam procurator, liber homo, cui mandat; quae res saepe commemoratur, et ab ipso Cic. de Orat. I. §. 249. Etiam in Digestis tit. de fugitiv. (XI, 4.) l. 1. [§. 1.] disiuncti ponuntur *villici vel procuratores possessorum*, ubi scholium: *κουράτωρες τῶν κτημάτων*, docet, scriptum fuisse, *curatores possessionum.* HEINR.

Vilicum] Cum una *l*, quod et ipse vidi in aliis antiquis codicibus, et Garatonius ad *Plancianam* cap. XXV. magnopere probat. Inferius tamen §. 20. 21. [§. 14.] legitur *villam*, non *vilam*, etsi et *vilam* antiquum dicit Garatonius. MAI. * Eandem scripturam esse Pandectarum Florentinarum et aliquot lapidum notat Heinrichius; eandem servat cod. Vat. *de rep.* I. 39. et V. 3. *vilicare;* Varro de *R. R.* I. 18, 5. cui I. 2, 14. voc. contractum videtur ex *vehela.* Sic *velum* ex *vexillo.*

Illis absentibus] * Semicolon a Peyrone post haec vv. positum ante illa retraximus.

18 hanc centuriam populianam vacuam tradidit. Acerronius, quomodo potuit, se de tota re ex[*cusavit, cum primum potuit; Fabio autem statim renuntiavit (maluit enim rei quam existumationis facere iacturam) atque ex societate cum ho*]mine eiusmodi semusti-

Vacuam tradidit] Venditus ager vacua possessio est, antequam traditus emtori, isque ingressus est possessionem. Hoc in Pandectis vulgatum nunc primum legimus apud Ciceronem. Sed in ipsa re, hac quidem parte narrationis, summa est obscuritas. HEINRICHIUS. * Auctor si amplius, quam per vicinum licebat, fines demonstrasset, ipsius esset iam centuriam controversam a se vacuam P. Fabio aut Cn. Acerronio traditam M. Tullii usucapione reiecta *Quiritium iure pro sua vindicare* (ut cum prudentiae civilis irrisione de stultorum iure imaginario loquitur Cic. I. *de rep.* 17.) atque evincere; neque Fabius ea in re carere poterat venditoris auctoritate et legitima intercessione. Hoc autem auxilium praestare auctor non dum impleta usucapione, ergo in fundo per biennium, tenebatur ex his causis, quae ex praecedente tempore causam evictionis pararent et ita, si ei denuntiatum esset, ut causae agendae adesset. *Cod. repet. praelect.* IV. 48. §. 1. t. 45. §. 21. 23. π. XXI. 2. fr. 54. pr. Nam *venditor, si eius rei, quam vendidit, dominus non sit, pretio accepto auctoritate manet obnoxius* ex Iul. Pauli *recept. sent.* II. 17. §. 1. *Laudatus auctor* (ut ap. Gellium II. 6. in π. XIX. 1. fr. 6. §. 5. XXI. 2. fr. 63. 1. et in *cod. rep. prael.* V. t. 44. §. 2. VIII. t. 45. §. 7. 14. sollemniter dicitur *venditor ab emptore denuntiatus, ut eum evictionis nomine defenderet*) secuta nihilo minus evictione poterat ab emptore conveniri (π. XXI. t. 2. fr. 72. *Cod. rep. prael.* V. 44. §. 2.); itemque, si (*auctoritatem*) *defugisset*, h. e. tamquam *malus auctor* (Cic. *in Verr.* V. c. 22. pr.) *venditionem defendere* noluisset. Venulei. in π. XLV. 1. fr. 139. Iulian. in π. XXI. 2. fr. 39. Paulus in π. V. 1. fr. 49. pr. Salmasius *de usur.* c. 8. Quod si Fabius fundum rursus vendidisset: ipse iam foret proximus auctor, maneret tamen Claudius remotior: unde *medii auctores* memorantur in π. XLIV. 3. fr. 15. §. 1. Itaque dominii quaestione mota per hos auctores deinceps sorsum vorsus fiebat regressus, ut hodie per cambiorum quasi fideiussores in tergo perscriptos usque ad ultimum debitorem aut per famigeratores usque ad rumoris auctorem, ut in Plauti *Trin.* 218. (I. *scen.* 2, 180.) Cf. Ballhornii lib. *über Dominium* p. 259. s. 262. s. 269—271. 273. s.

18. *Se de tota re*] Ipse quoque cum Cl° MAI legi *sedetorare*, sed concoquere nequeo quod Vir Cl. notat Acerronium sedendo supplicasse. Heinrichius emendabat *possedit*, Niebuhrius in epistolis ad me datis mihi auctor fuit de emendatione *se de tota re excusabat*, quam recepi. PR. * Aliud tempus suadebat *effugit*.

. . . *mine eiusmodi*] Cl^us Mai supplet *agmine eiusmodi;* Heinrichius vero *ex discrimine eiusmodi*. PR. **Eiusmodi* videtur spectare ad Fabii ingenium, ut §. 14. *vicinum eiusmodi*. *Effugit* autem innuit societatem dissolutam ut i. sit q. *se dissociavit.*

latus effugit. Adducit iste interea in saltum homines electos maximis animis et viribus, et is arma, quae cuique *h*abilia atque apta essent, comparat: prorsus, ut quivis intellegeret non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari. Brevi illo tempore 19
Q. Cati Aemiliani hominis honesti, quem vos nostis,

Sed ex Fabii ingenio coniecturam facere licet, Acerronium non aliter se a socio liberare potuisse, quam haud mediocri praeda socii avaritiae relicta. Hanc iacturam significari puto tralato verbo *semustilatus*.

Semustilatus] Ita Palimpsestus; ita Varro apud Nonium Marcellum [p. 263. ed. Paris. 1586.] ad fidem codicis Merceri. Cl^us^ Mai edebat *semustulatus*. Revera recentiores scribere amant *ustulo*; sed scripturae antiquioris *ustilo* alia quoque vestigia supersunt; sic in Orat. pro Milone 12. [13, 33.] codex Lagomarsinianus 54. legit *semiustilatum*; in Suetonio Tib. 75. sunt codices, qui habeant *semiustillandum*; Glossae Cyrilli *Ἀπόκαυμα ustilatio*; sic *optumus*, *lubens*, *monumentum* etc. variata orthographia scribuntur *optimus*, *libens*, *monimentum* etc. Coniici quoque posset *ustilo* antiquis scriptum fuisse pro *ustillo* diminutivo verbo, quemadmodum *quaerela* et *quaerella*, *belua* et *bellua* scribitur. PR. Livius XXII, 40. „se populare incendium priore Consulatu *semiustum effugisse*“. ubi in aliis libris *semustum* legitur, contra atque in ea pro Milone, ubi vulgo obtinet scriptum *semiustulatus*. Sed videtur omnino usus repudiasse *i* insertum. Vet. Glossae: *Semustum*, *ἡμίφλεκτον*. Glossa Livii. HEINR.

In saltum] * Varro *de re rust.* I. 10, 2. *Centuria est quadrata in omnes quatuor partes, ut habeat latera longa pedum MMCCCC. Hae porro quatuor centuriae coniunctae, ut sint in utramque partem binae, appellantur in agris divisis viritim saltus.* Hinc *saltuarius*, *ἀγροφύλαξ* in Glossis nomic.

Habilia] Ita reposuit Heinrichius pro mendosa codicis lectione *abitalia*. Ennius [l. VII. ap. Nonium in animadvv. Merceri ad p. 116, 7.] dixit *habiles gladios filo gracilento;* Seneca *de Ira* II, 35. *gladium commodum et habilem;* lege Heinsium animadv. ad Tacit. Ann. XII. 67. Contra Livius XXIV. 34. dixit *inhabile telum.* PR. * Liv. VII. 10. *cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.* Ibid. *in armis habilibus.* Statim ante Peyron ed. *his* quemadmodum supra §. 6.; superiores *iis*. In cod. contrahitur *IS*, ut plerumque in libris *de rep.* Arbitro Cic. in *or.* 47, 157. *male sonabat „iisdem.“*

Prorsus, ut] * Virgula discrevi: nam ante *ut* subauditur *ita*. Cf. supra §. 5. *tantum ut.*

Intellegeret] *Intellego* pro *intelligo* constantissime vidi in multis antiquis Codicibus. MAI. * E. gr. in II. *de rep.* 31. Eodem modo *neglegere*. V. ibid. *conspect. orthogr.* p. 355. b.

19. *Brevi illo tempore*] An *illi?* CRAM.

Q. Cati Aemiliani] Ignoti hominis nomen. PR. * E nomine atque aetate coniecturam capere liceat, fuisse *Aelium Paetum Tuberonem*, clarissimi iuris consulti filium, L. Aemilii Pauli pronepotem.

duo homines occiderunt; multa alia fecerunt; passim vagabantur armati; non obscure, sed ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent, agros, vias denique infestas habebant. Venit in Thyrinum interea Tullius. Deinde iste pater familias, Asiaticus beatus, novus arator et idem pecuarius, cum ambularet in agro,

Duo homines] *Duo* pro *duos*, quod grammatici concedunt. Confer et *de aere alieno Milonis* II. 3. MAI. Nimirum hanc formam, ut etiam *ambo* pro *ambos*, satis comprobat usus in veteribus codd. et monumentis. Vide Vossium de Anal. II. 6. Gronov. ad Liv. XXXV. 21. Oudendorp. ad Suet. Claud. 14. et Caiet. Marinium in opere praeclaro de Monumentis Fratrum Arval. P. I. p. 47. HEINR. * *De rep.* I. 10, 13. *duo soles visos.* II. 19. extr. *duo filios.* V. Ruddimanni *Instt. gramm.* P. I. L. I. c. 2. §. 22. n. 66. *Homines* (ut infra §. 25.) eximie dici *servos* observat Heinrichius p. 24. ad *Scaurianam* II. §. 30. pr. „Sic Catullus *ad lecticam homines*, et Orator in Quintiana c. 19. [§. 61.] *hominem P. Quintii* servum dicit“ et *Indice* p. 106. memorat V. D. ea, quae scripsit ad Frid. Münteri Inscriptionem Lilybaetanam, ubi p. 4. docuit frequentem istam in lapidibus ellipsin, v. c. *Pollionis Alypus*, ad servos, non ad libertos, pertinere; ut *homo tuus* semper sit *servus tuus*. „Sic,“ inquit, „etiam ap. Senecam Controvers. l. V. Bip. p. 321. *Bathyllus Maecenatis* intell. servus, ut recte Lipsius ad Tacit. Ann. I. 54. Alio respectu eundem familiarem Maecenatis dicit Dio LIV, 17. libertum Scholiastes Persii ad Sat. V, 123.“

Non obscure] Heinrichius mavult *ut non obscure*. PR. * Nos locum interpunctione adiuvisse videmur, eo, quod virgulae loco semicolon ante haec vv. posuimus, post ea virgulam inseruimus, semicolon autem post *parati essent* virgula permutavimus: ut iungantur haec *non obscure — infestas habebant:* quibus opponuntur illa *sed ut — viderentur.*

Thyrinum] Codex *Tyrinum*. PEYRON.

Asiaticus] *Asiaticum* dicit hominem, qui fuerat assecula Imperatoris in Asia provincia, per irrisionem, quae hic loci in singulis verbis plane aurea est. Respice de hoc homine dicta ante ad §. 15. Non dissimili ratione *divitem illum Asiaticum* dicit Gellius in elegantissima historia XIX, 1. HEINR.

Beatus] * cum invidia quadam dicitur pro locuplete vel divite. Sic enim de divitum, quales ipsi videri volebant, aemulis loquitur orator in *Catil.* II. 9, 20. (31.) *Aedificant, tanquam beati, praediis . . . delectantur.* II. *N. D.* 37, 95. laudantur *domicilia . . . instructa rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui* b e a t i *putantur.* Cf. nota ad II. *off.* 20, 69. *qui se locupletis, honoratos,* b e a t o s *putant.* — Deinceps scribitur NOUS.

Ambularet] * Haec ipsius codicis lectio est, quam, cum Maius perperam enotasset *amputaret*, Heinrichii acumen coniectura assecutum erat. Intelligit fuisse ruri maxime opprobrium hoc, *ambulare:* quomodo ambulatores et ambulatrices notentur non semel Scrr. rusticis.

**animadvertit in hac ipsa centuria populiana aedificium non ita magnum servumque M. Tulli *Philinum*. *Quid* 20
vobis, inquit, *'stic negoti im meo est?* Servus respondit pudenter, at non stulte, dominum esse ad villam; posse eum cum eo disceptare, si quid vellet. Rogat Fabius Acerronium (nam ibi tum erat) ut secum simul veniat ad Tullium. Venitur. Ad villam erat Tullius. Appellat Fabius, ut aut ipse Tullium deduceret aut ab eo deduceretur. Dicit deducturum se Tullius; vadimonium**

Philinum] Codex *filium;* paullo infra *Philinus quem antea nominavi.* PR. *Modo ante cod. *SERRUUMQUE.*

20. *'Stic . . . im meo*] Vulgarem pronunciationem expressit Orator, quam Cl[us] Mai posthabens edidit *istic . . . in meo.* PR. *Est ἠθοποιΐα vel *sermocinatio*, qua orator *hominum mores sermonesque describit.* V. *orator* 40, 138. pr. — Statim ante cod. *inquid.* Postea malim *respondet* inter tot praesentia. Insuper litterarum *E* et *I* in cod. figura tantum non eadem.

Ad villam] i. q. *in villa. Pro Rosc. Am.* 15, 44. *ut esset in agro ac tantummodo aleretur ad villam.* Nimirum per anticipationem *ad* ponitur pro *apud.* X. *ad Att.* ep. 4. sect. 3. pr. *Fuit ad me sane diu.* Liv. VII. 7. *Neque segnius ad hostes* (i. e. ab hostibus) *bellum apparatur, qui . . suas quoque vires augent*, et ib. lib. X. *Furiarum ac formidinis plena omnia ad hostes esse.*

Venitur] Cl[us] Mai legit *venit.* In Imagine huiusce folii lineam diagonalem repraesentavi a laeva ad dextram descendentem, quae est pars vocalis U; altera vero pars eiusdem vocalis deest, cum membrana perforata sit; tandem sequitur insignis littera R. Codex itaque habet *venitur*, cui consonat sequens *disceditur.* PEYRON.

Deduceret] Fabius ergo usurus Interdicto *Unde Vi* appellabat, ut moribus deductio fieret. *Deduci* porro dicebatur ille, qui per vim civilem et quotidianam a controverso fundo deturbabatur; idemque subinde apud Praetorem postulabat, ut unde deiectus fuerat, eo restitueretur. Cf. a me superius adnotata ad n. 6. PR. *V. *Excurs.* III.

Vadimonium] En fortissimum argumentum pro sententia Fr. Polleti, et Bav. Voordae D. *de Vadimonio* cap. II. §. 3. [*in Fellenbergii *Iurisprud. anteiustin.* T. II.*] promissum fuisse vadimonium priusquam in ius veniretur, quod plerique negant. CRAMERUS. *Gai. Commentar. IV. §. 184. *Qui in ius vocatus fuerit* [Praeter necessitatem edd. inseruerunt praepos. *ab*, immemores eam Dativo casu compensari] *adversario, nisi eo die finem invenerit negotium* [Sic e vestigiis cod. facilius correxeris, quam *finis venerit negotio*], *vadimonium ei faciendum est, id est, ut promittat se certo die sisti. Pro Quinct.* 5, 22. 6, 23. 25. 19, 61. extr. L. III. *in Verr.* 15, 38. Horat. I. 9, 36. Videtur autem actor eum, quem contra venturus esset, et antequam in ius veniretur et, cum venisset ad vadimonium, iterum in iure vadatus esse, h. e. vadimonio obligasse. V. Franc. Polleti lib. V.

Fabio Romam premissurum. Manet in ea condicione Fabius. Mature disceditur.

21 Proxima nocte, iam fere cum lux adpropinquaret, ad illud aedificium, de quo antea dixi, quod erat in centuria populiana, servi P. Fabi frequentes armatique veniunt; introitum ipsi sibi [*vi*] manuque patefa-

Historiae fori Romani c. 1. p. 405.—411. ed. Francof. a. 1676. Raevardi *Protribunalium* c. 9. Opp. T. II. p. 899.—904. Car. Sigonii lib. I. *de iudiciis* c. 20. Opp. T. V. p. 713. s. Brissonii lib. V. *de formulis* c. 3. Breti *Ordo perantiquus iudiciorum civilium* c. 21. (Paris. 1604. 4. itemque in Thes. Sallengriani T. II. et in Hoffmanni *Historiae iuris Rom.* Vol. II. P. II.) Claud. Salmasii Lib. *de modo usurarum* c. 16. p. 692.—704. Meisteri Progr. *Vindex et vas* c. 2. in Opuscc. Sylloga I. p. 290.—309. Van Hees *de iis, quae antiquitus apud Romanos inter litigatores ante litem contestatam fiebant* (Lugd. Bat. 1747. 4.) c. 3. §. 43. sq. et in Fellenbergii *iurisprud. anteiustin.* T. I. p. 545.—549. Io. Lud. Albrecht *de vera iurisdictionis veteris indole* §. 11. p. 23. s. Christ. Frid. Glückii Diss. *de vita petendae restitutionis in integrum Praetoriae* c. 2. sect. 1. §. 12.—14. in Opuscc. iuridd. Fasc. II. p. 332.—352. Heineccii *antiquitt. Romanar. iurisprudentiam illustrantium syntagma* IV, 6, 14.—22. Bachii *Historia iurisprud. Rom.* II. 1, 30. Hugonis *Rechtsgeschichte* ed. VII. §. 257. 267.

Manet in ea conditione F.] Sic in Verrem Act. I. cap. 6. [§. 16.] *Mansit in ea conditione atque pacto Verres.* MAI. in ed. 1. * Sic ἐμμένειν cum Dat. rei est *fixum et ratum habere* in Plat. *Critone* c. 12. pr.

Mature disceditur] Haec verba omisit in prima editione Cl^us Mai, in altera ita legit *datur conceditur.* Haud dubito de lectione. Pars consonae M insignis superest; inter R, et D spatium intercedit nulli, nisi lineari litterae excipiendae par [lineares litteras voco E, F, I, L, P, T, quia vix unica recta linea pinguntur in codice]; postrema syllaba DIS meis quidem oculis luculenta apparebat. Sensus ipse postulat vocabulum, quod notet *discessionem.* PR. * *Rata re d.?*

21. *Vi manuque*] Codex *ipsisibimanuque.* Suadente Heinrichio, addidi *vi.* Sic *pro Flacco* 6. [§. 13.] *si quid ipsi audistis de vi, de manu, de armis, de copiis;* tum *de leg. Agr.* II. 36. [99.] *vi ac manu perfringi.* Affinis syllaba BI librarium fefellit. PEYRON. Commemorat aliquoties in Cicerone Gruterus, et ex eo Goerenzius, scripturae vitia orta ex more geminas syllabas semel litteris maiusculis exprimendi. Hoc vero parum est ad hanc rem, quam quidem solis ex lapidum titulis aestimabat Gruterus. Potuerunt interdum etiam librarii in syllabis geminandis usurpasse litteras longius ductas. Sed tamen in librorum scriptione mos obsoletus cur in monumentis lapideis remanserit, intelligi potest non minus, quam cur in libris desierit: in quibus docti anagnostae hoc recte legendi adiumento facile carebant. Itaque nullus fere codex hodie extat, in quo scriptum sit v. c. SIBIMANUQUE. HEINR. *indice* p. 105. Ne Pandectae quidem Florenti-

ciunt; homines magni pretii servos M. Tulli nec opinantes adoriuntur, quod facile factu fuit; neque tam multos neque repugnantes multi armati paratique occidunt; tantumque odii crudelitatisque *hab*uerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent, ne, si quem semivi*v*um ac spirantem etiam relinquissent, mi-

nae longioribus litteris signant geminationem, inductis illis primum ab editore Taurellio, qui non bene libro obtrusit morem alienum et lapidibus relinquendum. Vide ipsum Taurellium de audacia sua testantem in Praef. ad Pandectas. IDEM p. XXIV. Litterae inter se permutatae *v* et *b*. In Dial. de Causis corr. eloq. c. 31. legitur de oratore erudito: „tenebit habenas animorum." Ibi Ernestius: „pro *habenas anim.* ed. pr. et MSS. Vat. *venas anim.* Male." Sed unde hoc malum? Nempe scriptum fuerat *havenas*, ex quo *venas* fecere, qui propriae mentis habenas non tenebant. Vet. Schol. Iuvenal. ad XIII, 44. „*Et iam siccato nectare tergens.* Ut bene placeat etiam exsiccato feculento, aut liquefacto." Scholium, quod sic edidit Pithoeus, perperam conglobatum est tribus ex glossis diversis, quarum quaeque suam rursus corruptelam habet. Unus ad verba *Et iam siccato* posuerat glossam: „et iam exsiccato." Alter ad v. *siccato* adscripsit: „faeculento et liquefacto." Nimirum hic legit μοναχικῶς in versu poetae *saccato*, pro *sicaato*. Tertius, ut doceret, cur tergeat brachia Vulcanus, scripsit in margine: „ut *Veneri* placeat." Hoc scriptum pro more *Beneri*, ex quo corruptum est *bene*, elisa ultima syllaba. IDEM p. 108. *In Scholiasta Iuvenali postea laudabiliter edito Ill. Cramerus coniecit leg. *etiam exsiccato feculento aut vacuefacto.* Nescio an nobis quoque venia concedatur coniiciendi: *faeculento que latice* vel *calice facto.* Nam *liquefacto* per similem depravationem ortum videtur, atque *modique* e *modiceque* supra §. 5. In ipso Aquinate satirico auctor fio corrigendi *et iam siccato nectare porgens brachia Volcanus.* Nempe plus nectaris (potus illius, qui diis immortalibus aeternam *iuventutem comparat*: nam νέκταρ est νεόκτεαρ) appetit insatiabili aviditate.

Hom. magni pretii] Hoc scil. in primis faciebat ad aestimationem quadrupli, de quo supra. CR. *In cod. denuo scribitur *praetii.*

Quod facile factu fuit] *Paulo perturbatius loquitur orator, ita ut haec quasi parenthesis et ad praecedens *adoriuntur* et ad seq. *occidunt* spectet.

Tam multos] Cl^us Mai legit *iam multos;* ipse in codice vidi *tam*, quod malebat Cramerus. PEYRON.

Gurgulionibus] Hic locus citatur a Capella lib. V. cap. *de elocutione* [p. 424.] omisso nomine huius orationis: sed nunc apparet ex qua citaverit. Iam quod Capellae editiones habent *eiectis*, vel *exactis* pro *insectis*, id primum corrigitur nunc a Tulliano palimpsesto, tum etiam a codice Capellae ambrosiano [F. 119. part. sup.] in quo legitur *exectis.* MAI.

Semivivum] Cod. *semivibum*, uti ad orat. pro *Scauro* in scholio ad II. 34. pr. IDEM.

Etiam relinquissent] Ita codex, quamvis Cl^us Mai omiserit vocem *etiam* in utraque editione. PR.

nor is honor haberetur; praeterea tectum villamque
22 disturbant. Hanc rem tam atrocem, tam indignam, tam repentinam nuntiat M. Tullio Philinus, quem antea nominavi, qui graviter saucius e caede effugerat. Tullius statim dimittit ad amicos, quorum ea vicinitate tum illi bona atque honesta copia praesto fuit. Omnibus acerba res et misera videbatur. Cum amici in comm" * * * * * * * " A*
23 * * * * * * * * *

Is honor] Ita cum Heinrichio emendavi codicem legentem *minorhishonor*. Librarius enim aspirationem modo demit scribens *is* [§. 6.], *em* [* Sed v. ad fr. *pro Scaur.* II. 18.*], *tyrinus*, modo addit *minhis*. PR. * V. *p. Scauro* II. 37. extr. Nescio an codicis lectio recte defendi possit hac sententia: *ne minorem his honorem habuisse* (h. e. tribuisse: cf. *Epist.* V. 20, 5.) *viderentur*. Plurium numerus recte referetur ad indefinitum *si quem*.

Tectum villamque] * h. e. *s. vel potius totam villam*. Cf. §. 54.

22. *Caede*] Codex *cede*. PR.

Dimittit ad am.] In hoc haereo. Num eum dimittit, qui graviter saucius erat? Odi incredulus. Et *mittere ad aliquem*, pro certiorem facere, is quidem quotidianus est modus loquendi apud Ciceronem et aequales. V. Manut. in Ep. ad Fam. V, 20. et XI, 16. Gronov. ad Liv. VIII, 23. et XXXIV, 29. Atqui hic legitur *dimittere*, quod nemo sic dicit, quantum scio, ut idoneo exemplo vindicari huic loco posset. Pro Quint. c. 6. „Naevius ipse pueros circum amicos dimittit". ubi servorum grex dimittitur, non nuntii mittuntur. Aut superflua hic syllaba est, opinor, et legendum *mittit*, pro *dimittit*, aut deest vocabulum necessarium, quod more suo negligens librarius omisit. Ita legerem: *Tullius nuntios statim dimittit ad am.* In quo non obscurum, quomodo similitudine nominis antecedentis vocabulum praetermitti potuerit. HEINR. * Recte supplebitur neque vero addetur. Nollem igitur Peyron non admonito lectore a codice defecisset neue edidisset *mittit*. Ad *bonam copiam amicorum* complures *dimittuntur*, ut in or. *pro Quinct.* l. c. §. 25. pr.

Illi bona] Codex *illa bona*. PR. * *Illi* vel *illico* coniecerat Cramerus. Nobis proxime ante videtur corrig. *ex vicinitate*. Litterae Ambrosianae *X* et *A* haud absimiles sunt.

In comm] *incommodum* vel *in communi*: neque enim satis video utrum ultima littera huius versus in codice sit *O* an *U*. MAI. * Sane possunt haec vel prioribus annexa vel ab iis deiuncta in hunc fere modum suppleri: *cum amici* (i. e. Tullii) *incommodo graviter moverentur* vel *cum amici incommodum ad suas rationes revocarent*. Sed et nimis lene hoc foret et plane superfluum. Itaque suspicor inchoatam esse huiusmodi sententiam: *Cum amici in commune consuluissent* (vel *consilia contulissent*): *visum est* (vel *placuit*) *ire in rem praesentem*. Vix dubito, quin ipsi Tullii amici sint testes illi, qui §. 24. laudantur.

23. *Dicam vim factam . . . . iudicium est*] Hoc fragmentum a Victorino in I. *Rhetor. Cicer.* cap. 57. servatum, collocandum esse duxi in hac Orationis par-

*T" "turbarunt. Audite (quaeso) in eas res, quas commemoro, hominum honestorum testimonium. Haec, quae mei testes dicunt, fatetur adversarius eos vere dicere; quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius. Nostri testes dicunt occisos homines, cruorem in locis pluribus, deiectum aedificium se vidisse; dicunt nihil amplius. Quid Fabius? Horum nihil negat. Quid ergo addit amplius? Suam familiam fecisse dicit. Quomodo? Vi 25 hominibus armatis. Quo animo? Ut id fieret, quod factum est. Quid est id? Ut homines M. Tulli occi-

te; est enim veluti propositio sequentis disputationis, in qua Cicero demonstrat dolum malum nec ab indole huiusce iudicii, nec a vi hominibus armatis coactisve facta seiungi posse. PR. *Nos fragmentum istud transposuimus post §. 36. ubi v. *notam*. Sed lux affulgere huic lacunae clar. Ang. Maio videbatur ex Iulii Victoris *arte rhetorica* c. 6. §. 1. ubi post aliud *argumenti a modo in fine ducti* exemplum ex hac ipsa oratione Ciceronis affertur hoc, quo idem definiverit „*non esse detrectationem circa pacem, cum non clam nec furtim profectus sit, sed palam.*" Divinat V. D. sermonem esse de vadimonio, quod Fabio Romam promisisset in agro Thurino M. Tullius. Mihi quidem in hac dubiae rei obscuritate non liquet. Aperte tamen fatebor Maii coniecturam mihi suspectam esse. Pridie enim vadimonium promiserat M. Tullius: ut indicant vv. *Proxima nocte* §. 21. Atque erat adhuc *ad villam* non illam quidem in centuria populiana non ita magnam, sed totius fundi praecipuam. Qui enim aliter *amici ex vicinitate tum illi praesto esse* potuerunt?

Turbarunt] *Perspicuum est iterari hic et colligi crimina illa, quod servi P. Fabii homines occiderunt praetereaque tectum villamque *disturbarunt*.

24. *Testes*] *in prima actione producti editoque testimonio, ut refellerentur, ab adversarii patrono interrogati. V. *pro Scauro* II. 29, 30. *Lib. I. in Verr.* 28, 71. extr. *de or.* II. 70, 285. Codex Iust. IV. 20, 9. pr. *Honestioribus potius testibus fides adhibeatur.* Cf. *n.* XXII. 5. fr. 3. pr. Brissonii lib. II. *selectarum ex iure civili Antiquitatum* c. 17. Opp. minor. ed. Trekell. p. 68. seq. Sigonii *de iudiciis* lib. I. c. 25. et II. c. 15. Opp. T. V. p. 735. sq. 772. — 775. ibique Io. Madernus. Breti *Ordo perantiquus iudiciorum civilium* c. 35. Ioann. Ortw. Westenbergii *Divus Marcus* c. 8. §. 4 — 6. p. 95. — 98. Albrecht *de vera iurisdictionis vet. indole* §. 15. p. 32. Bav. Voorda *ad Iani a Costa praelectiones ad illustriores quosdam titulos locaque selecta iuris civilis* p. 260. — 262. nota *f.* C. F. D. Moseri *Versuche über einzelne Theile des bürgerlichen Rechts* num. 9. p. 85. — 90.

25. *Homines M. Tulli*] *Aperte hic et 38. pr. pro servis dicuntur, ut in formulis ap. Gai. *Commentar.* IV. 16. *ipsam rem apprehendebat, velut hominem et ita dicebat „Hunc ego ho-*

derentur. Quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent, ut arma caperent, ut certo consilio certum in locum proficiscerentur, ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent, id si voluerunt et cogitarunt et perfecerunt: potestis eam voluntatem, id consilium, id factum a dolo malo seiun-
26 gere? Ad istuc totum DOLO MALO additur in hoc iudicio eius causa, qui agit, non illius, quicum agitur. Id ut intelligatis, Reciperatores, quaeso, ut diligenter attendatis. Profecto, quin ita sit, non dubitabitis.

27 Si ita iudicium daretur, ut id concluderetur, QUOD A FAMILIA FACTUM ESSET: si quae familia ipsa in caede interesse noluisset et homines aut servos aut liberos coëgisset aut conduxisset; totum hoc iudicium et Praetoris severitas dissolveretur. Nemo enim potest haec iudicare,

minem ex iure Quiritium meum esse aio . . et simul festucam homini imponebat." — Praetor dicebat: *mittite ambo hominem.* 36. *Si, quem hominem Aulus Agerius emit quique ei traditus est, anno possedisset, tum si eum hominem, de quo agitur, eius ex iure Quiritium esse oporteret:* quae formula repetitur 40. ibid. *hominem vendidit.* — *Hominem deposuit.* 59. *Quod ego de te hominem Erotem emi.*

26. *Ad istuc totum*] * *Ad* et *At* antiquitus scriptum promiscue declarant praeter vetusta monumenta ipsi etiam Grammatici prisci. V. Quinctil. *Instt.* I. 7. p. 56. ed. Bip. *Orthograph. Noris.* c. 2. §. 2. ad fin.

27. *Ut id concluderetur*] * Cf. *pro Caec.* 22, 63. extr. *Si per alias res eadem facta vis est: ea . . verbis interdicti non concluditur.* Eodem modo de formula loquitur Seneca supra p. 15. a. citatus. Eam maiusculis literis exprimi iussimus. Ad seqq. cf. Ulpian. in π. XLVII. 8. fr. 2. §. 12. *Utrum hoc solum contineat Edictum, quod dolo malo hominibus a reo coactis damnum datum sit vel raptum: an vero quod dolo malo rei raptum vel damnum datum sit, licet ab alio homines sint coacti, quaeritur.* [Hic inepte interrogationis signum adhibetur.] *Et melius esse dicitur etiam hoc contineri, ut omnia haec contineantur, et, quod ex coactis ab alio damnum datum sit, in id* [sic pro *ut* leg. cum cive meo Haloandro] *et is qui coëgit et si qui coactus est teneri* (volg. *contineri*) *videatur.*

Si quae familia] Plerique grammatici scribendum praecipiunt *si qua;* contrariae sententiae patroni iam utantur hoc exemplo. PR. * Exemplis nihil quicquam proficitur, nisi grammaticam rationem erueris: quam v., sis, a nobis redditam ad *off.* II. 74. p. 143. Hic quoque *si quae f.* vim habet exempli generaliter positi, *quotiescumque f.*

Potest haec iudicare] * Cur *haec*, ac non *hoc?* Praeterea

qua in re familia non interfuisset, in ea re eam ipsam familiam vi armatis hominibus damnum dedisse. Ergo, id quia poterat fieri et facile poterat, idcirco non satis habitum est quaeri, quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud, QUID FAMILIAE DOLO MALO FACTUM ESSET. Nam cum facit ipsa familia vi armatis 28
coactisve hominibus et damnum cuipiam dat: id dolo malo fieri necesse est. Cum autem rationem init, ut id fiat: familia ipsa non facit, fit autem dolo malo eius. Ergo addito, DOLO MALO, actoris et petitoris fit causa copiosior. Utrum enim ostendere potest, sive eam ipsam familiam sibi damnum dedisse, sive consilio et opera eius familiae factum esse: vincat necesse est.

Videtis Praetores per hos annos intercedere hoc 29
[*interdicto inter*] me et M. Claudium: UNDE DE DOLO MALO TUO, M. TULLI, M. CLAUDIUS AUT FAMILIA AUT PROCURATOR EIUS VI DETRUSUS EST cetera ex formula

observavimus quidem passim pronomina demonstrativa et relativa abundare, ita ut deinceps per ἐπεξήγησιν explicentur. Sed tum fere simul ad superiora referuntur, ita ut totius sententiae summam quasi in breve contractam repetant. Quod cum hic secus sit: suspicamur legendum *posthaec iudicaret.*

Poterat fieri et facile poterat] *De hac amplificatione per eiusdem verbi cum copula iterationem v. n. ad I. *off.* 1, 2. pr. cl. *or. pro C. Rab. perd.* 7, 20. (27.) *cum . . cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi . . laudare consuevistis, . . arma cepisset.* Ibid. 3, 8. *p. l. Manil.* 3, 7. extr. 4, 10. extr. 12, 33. pr. *divin. in Caec.* 8, 25. pr.

28. *Ut id fiat*] Codex *ut ea fiat.* PEYRON.

Actoris et petitoris] Nomina coniungit etiam Cicero *Partit.* [c. 32.] 110: *sed accusatorem pro omni actore et petitore appello.* PEYRON.

Utrum] *i. q. §. 30. *utrumvis* v. *utrumcumque.* Accedat hoc exemplum Schelleri *Lexico* s. h. voc. 5) p. 11952.

29. *Interdicto inter*] Ita supplevi versum, qui in codice desideratur. PEYRON.

M. Claudius] Nuspiam [*Nusquam*] alibi a Cicerone commemoratus. PR. *Potest certe esse aliquis de Marcis Claudiis Marcellis Ciceroni aequalibus, e. c. ille sodalis Catilinae, vel iuris peritus ille, quem orator *pro Quinctio* c. 17. pr. in consilio adesse dicit, vel denique eius, pro quo circumfertur oratio, pater, fortasse M. Tullio ab altera agri Thyrini parte adfinis: nisi forte malueris intelligere oratoris nostri vicinum Arpinatem. V. II. *leg.* 1, 3. ss.

sic, ut ita interdictum est et sponsio facta. Ego me ad iudicem si defendam: vi me deiecisse confitear; dolo malo, negem? et quis me audiat? Non opinor quidem; quia, si vi deieci M. Claudium, dolo malo deieci: in vi enim dolus malus inest et Claudio utrumvis satis est planum facere, vel se a me ipso vi deiectum esse, vel me consilium inisse ut vi deiceretur. Plus

Sic, ut ita interdictum est] *Peyron distinxerat *ex formula, sicut.* Ctr. huc faciunt vv. Ulpiani in ж. XLIII. t. 16. (*de vi*) fr. 3. §. 10. *Cum procurator armatus venit: et ipse dominus armis deiecisse videtur, sive mandavit, sive* (*ut Iulianus ait*) *ratum habuit.* §. 11. *Hoc et in familia dicendum est. Nam cum familia sine me armata venit, ego non videor venisse, sed familia, nisi iussi vel ratum habui.* §. 12. *Hoc interdictum etiam adversus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiiceretur.* ib. fr. 1. §. 12. *Deiecisse autem etiam is videtur, qui mandavit vel iussit, ut aliquis deiiceretur: parvi enim referre visum est, suis manibus quis deiiciat, an vero per alium. Quare si familia mea ex voluntate mea deiecerit, ego videor deiecisse.* §. 15. *Quod igitur additur* „*aut familia tua deiecit*“, *merito scriptum est in eum casum, in quem familia mea vi deiecit. Ceterum si iussit, ipse deiecit* etc. Cf. huius or. §. 44.

Et sponsio facta] *ap. *NI ADVERSUS EDICTUM PRAETORIS VIS FACTA ESSET.* Vid. *pro Caec.* 16, 45. Cf. nostrae or. §. 53.

Ut vi] Deerat particula *ut* absorpta a sequenti *vi*. PR. *Minime. Nequaquam pendent haec a *si defendam.* Alioqui *sic* inserenda foret. Sed indicanda interrogatio fuit dubitantis et, si quis aiat, mirabundi: ut pro Scauro II. 35. pr.

Et quis] Hoc esse etymon vocis *ecquis* tradit Priscianus lib. I. PR. *F. e 52. corr. *Quid ita?* pro *quidem*, post quam voc. punctum sustulimus itemque post vv. *dolus malus inest.*

30. *Deiceretur*] *Cum praepositione iunctum hoc verbum simplici *i* scribitur in vetustis saxis ac codd. ut infra §. 53. Usitatum hoc v. *iacio* et antiquum illud *icio* non videntur discrepare nisi pronuntiatione et scriptione. Hoc agnoscit Gellius IV. 17. ad f. Priscian. X. p. 877. *Invenitur tamen et simplex Icio, icis.* Unde Virgilius in XII. [814.] *Ictum iam foedus.* Quamquam idem p. 886. *ico* protulit auctoribus laudatis Catone, Caelio, Lucretio; sed hi *icit* et *icitis*, non *ico* dixerunt. Multa tamen verba alio atque alio exitu definiuntur. V. Alcuinus Grammaticus p. 2113. Vespasianus in *Rescripto* ap. Gruter. p. 164. n. 1. S*I.* Q*UA.* *NOVA.* *ADICERE.* VOL*TIS*. Ibid. p. 207. semel atque iterum PROI*CITO* cum *I* longo, quod tamen idem monumentum in vv. FIGITO, PARIES, QUI, TRABICULAS, FIET altius duxit sursum versus. Varro ap. Nonium c. II. n. 75. *Oves reiculae.* Laberius ap. Gellium XVI. 7. *coicior* pro *coniicior.* In Cornel. Nep. VII. *Alcib.* 3, 2. aliqui codd. *deicerentur.* Virg. *Ecl.* III. 96. *reice.* Idem alibi *deice, conice, proice, adiciam* etc. constanter servat in codice Mediceo. Vid. F. H. Norisii Diss. IV. *de ceno-*

igitur [*datur*] Claudio cum [*ita*] interdicitur, unde a dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, unde a me vi deiectus esset. Nam in hoc posteriore, nisi ipse egomet deiecissem, vincerem sponsionem; in illo priore, ubi dolus malus additur, sive consilium inissem ut

taph. Pisan. c. 4. cl. c. 2. extr. cum Schurzfleischii *Orthographia Rom.* Vitembergae 707. ed. p. 105. s. et p. 68. Etiam Martialis X. *epigr.* 82, 1. *adicit*, et Seneca in *Medea*, Statius in VII. *Theb.* Claudian lib. III. *de raptu*, Lucan. I. Silius I. 113. *subicit.* Itemque *obex* frequentatur Valerio Flacco ceterisque, ut Ob. Gifanius ad Lucretium, Pierius Valerianus ad Virgilium, Fr. Iuretus ad Paullinum, Barthius in *Adversariis* observarunt. Usus tamen utriusque formae significationem paulo diversam agnoscit, ut *icere* fere effectum indicet, *iaciendo ferire.* Promiscue dicuntur *ictus fulminis* III. *off.* 94. p. 360. I. *de divin.* 12, 20. et *fulminum iactus* III. *Catil.* 8, 18. Contra *ictus* pro *iactu* ap. Sallust. *histor.* II. *egressi ad faciliores ictus loco cedebant*, et in Virg. *Aen. VII.* 165. *cursu ictuque lacessunt:* ubi Servius sumit pro *iaculatione*, comprobante Gottlieb Kortte in *Diss. critica de usu orthographiae latinae* (Lips. 4. sine a. nota) c. III. §. 4.

Prodest Claudio cum] Ita supplevi versum mutilum. PR. *Satius visum est in quinque litterarum litura restituere *datur.* Cf. §. 33. *quod mihi contra illos datum est*, et 45. pr. Alteram lacunam *U*** explevimus addita insuper *ita.*

Posteriore] *Sic editor. Nam cod. *posteriori.* Sed mox *in illo priore.*

Vincerem sponsionem] *h. e. Victor obtinerem sponsionem. Nostrates dicunt: *die Wette gewinnen.* Cf. *p. Caec.* c. 32. med. ed. Schütz. (volgo 31,91.) §. 93. Similiter dicitur *vincere causam* v. *iudicium* pro Ablativo. Potest tamen accipi pro *vincere*, *cum habeas* vel *subieris iudicium.* V. Ern. in *clavi* s. hoc verbo: cuius notam transcripsit Schützius *Ind. Latinit.* P. III. p. 452. Add. Ovid. *Her.* XVI. *ep.* 75. s. *Longinqua bella vicisse* dixit Iustinus XLI. c. 1. *Vincere Olympia* Ennius ap. Cic. *de senect.* 5. et Plinius *H. N.* X. sub fin. c. 63. sect. 83. In Hor. *Epist.* I. 1, 50. *Quis magna coronari contemnat Olympia* potest illud quidem explicari cum ellipsi dictum pro: *Quis coronari contemnat*, *cum magna inierit certamina Olympia;* sed Graece perinde dicitur στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια atque Ὀλύμπια νικῆσαι. Egregie hunc Graecismum enodavit elegantissimus Horatii interpres L. S. Obbarius, qui humanioris doctrinae professor Rudolphopolitum gymnasium ornat, in exquisitioris doctrinae largissimo (me Hercule!) et laborioso commentario, quo totam Venusini vatis epistulam luculenter enarravit p. 47. Cf. Aug. Matthiae, V. Cel., Grammatica Graeca mai. §. 417. extr. p. 575. ed. 1.

Additur] *Sic correxi, quod scriptum legebatur *auditur.* Illud sollemne est de formulae verbis. Cf. 26. 28. 31. extr. 32. pr. 38.—41. 43. s. *pro Caec.* 31, 91. Utrumque verbum confunditur ap. Rufinian. *de schematis* ad *hypocrisin* in illo Virgilii (*Ecl.* III. 25.) *cantando tu illum? ubi* pro: *Additur enim:* „*Tu nullus alioqui, illum autem magnum in canendo*" — Capperonnerius

vi deiceretur, sive ipse deiecissem, necesse erat de dolo malo meo vi deiectum iudicari.

31 Hoc persimile atque adeo plane idem est in hoc iudicio, Reciperatores. Quaero enim abs te: si ita iudicium datum esset, QUANTAE PECUNIAE PARET A FAMILIA P. FABI HOMINIBUS ARMATIS DAMNUM M. TULLIO *fac*TUM, quid haberes quod diceres? Nihil, opinor. Fateris enim omnia, et familiam P. Fabi fecisse, et vi hominibus armatis fecisse. Quod additum est, DOLO MALO, id te adiuvare putas, in quo opprimitur et

32 excluditur omnis tua defensio? Nam si additum id non esset ac tibi libitum esset ita defendere, tuam familiam non fecisse: vinceres, si id probare potuisses. Nunc, sive illa defensione uti voluisses, sive hac, qua uteris, condemneris necesse est: nisi putamus *in iudicium* venire, qui consilium inierit; illum, qui fecerit, non ve-

p. 51. n. 39. emendavit: *Auditur*, h. e. subintelligitur. Pro *te dolo* correxi *de d.*

31. *Illatum*] In codice erat ... *tum*. PR. *Ergo tres tantum supplendae erant litterae. Sollemniter vero dicitur *damnum datum* vel *d. factum*.

Quod additum est] *Virgulam inserui. Non enim coniunctionis vice fungi videtur *quod*, sed referri ad seq. demonstrativum *id*. In fine addidi interrogationis signum. Haec enim mirantis esse iam patebit §. 33. Eiusdem modi interrogatio restituenda §. 39. et *pro Caec.* c. 23, 66. seq. (ap. Schütz. c. 24. p. 78. extr.), ut acute perspexit Ph. Buttmannus in Eichstadii *Novis Actt. soc. Lat. Ienens.* I. p. 57.

32. *Ita defendere*] Codex *defenderem*. PR. *Probo equidem emendationem. Intellige: *ut diceres*. Nam ne interpunctionem mutemus, quasi orator se finxerit adversarii patronum, quemadmodum *pro Caec.* 23, 64. dissuadent seqq. ad secundam personam accommodata *si id probare potuisses*. Saepe autem *defendere* significat *ad defensionem dicere*. Gellius X. 19. *id solitum esse fieri defendebat*. Eodem modo *persevero* (np. in eo, ut dicam) et *vinco* (np. in eo, quod dico, v. ut doceam, ut persuadeam) cum verbo in Accusativo, h. e. Infinitivo, struitur.

Sive illa] Codex *sibe illa*, consueta permutatione litterarum B et U. PEYRON.

Eum in iudicium] Ita supplevi mutilum versum. PR. *In folii imagine quattuor tantum litterarum litura est. Itaque otiosum pron. *eum* abiecimus. Puncti loco minorem interpunctionem adhibuimus ante *nisi*, quae part. ineptam exceptionem occupat: ut *nisi forte* in *Phil.* VII. 6, 16. in *orat.* 49, 164. pr. *N. D.* I. 35, 99. pr. Quinctil. *Instt.* X. 5. *nisi forte histrionum multa circa voces easdem variare gestus potest; orandi minor vis:* alibi *nisi vero*. V. not. ad I. *off.* 33, 120. p. 254. s.

nire; cum consilium sine facto intellegi possit, factum
sine consilio non possit. An, quod factum eiusmodi
est, ut sine occulto consilio, sine nocte, sine vi, sine
damno alterius, sine armis, sine caede, sine maleficio
fieri non potuerit, id sine dolo malo factum iudicabi-
tur? An, qua in re Praetor illi improbam defensionem 33
tolli voluit, in ea re mihi difficiliorem actionem factam
putabitis? Hic mihi isti singulari ingenio videntur esse,
qui et id, quod mihi contra illos datum est, ipsi adri-
piunt et scopulo atque saxis pro portu stationeque utun-
tur. Nam in DOLO MALO volunt delitescere; in quo
non modo, cum omnia ipsi fecerunt quae fatentur, ve-
rum etiam, si per alios id fecissent, haererent ac tene-
rentur.

33. *Delitescere*] Codex *delitiscere*. PR. *Effictum videatur ad similitudinem verbi *putiscere*, *luciscere*, Plauto, Terentio atque ipsi Ciceroni familiaris. Etiam in II. *de N. D.* c. 49. extr. boni codd. Lugdunenses tres et Norimb. 1. servant *delitiscant*. Tralatione eadem usus est Cic. *pro Caec.* 21, 61. pr. *Cave in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas*, h. e. latebram quaeras: atque ibid. 23, 66. extr. *ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitescam.*

Haererent ac tenerentur] *np. capti. Verba tralata ab avibus vel feris sunt, quae ipsae se induerunt in laqueos. Ceterum animadverte ad zeugma modorum et temporum. Nam verbum commune attractum est a ficta conditione; ut ad superius membrum ante *verum etiam* subaudiatur *haerent ac tenentur*. Cf. orationis *in Pisonem* ultima verba: *nec minus laetabor, cum te semper sordidum* (videbo,) *quam* (laetarer) *si paulisper sordidatum viderem:* np. *si esses accusatus*. Ibi veteranus Grammaticus Schützius: „Vulgo *viderem;* quod vitiosum esse Guilielmus vidit, qui corrigebat *viderim*. Rectius Ern. *videbo*". Huic correctioni fidem addixisse videtur etiam Car. Ferd. Nagel in *Actis societ. Traiectinae* T. IV. p. 271. Sed merito reiecerat hanc temeritatem probata syllepsi Iac. Frid. Heusinger in Conradi filii praefatione ad editionem librorum *de officiis* p. XXXXVII. sq. Similis est ellipsis in priore membro, ubi numerorum aut personarum fit syllepsis sic, ut commune verbum per attractionem accommodetur proximo subiecto, ut in *epist.* 61. *lib.* XIII. §. 3. (ubi cf. Corte) *de or.* III. 20, 75. *non quid ego, sed quid orator possit.* *Catil.* I. 2, 5. *hoc potius omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factam esse dicat.* II. 13, 28. pr. III. 6, 15. (supplicationes) *ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est.* *Verr.* III. 9, 23. *ut, cum alii ne conviviis quidem isdem, quibus Apronius, hic isdem etiam poculis uteretur.* *Phil.* II. 6, 13. *consulares sena-*

34 **Ego non in una re sola (quod mihi satis est) neque in universa re solum (quod mihi satis est) sed singulatim in omnibus dolum malum extare dico. Consilium capiunt, ut ad servos M. Tulli veniant: dolo malo faciunt. Arma capiunt: dolo malo faciunt. Tempus ad insidiandum adque celandum idoneum eligunt: dolo malo faciunt. Vi in tectum inruunt: in ipsa vi**

tuoque cunctus assensus est. Plaut. *Capt.* II. 3, 39. Liv. IX. 11. pr. *Samniti populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro eis pax debetur.* Hinc vindicamus etiam Ciceroni *de re p.* I. 22. codicis genuinam lectionem: *non me inertiorem esse confitear quam opificem quemquam, si minus in maxima arte, quam illi in minimis operae consumserint?* ubi editores omnes, nescio cui grammatico morigeri discipuli et obsequiosi, correxerunt *consumserim:* cum tamen vaticani codicis litterae *M* et *NT* tam dissimiles sint, ut volgarem in triviis et tralatitiam constructionem a librario in exquisitiorem et doctiorem mutatam esse oculis pariter atque animis absurdum videatur. Cf. de toto hoc genere G. T. A. Krüger *über die Attraction* in clar. Seebodii tabulario philologico (*Archiv für Philologie* 1824.) Vol. I. fasc. II. p. 270. — 273.

34. *Set*] Ita pro *sed;* inferius no. 37. *illut* pro *illud.* PR. *Rescripsi *sed,* quippe quae contracta sit e *sedum.* Inseparabilis illa praepositio *se* valet χωρίς. Vanus est enim Döleke in Hildesiensi *bibliotheca critica* a. 1819. fasc. 3. p. 804 — 809. qui *et* dorice pronuntiatam perhibet *at* indeque factam *set* vel, *que* adiuncta, *atque.* Immo *et* nata videtur ex ἔτι, *at* ex αὖ τε vel inde iuncta part. ἀτάρ. Nostra vocula *aber* (*after*) ducta a praepos. *ab* item significat αὖ, *iterum.* E neutro ἄλλα fit ἀλλά i. q. χωρίν, sicut *sondern* fit a *sonder, absque.* Continuo cod. *singilatim* pro *singulatim.*

Adque] *Sic cod. cum Ancyrano monumento ut proprie i. valeat q. πρός τε, *insuper.* Apulej. *de orthogr.* in fragmm. ab Ang. Maio editis (Romae 1823.) p. 123. *Olim scribebatur per .D. ADQUE coniunctio, nunc ATQUE; et AT et AD pro AC olim dicebatur, ut monumenta testantur antiquissima: postea per .C. AC differentiae gratia scribi placuit, Plinio auctore, ne aliud quam copulam significare videretur.* Contracta videtur ex *acque,* ut scribitur in Reatino monumento.

Dolo malo faciunt] *Haec sunt pro apodosi, quae adiungitur protasi ita, ut ante hanc omittatur *cum* vel *dum,* ut alibi *si.* V. Viger. *de idiotism. Gr.* p. 508. et not. ad III. *off.* 19, 75. p. 323. s. quibus simile est exemplum *in Verr.* III. 69, 161. *Esset . . probus filius: haberet aliquid abs te res publica muneris.* Plin. I. *ep.* 12. med. *Dedisses huic animo par corpus: fecisset quod optabat.* Etiam in II. *Tusc.* 17, 41. volgatam scriptionem „*satis his factum sit: se velle decumbere*" servarim equidem cum Gronov. l. II. *obss.* c. 2. Colligitur hic extremum e prioribus, ut fere in *or. pro Mur.* 29, 42. *Scriba damnatus, ordo totus alienus; Sullana gratificatio repraehensa, multi viri fortes et prope pars civitatis of-*

dolus est. Occidunt homines, tectum diruunt: nec homo occidi nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest. *Ergo* si omnes partes sunt eiusmodi, ut in singulis dolus malus haereat: universam rem et totum facinus sine dolo malo factum iudicabitis?

**Quid ad haec Quintius? Sane nihil certum ne- 35
que unum, in quo non modo possit, verum putet se posse consistere. Primum enim illud *iniecit*, nihil**

fensa 'st; lites severe aestimatae: cui placet, obliviscitur. Alibi utrumque membrum inter se respondet diverbiorum instar, ut *p. Mur.* 30, 62. adeoque prius interrogat, posterius respondet *pro Sext.* 42, 92. *in Verr.* III. 2, 5. *Lael.* 25. §. (4.) 93. extr. *Parad.* V. 2. pr. VI. 1. §. 3. 6. Seneca *de brev. vitae* 17. extr. *de provid.* c. 4. *Verberat nos et lacerat Fortuna? Patiamur.* Quinctil. II. 8. p. 107. ed. Bip. *Erit, qui ex his aliqua non possit? In id maxume, quod poterit, incumbet.* Martial. IIX. *epigr.* 56. vers. ult. *Sive — sive* eo modo supprimitur ib. I. 80, 2.

Omnes partes] Huc spectabat Boëtius *de definitionibus* ed. Paris. an. 1544. p. 23. inquiens [* dicens *]; „Hoc etiam pro M. Tullio tenet [*Cicero*], ubi per enumerationem malorum, [* *modorum?* *] per quos fit dolus malus, definitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci.“ PR. *Refert huius disputationis summam Iulius quoque Victor *art. rhet.* c. XIV. p. 79. *Dolum malum esse cum familia armata sit, cum ad vim venerit, cum dampnum intulerit.* Idem c. 6. §. 1. extr. *Argumenta duci possunt — a modo in fine, ut M. Tullius dolum circa servos P. Fabii definivit ex eo quod insidiati sint.*

35. *Non modo*] *i. q. *ne dicam.* Potest sententia sic inverti: *in quo putet se posse, nedum possit consistere.* Hoc verbum ex arena luctatorum et gymnasiis tralatum est. Cf. *orator* 9, 30. ubi Schirachius n. 7. „Pugnae verbum, quod proprie de iis dicitur, qui stabili vestigio et firmo pede hostem excipiunt. Inde eleganter ad forensem contentionem transfertur, et causarum militiam; dicitur etiam de gladiatoribus, qui statu suo fixi pugnant. Quinctil. *Declam.* VI. 9. *litigamus, consistimus, in diversum abimus;* ad quem locum de iudiciali vocis acceptione praeclara docet Burmannus p. 156.“ Rectius hic, quam ad eund. *or.* 28, 98. *si semel constiterit, numquam cadet* Schützius ab histrione metaphoram repetit. *Pro Caec.* 21, 59. *verbo quidem superabis me ipso iudice; re autem ne consistes quidem ullo iudice.* Sic Iustiniano *Instt.* IV. 8. §. 6. dicitur *causa in eum casum deducta, in quo consistere non potuit.*

Iniecit] Multum diuque haesi in hac voce legenda; tandem intercepta spatia, atque ipsa fugientia lineamenta me permoverunt, ut scriberem *iniecit*, nempe obiter mentionem fecit. Sic *ad Attic.* XVI. 5. [sect. 3. pr.] *Bruto quum saepe iniecissem de ὁμονοίᾳ;* et *pro Quint.* 21. [§. 68.] *id, quod Hortensium,*

posse dolo malo familiae fieri. Hoc loco non solum fecit, ut defenderet Fabium, sed ut omnino huiuscemodi iudicia dissolveret. Nam si venit id in iudicium de familia, quod omnino familia nulla potest committere: nullum est iudicium, absolvantur omnes de simili
36 causa necesse est. Hoc solum (bona, me Hercule, [*res!*]) si hoc solum esset: tamen vos, tales viri, nolle deberetis maximam rem, coniunctam cum summa re fortunisque privatorum, severissimum iudicium maximaque ratione compositum per vos videri esse dissolutum. Sed non id solum agitur" [*in hoc iudicio, Reciperatores, ut M. Tullius per interdictum suum ius teneat atque iniuriam a P. Fabi familia factam persequatur; verum*] *hoc iudicium sic exspectatur, ut "T*

quia nuper iniecit, . . dicturum arbitror. PR.

De simili] Consona M vix apparet; penultima littera non bene insignis videtur esse L, est tamen ex genere longarum, seu linearium. Cicero *ad Q. fr.* II. 16. [sect. 3. pr.] *de praevaricatione absolutus.* PR.

36. *Hoc solum bona*] Haec et sequentia luculenter leguntur in codice, mutila tamen esse quisque videt, neque facile expedio. Sane pro *nolle* reponendum est *nolite*, tum aliquid deest. PR. *Primum indicavimus exclamationem eamque in parenthesi inserto vocabulo *res*, quod exciderat inter litteras *LE et S:* nisi forte intercidit *causa*. Post parenthesin cum indignatione adiungitur *hoc solum* iteratum per ἐπανάληψιν, cuius Aquila Rom. in Capperonnerii *rhet.* p. 24. hoc posuit exemplum: *Haec non potest, iam non potest (inquam) libera haec civitas esse.* Similis geminationis post aliquam interiectionem repetitio est in exemplo ap. Quinctil. IX. 3. ed. Bip. p. 160. ab in. e Cic. *Phil.* II. 26, 64. in *Phil.* I. c. 12. extr. §. 31. pr. *L. Scipionem* iteratur in Gracchi decreto ap. Liv. XXXVIII. 60, 4. Tum pro *talis viri nolle, deseretis — videretur* correximus *tales viri, nolle deberetis — videri.* Est admonitio blanda iudicum, ut meminerint gravitatis, severitatis, fidei suae. Cf. §. 43. 53. *Nunc hoc probabis viris talibus? Pro Quinct.* 1, 4. extr. *ut multis incommodis veritas debilitata tandem aequitate talium virorum recreetur.*

Non id solum agitur] *Desideratur unum certe folium integrum. Incohatam sententiam absolvimus ad exemplum orationis *pro Caecina* 11, 32. atque inseruimus huius orationis fragmentum, servatum a Prisciano lib. VI. in Putschii *Grammaticis* p. 678. Placet autem Nostro in *oratore* 36, 126. s., *illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur, ita dici, ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque de universo genere dicatur, et ita de re communia dici, ut multa dicantur in adversarios aspere.* Comparetur Catonis, ut videtur, admonitio ap. Quinctil. *Instt.* IX. 2. p. 134. ed. Bip.

non uni rei statui, sed omnibus constitui putetur. *

* * * * * * * * *

*Dicam vim factam a P. Fabi familia? Adversarii non negant. Damnum datum esse M. Tullio? Concedis; vici unam rem. Vim hominibus armatis factam? Non negas; vici alteram. Dolo malo factum negas; de hoc iudicium est. *

* * * * * * * * *

[*Nec vero quid attineat argumenta quaerere, quibus defensio istius tam levis nugatoriaque infirmetur ac diluatur,*]

*T " *tur ac diluatur,*] "ego intelligo; et tamen *di*cendum est ad ea, quae dixit Quinctius, non quo ad rem pertineat, 37

Communem rem agi putatote ac vos huic rei praepositos esse.

Dicam — ?] *Hic demum inserui fragmentum ex Victorini *expositione in I. Rhetor. Cic.* c. 57. Cf. praeter Martiani Capellae locum in huius or. argumento laudatum Iulius Victor *art. rhet.* c. XIIII. p. 78. *M. Tullius pro Tullio „damnum datum Tullio et vi hominibus armatis et a familia P. Fabi constare" dicit; „in controversia autem esse, an dolo malo damnum datum sit," quod est* τὸ κϱινόμενον. De hoc v. Cic. *Top.* 25, 95. s. Ceterum editorem, qui hoc fragmentum supra iam inter §§. 22. et 24. medium interposuit, decepit interpunctionis ratio in Victorini editione Capperonneria p. 156. *Dicam vim factam a P. Fabii familia; adversarii non negant.* Deinde ipse distinxit *damnum datum esse M. Tullio; concedis:* eum certe melius uno tenore ap. Capper. legatur: *damnum datum esse M. Tullio concedis* et continuo *Vim h. a. factam non negas.* Ego vero deliberantis interrogationibus vim verborum adauxisse videor. Propositioni *dicam* (h. e. *dicturus sum*) minime convenire affirmationem statim adiectam senserunt illi, qui ut Ernestus et Schützius in Cic. *fragmentis* p. 12. substituerunt *dico.* Iidemque deinceps similiter distinxerunt: *vi, hominibus armatis: non negas* (omisso v. *factam*). — *dolo malo; factum negas.* Dubitationis, qua orator simulat quaerere se, quid potissimum dicendum sit, Quinctilianus l. c. exemplum laudat e Cic. Cluentiana 1, 4. Cf. *pro leg. Man.* 10, 32. 33. Hic autem sibi ipse respondet, ut *in Verr.* III. c. 15. extr. 16. pr.

37. *Dicendum*] Primam syllabam DI oblitteratam supplevi. Posteaquam Orator interdictum Luculli declarasset [* exposuit *], atque caedem a familia P. Fabii dolo malo factam esse demonstrasset [* demonstravit *], progreditur ad obiecta adversarii diluenda. PR. *Prima huius §. verba conformavimus comparatis conquestionibus illis §. 38. et *pro Rosc. Am.* 15, 42. extr. *pro Caec.* 23, 64. *N. D.* I. c. 32. extr. ubi de mala adversarii causa triumphat.

Pertineant] Codex *pertineat.* PR. *Hoc ipsum vel invito codice reponendum foret. Intelligitur tota sententia: *dici ad*

sed ne quid, quod a me praetermissum est, pro concesso putetur.

38 Dicis oportere quaeri, homines M. Tulli iniuria occisi essent necne. De quo hoc primum quaero, venerit *ea res* in hoc iudicium necne. Si non venit: quid attinet aut nos dicere aut *h*os quaerere? Si autem venit: quid attinuit te tam multis verbis a Praetore postulare, ut adderet in iudicium INIURIA, et, quia non

ea, quae dixit Quinctius. De partt. *non quo* v. ad *or. pro Scauro* II. 4.

38. *Quaeri*] Contendebat Quintius aedificium M. Tullii, utpote in fundo P. Fabii exstructum, iure fuisse dirutum. Conquerebatur ergo Praetoris iniquitatem, qui vocabulum INIURIA non admiserat in interdicto, atque appellaverat Tribunos plebis. De eiusmodi appellatione ita Cicero *pro Quintio* 20: [§. 63.] „Tribuni igitur appellabantur . . . . non est istud iudicium pati, neque iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas." PR. *Cf. etiam ibid. §. 64. s. et quae nos iam annotabimus.

Ea res] Ita legere videor fugientia litterarum vestigia. PR. *An scriptum fuit: *venerit ne ea res —?* Cf. *pro Rosc. Com.* 17, 52.

In hoc iudicium] *Contra codicis fidem editor: *in hoc iudicio.* Cf. §. 42. *de inv.* II. 20, 61. *si non ita res agantur et in iudicium veniant, quo pacto oporteat;* or. *pro Rosc. Com.* 14, 42. pr. *pro Caec.* 22, 63. pr. *non verba veniunt in iudicium.*

Hos quaerere] *Legebatur *nos q.* Sed pron. *nos* ad patronos refertur, *hos* ad reciperatores, ut supra §. 6. *pro Quinctio* 1, 4. *eo te et hos, qui tibi in consilio assunt, meliori mente nostra verba audire oportebit.* 2, 5. *in his, quos tibi advocasti, viris electissimis civitatis.*

A Praetore postulare] *In iure, ubi omnis conceptio privatorum iudiciorum constituebatur, disputabatur plerumque de praetoria exceptione addenda, ut tota infirmaretur actio. Ea quaestio rhetoribus *constitutio translativa* appellatur. Vid. *de invent.* II. 19, 57. s. 20, 59. ss. *Exceptiones autem alias in edicto Praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat,* ut ait Gai. *Instt. commentar.* IV. 118. et 119. *Omnis exceptio obiicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condicionalem faciat condemnationem.* V. annott. supra p. 3. extr. Corn. Maur. van Eelde *diss. de iis, quae olim in iure apud Praetorem peragebantur.* Trai. ad Rh. 1749. 4. Iac. Raevard. *de praeiudiciis* in Opp. p. 810. — 867. Brissonii lib. V. *de formulis* c. 74. ss. *Car. Leop. Goldschmidt über Litis Contestation und Einreden* etc. (Frcf. a. M. 1812.) sect. I. §. 3. 4. p. 15. — 25. Heineccii *Antiqq. Rom.* lib. IV. t. 13. 14. pr. §. 2. — 4. Hugonis *Rechtsgeschichte* §. 253. 366. Ideo autem formula tanti erat momenti, quod tunc temporis partes magistratus et iudicis in exercendis iudiciis privatis diversae essent. Vid. Ant. Quintanaduegnae lib. I. *de iurisdictione et imperio* tit. 6. in *Thesauro* Meer-

impetrasses, Tribunos Pleb. appellare et hic in iudicio queri Praetoris iniquitatem, quod de iniuria non addi debet? Haec cum Praetorem postulabas, cum Tribunos appellabas, *nempe ita* dicebas, potestatem tibi 39

mann. T. II. p. 231.—236. Ger. Noodtii lib. I. *de iurisdictione et imperio* c. 8. in Opp. T. I. p. 86. s. Ge. Christ. Gebaueri diss. *de iurisdictione secundum doctrinam Romanorum* c. 1. §. 10. in *exercitt. acadd.* T. I. p. 455. s. Savinii *Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter* T. I. c. 2. p. 77. Heineccii l. I. *tit.* 17. §. 1. Bachii *histor. iurispr. R.* II. 1, 25. s. 30. Hugo §. 146. Etsi vero postulata ista exceptione Fabius iam confessus esse videbatur a sua familia damnum datum esse M. Tullio: tamen non potuit interrogatus esse in iure, an familia, quae damnum dedisset, sua esset familia. Alioqui testibus opus non fuisset in priore actione, cum reus sua sententia damnatus iam teneretur actione interrogatoria vel confessoria. V. Paulus in π. XI. t. I. (*de interrogationibus in iure faciendis*) fr. 8. XLII. t. 2. (*de confessis*) fr. 4. Ulpian. π. IX. t. 2. (*ad l. Aquil.*) fr. 23. extr. XLIV. 1, 9. Nullum autem tunc quidem factum praeiudicium esse in huius or. exordio patet.

Tribunos Pleb. appellare] *Cic. *in Vatin.* 14, 33. refert *Vatinium appellasse tribunos plebis, ne causam diceret.* Asconius ad *or. in toga cand.* in fragmm. ed. Schütz. T. XVI. P. II. p. 209. s. *Graeci, quos spoliaverat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat . . . Et cum Lucullus id, quod Graeci postulabant, decrevisset, appellavit tribunos Antonius iuravitque se ideo recusare, quod aequo iure uti non posset:* ubi alii *abiurare* pro *recusare*, ut legendum videatur *se iniquum eiurare:* de qua formula v. Goerenzii vir. clar. ad II. *Fin.* annot. paenult. Intercessum esse a tribunis pl. in iudiciis praetoriis de re privata indicat Cic. in *Phil.* II. 2, 3. *Contra rem suam me (nescio quando) venisse questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari et necessario meo? . . non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio?* Ex his rectius iam interpretabere Ciceronis iocum in II. *Acad.* 30, 97. *Tribunum aliquem censeo videant: a me istam exceptionem numquam impetrabunt.* Tribunos plebis superiorem in iudicia potestatem exercuisse serioribus rei publicae temporibus atque etiam sub Caesaribus indicat Plinius lib. I. *ep.* 23. pluribus ostendit Car. Guil. Hasse diss. *de iurisdictione tribunorum pl.* (Lips. 803.) §. 2. 3. p. 10. s. Cf. Iac. van Vaassen *fragmenta animadversionum ad fastos Romanorum sacros* p. 383. — 389. Praeterea illos, qui singularibus libellis ius appellationum adversus decreta ap. vett. Romanos exposuerunt, ut Franc. Car. Conradi et Christ. Guil. Küstner. Videntur autem tribuni pl. de exceptione addenda appellati esse ante litis contestationem impetrato iam interdicto.

39. *Cum Tribunos*] Particula *cum* vix divinando legi potest. PEYRON.

Nempe ita] Lectu difficilia. PR. *Placent vero, licet, cum littera *M* tantum insignis appareat, possit etiam legi *nimirum.*

fieri oportere, ut, si posses, Reciperatoribus persuaderes, non esse iniuria M. Tullio damnum datum: Quod ergo ideo in iudicium addi voluisti, ut de eo tibi apud Reciperatores dicere liceret; eo non addito nihilo minus tamen ita dicis, quasi id ipsum, a quo de*pulsus* es, impetraris? At, quibus verbis in decernendo Metellus usus est, ceteri, quos appellasti, — nonne

Reciperatores persuaderes] *h. e. persuadendo adduceres, ut iudicarent. Sed corrigendum duximus *Reciperatoribus*, cum deinceps explicandi causa additum esset *apud* (cod. *aput*) *Reciperatores dicere* (cod. *dice- ret*).

Detrusus] En certas litteras *E***S*S, quare legi etiam potest *depulsus*. PR. *Hoc ipsum malui. Cf. *pro Rabir. perd.* 5, 17. *te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed regia — esse depulsum.* Placuit etiam haec ponere in interrogatione, ut §. 31. extr. *pro Caec.* 32, 93. *Si esset additum: de eo quaeri oporteret. Additum non est: tamen oportebit?* Tralate Seneca *ep.* CXVII. post in. de Stoicorum quodam παραδόξῳ: *Nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo vinculo tenentur et mutare illis formulam non licet.* Ruptis veteribus ambagibus adeundi Praetorem has iudiciorum formulas aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum negotiis sustulerunt Impp. in *cod. Iustinian.* VIII. t. I. (*de interdictis*) l. ult. et II. tit. LVIII. *de formulis et impetrationibus actionum*: de quibus v. Brissonii lib. V. *de formulis* c. 108. sq.

Metellus] Opinor esse Praetoris nomen, qui interdictum dederat. Iam vero Marcus Caecilius Metellus Praeturam gesserat a. u. 684, vide Act. I. *in Verr.* 9. et 10. Q. Caec. Metellus Celer Praeturae munere functus est, Cicerone consule, a. u. 690. At cum suspicari liceat alios etiam Metellos fuisse per illos annos Praetores, tum certo statui nequit, quis iste fuerit. PR. *De eius fratre ib. memorato suspicatus sum in annot. 5. ad *argumentum* huius or. Nam *M. Metellus* frater a. 684. quaestionem *de pecuniis repetundis* sortitus obtinuerat teste Cicerone l. c. 8, 21. 9, 26. ibique Asconio ed. Schütz. p. 280. 283. atque Anonymo Scholiasta p. 372.

Et ceteri quos appellasti confirmarunt] In contextu hiante duo haec Verba addidi. PEYR. *Nos hanc editoris clar. sedulitatem laudamus; verum tamen eam deprecamur, meliora edocti aureola ista Augusti Matthiae dissertatione *de Anacoluthis ap. Ciceronem* in Frid. Aug. Wolfii *Analect. litterar.* Vol. II. (vel Part. III.) p. 1. ss. maxime p. 7. s. 15.—19. Cf. Oudendorp. cum ceteris intt. ad Hirtii *de bello Africano* c. 25. pr. Nimirum et hic institutae orationis filum abrumpitur sequiturque aliud quid, ut re et sententia idem, ita verbis et constructione diversum. Incohavit orator sententiam sic, ut fere hoc modo absolutum iri expectetur: *standum esse* (np. his verbis) *statuerunt omnes.* Sed de re potius quam de verbis laborans per gratam quandam negligentiam orator imperfectam sententiam reliquit deflectens in figuram interrogationis. Abundare videntur post aliquam interiectio-

haec omnium fuit oratio, quod vi hominibus armatis coactisve familia fecisse diceretur, id tametsi nullo iure

nem iterata in *Bruti* loco VV. DD. coniecturis vexatissimo 60, 218. (ed. Schütz. c. 58. extr.) Curio *in eo libro, ubi se exeuntem e senatu et cum Pansa nostro et cum Curione filio colloquentem facit, cum senatum Caesar consul habuisset omnisque ille sermo ductus e percunctatione filii, quid in senatu esset actum, — in quo multis verbis cum inveheretur in Caesarem Curio disputatioque esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum, cum sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Caesar consul habuisset: reprehendit eas res, quas idem Caesar anno post . . administravisset.* Iterata hic videmus ea, quorum mirabiliter oblitus esset Curio. Immutatur insuper constructio in *Act. I. in Verr.* 18, 58. *Non patiar rem in id tempus duci, ut Siculi, quos adhuc servi designatorum consulum non moverunt, cum eos novo exemplo universos arcesserent, eos tum lictores consulum vocent* pro *tum a lictoribus .. vocentur;* sed clausula ibi composita est ad similitudinem prioris membri. *Brut.* 37, 140. de Antonio: *Verba ipsa non illa quidem elegantissimo sermone (—); sed illa, quae proprie laus oratoris est in verbis (—) sed tamen Antonius in verbis et eligendis et collocandis...et comprehensione devinciendis nihil non ad rationem et tamquam ad artem dirigebat:* ubi post vv. *sed illa laus* expectabatur *in Antonio fuit, ut in verbis — dirigeret. Fin.* II. 33, 107. ubi cf. Celeb. Goerenzius p. 282. s. itemque ad 10, 29. III. 12, 41. pr. ubi tamen *magna contentio, quam tractatam a Peripateticis mollius . . . rem accipienda* videtur sic, ut sit *contentio de re, quam tractatam a P. mollius Carneades in summum discrimen adduxit.* Sed v. ibid. 4, 14. pr. *Or.* I. 20, 91. *in quibus etiam (sive illa irridens, sive quod ita putaret atque ita audisset) me in illo numero . . . praeferebat.* Plaut. *Aulul.* IV. 1, 9. *scaen.* 8. pr. in quibus expediendis frustra laborare videtur Perizon. ad Sanct. *Minerv.* IV. 12. n. 5. Davis. ad Cic. *Tusc.* I. 24, 56. Cf., sis, nostram annot. ad *off.* III. 29, 97. Neque tamen scriptores ἀνακολουθίας temere admisisse videntur, ubi neque ab interpositis neque ab orationis alacritate, ut h. l., excusationem haberent. Itaque nullo pacto cum Matthia l. l. p. 22. sq. Olshauseno eiusque laudatore Myrtilletano ἀνακόλουθον agnoscere possumus in tam tranquilla ac sedata disputatione, qualis est ibid. I. 5, 15. Nam ne salva quidem sententia dici posset *in ea parte* (honesti, h. e. indolis ad virtutem animis nostris ingeneratae) *inest indagatio atque inventio veri.* Immo ex ea nascitur atque ducitur, vel manat ab ea. Alioqui cum codd. quibusdam ante *Inest* adhiberi posset interpunctio maior. Nos importunum illud *inest*, cui cod. Oxon. substituerat *est*, ergo non contra omnem fidem codicum proscripsimus ad I. 153. pr. cum alio quodam censore Myrtilletano multis partibus prudentiore. Iste vero censor fascic. m. Iul. a. 1824. p. 679. parum apposite comparavit I. *N. D.* 38, 107. ubi *imagines ex forma, qua illi fuerunt,* sunt *imagines ex forma expressae ideoque huic similes.*

Tametsi] Librarius scripserat

40 fieri potuerit, tamen se nihil additūros? Et recte, Reciperatores. Nam cum perfugio nullo constituto tamen haec scelera servi audacissime faciant, domini impudentissime confiteantur: quid censetis fore, si Praetor iudicet eiusmodi caedis fieri iure posse? An quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituant an peccandi potestatem licentiamque per-
41 mittant? Etenim, Reciperatores, non damno commoventur magistratus, ut in haec verba iudicium dent. Nam [*si*] id esset: nec reciperatores potius darent, quam iudicem, nec in universam familiam, sed in eum [*qui*]cum nominatim ageretur, nec in quadruplum, sed

tamensi, tum emendavit *tametsi*, ita ut littera T lateat in littera N paullo erasa. PEYRON.

40. *Nam cum*] *E cod. p. 66. *a*. repraesentatur *UAMCUM*. *Tamen* non praecedente part. *etsi* v. *quamquam* subiicitur nudis Ablativis *in Verr*. l. I. 39, 100. *extraordinariae pecuniae, quas nullo duce tamen aliqua ex particula investigamus*. *Epist. ad fam*. I. 9. (al. 10.) §. 66. item post Abll. cum praepos. *in*, e. g. *pro Sulla* 1, 1. *off*. II. c. 2. pr. Cf. Horat. Tursellin. *de partt*. c. CCLII. n. 2. Similiter Graeci Participiis subiiciunt ὅμως: ut Thucydides I. 9. de Pelope, qui, licet advena esset, tamen Apiae nomen a se indidit *Peloponnesi*: τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἐπηλύτην ὄντα ὅμως σχεῖν, *cognomentum regionis advenam tamen obtinuisse*. Furiae Aeschyli 368. de malefico: ἐπὶ τόν, ὦ, διόμεναι κρατερὸν ὄνθ' ὅμως μαυροῦμεν.

Caedes fieri] Codex *caedis*. PR. *Hanc priscam formam revocavi. V. *Orthographia Norisiana* v. *Latinitas et Orthographia utriusque Pisanae tabulae demonstrata a F. H. Norisio* c. 3.

41. *Nam si id esset*] *Inserui coniunctionem *si*, ut hypothesi rite responderet consecutio. Non crediderim enim in hoc verborum positu admitti illam quasi ellipsin, cuius exempla posuimus ad §. 34. Cur *reciperatores potius dati* sint, *quam iudex*, v. supra §. 10. extr.

Familiam] Codex *familia*. PR.

Quicum] Codex *cum*. Ceterum hic legis Aquiliae actio comparatur cum actione *de* [?] *Vi bonorum raptorum*, seu cum Interdicto Luculli. Nam ex lege Aquilia *Digest*. l. IX. tit. II. leg. 32, si familia damnum dederat, persecutio poenae non in singulos dabatur, ne ex uno delicto totâ familiâ dominus careret, sed sufficiebat id praestari, quod praestandum foret, si unus liber dedisset damnum iniuria; haec paene sunt verba Gaii. Contra in actione *de* [?] *Vi bon. rapt*. Digest. lib. XLVII. tit. VIII. leg. 2. §. 14. „Haec actio etiam familiae nomine competit; non imposita necessitate ostendendi qui sunt ex familia homines, qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt.“ Apparet ergo Lucullum iudicium dedisse *in universam familiam*. PR. *Nempe, quod in universa familia delitescerent singuli malefici nec

in duplum; et [*ad*] DAMNUM adderetur INIURIA. Neque enim is, qui hoc iudicium dedit, de ceteris damnis ab lege Aquilia recedit, *in* quibus nihil agitur nisi damnum. Qua de re Praetor animum debet advertere.

dominus semel quadruplum obtulisset. Alioquin valebat eiusd. interpretationis Ulpianeae §. 16. *Ex hac actione noxae deditio non totius familiae, sed eorum tantum vel eius, qui dolo fecisse comperietur, fieri debet.* Cf. annot. supra ad §. 10. p. 18. seq. De correctione cf. supra §. 26. *quicum agitur*.

In quadruplum] Interdicti Lucalliani poena erat *in quadruplum*, quod supra n°. 6. PR.

In duplum] Ex lege Aquilia ita poena aestimabatur, *quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto.* Tamen *adversus inficiantem in duplum actio* erat, teste Gaio et Ulpiano *Digest.* l. IX. tit. II. leg. 2. §. 1. et leg. 23. §. 10. Confessus quidem fuerat Quintius altera actione [*immo priore: nam in hac altera nondum ullae rei fuerant partes, ut patet in exordio*], illam caedem ad familiam Fabii pertinere; at, praeterquam quod iudicium, negante Quintio, institutum fuerat [*Rem secus se habere intelligas e §. 38. ubi cf. annot.*], novimus progressu temporis poenam legis Aquiliae fuisse quandoque duplicatam. Sic *Digest.* lib. XI. tit. III. *de Serv. corr.* leg. 5. §. 2. *Haec actio etiam adversus fatentem in duplum est, quamvis Aquilia inficiantem dumtaxat coërceat.* PEYRON.

Damno adderetur] Codex *damnum adderetur.* Vocabulum INIURIA cardo erat, atque fundamentum actionis Aquiliae. Contra in actione *de* [?] *Vi bon, rapt. Digest.* lib. XLVII. tit. VIII. leg. 2. §. 22. *Non utique spectamus rem in bonis actoris esse; sive in bonis sit, sive non sit . . . . sive bona fide a me possideatur . . . dicendum est competere mihi hanc actionem;* ita ut ius, aut iniuria nullum habeat locum. PR. *Haec quid ad rem? Nonne destruitur potius tota V. D. disputatio eiusdem legis §. 17. s.? *Haec actio vulgo tibi* [al. *vi*, ut leg. videatur; *tibi vi*, ut supra §. 21. p. 36.] *bonorum raptorum dicitur. Hac actione is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur suam rem rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur:* np. *interdicto Luculli.* Ergo haec ambo, quamvis inter se simillima, tamen confundi non debent. V. quae a Peyrone suppressa ex Illustr. Crameri nota perdocta in fine *annotat.* 4. *ad argument.* et ad *Excurs.* I. ascripsimus. Ceterum supplere malui *ad*, quam mutato casu scribere *damno*.

In quibus] Amanuensis scripserat IDQUIB. tum delevit litteram D; scripsi *in quibus*, sed contextus liquidus non est. PR. *Immo, si quis alius, liquidus: poteram dicere pellucidum; verum editor non obscuraverat solum, sed turbulentum fecerat liquorem prava distinctione: *hoc iudicium dedit de ceteris damnis, ab* etc. *Agitur*, quod versatur in controversia, ut de eo quaestio fiat; res, de qua in foro et iudicio disceptatur. V. Gesneri *Thesaurus Lat.* I. p. 218, 2. — 9.

42 In hoc iudicio videtis agi de vi; videtis agi de hominibus armatis; videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes, hominum trucidationes, incendia, rapinas, sanguinem in iudicium venire. Et miramini satis habuisse eos, qui hoc iudicium dederunt, id quaeri, utrum haec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent necne; non, utrum iure facta an iniuria? Non ergo Praetores a lege Aquilia recesserunt, quae DE DAMNO esset; sed DE VI ET ARMATIS

42. *Videtis*] *Nota huius itemque v. *agi* ἐπαναφοράν gravitate insignem. Sic in enumeratione κατὰ μερισμόν ab initio revocatur v. *videt* in *Act. I. in Verr.* 3, 7. *agitur* et *aguntur* in *or. pro l. Man.* 2, 6. *indicant* III. *off.* 31, 111. extr. *accusat* in *or. p. Mur.* 27, 56. extr. *negat* 35, 74. pr. *nolite* 37, 80. extr. *sunt* in *or. pro Sext.* 45, 97. pr.

Et miramini] *Sic *et* cum ellipsi vocc. *nihilo minus tamen* ponitur in exclamatione vel admirationis vel conquestionis *N. D.* I. c. 32. extr. *Et nunc argumenta quaerenda sunt, quibus hoc refellatur!* 33, 93. *Tantum Epicuri hortus habuit licentiae! Et soletis queri!* 36, 100. pr. *Et eos tu vituperabas*, ubi in fine sententiae interrogationis signum adhibendum videtur; *pro Cluent.* 10, 30. pr. *Tusc.* I. 38, 92. f. Liv. III. 19. *Et hi postulant, ut sacrosancti habeantur?* Virg. *Aen.* IV. 25. Deinceps e cod. repraesentantur hoc modo scripta p. 57. a. *ITQUAERIUTR. HECTAMACERUATAM—FACTAEESSENTNEC N NEUTR.*

A lege] Codex *alegae*. PR.

Damno est] Erat in codice ESSET, tum syllaba SE deleta fuit. PR. *Et quidem a sciolo latinitatis imperito. Vide Specimen cod. *Taurinensis* n. V. Refertur Imperfectum orationis obliquae ad iudicium omnium per hos annos a Lucullo inde praetorum: nam *recesserunt* ad sententiam perinde dicitur ut *recedendum duxerunt*. Cf. 29. pr. et annot. ad 45. extr. Novissimae latinitatis magistri pro sua sapientia profecto statim ante scripsissent: *id quaeri, utrum . . . facta sint:* fortasse etiam in fine huius §. *qui . . . maluerunt* et 43, pr. *quod — non addunt*. Horum nemo rationem reddere possit, cur scriptum sit I. *N. D.* 10, 23. *nullo modo viderunt animi naturam intelligentis* (sic leg.) *in quam figuram cadere posset*. H. l. simul causa indicatur, ut pron. relativum positum videatur pro *quippe quae* vel *cum ea*. Sic *de re p.* III. 9. *Eam unam ob causam Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos, quorum* (cum eorum) *domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus continere nefas esse duceret*. Ceterum omnem hanc de vi interdicti disputationem videtur respicere Fortunatianus in *Rhetoric. lib.* II. (p. 77. ed. Capper.) *Voluntas legis . . . consideratur . . . cum exemplo multarum legum probamus, praesentem quoque legem ita sentire, ut nos defendimus; sicuti M. Tullius fecit pro M. Tullio.*

severum iudicium constituerunt: nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere, sed eos, qui armis quam iure agere maluissent, de iure et iniuria disputare noluerunt. Neque ideo de INIURIA non addiderunt, 43
quod in aliis rebus non adderent, sed ne ipsi iudicarent posse homines servos iure arma capere et manum cogere; neque quod putarent, si additum esset, posse hoc talibus viris persuaderi non iniuria factum, sed ne quod tamen scutum dare in iudicio viderentur iis, quos propter haec arma in iudicium vocavissent.

Fuit illud interdictum apud maiores nostros DE VI, 44
quod hodie quoque est: UNDE TU AUT FAMILIA AUT PROCURATOR TUUS ILLUM AUT FAMILIAM AUT PROCURATOREM ILLIUS IN HOC ANNO VI DEIECISTI. De-

43. *Neque quod*] *Peyron plena interpunctione haec vv. a superioribus *non addiderunt, quod* —, *sed ne* distraxit, cum non agnovisset παρίσωσιν.

Quoddam scutum] Codex *quod tamenscutum*. PR. *Non fuit, cur corrigeretur. *Tamen* explicandum per ellipsin: *inutile quidem et infirmum, sed tamen aliquod. Pro Quinct.* 9, 31. *Cum in altera re — spes esset* (subauditur fere: *si non alia*) *ad talem tamen virum iudicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae.* Sic quidem pro *certe*, *saltem* positum admittere videtur etiam Matthias ad *Catil.* III. 5, 10. *Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen . . . respondisset, . . conticuit.* Cf. Cortium ad lib. VII. *epist.* 31. extr. et Ernestum in Schützii *Indice Lat.* s. voc. *Tamen.* Ante cod. *persuadere.* Correxi *I* pro *E*.

Quos propter] *Haec anastrophe in primis frequens est post pronomina, maxime relativa, e. g. in Sallust. *Iug.* c. 101. post med. *quos advorsum ierat; ad Att.* X. ep. 8. sub f. *quos contra me senatus, ne quid res publica detrimenti acciperet, armavit; pro Mur.* 4, 9. extr. *Phil.* II. 8, 18. extr. Plin. *epist.* I. 23. *quem contra intercederem.* Cic. II. *Agr.* 30, 81. (Beck. 117. pr. *agrum, . . quem per iter qui faciunt:* post demonstrat. *Tusc.* II. 6, 15. *hunc post:* post personalia in Plauti *Amph.* II. 2, 118. *te advorsus dicat:* post substant. in Cic. *or. p. Cluent.* 47, 130. *Multitudinem illicitum est contra dicere.* Virg. *Aen.* I. 218. (222.) Alia reperies exempla in Ruddimanni *instt. grammatt.* P. I. Lib. V. c. 2. n. 4. et P. II. L. I. c. 20. §. 68. n. 34. p. 335. s. ed. Stallbaum.

44. *Apud*] *Iterum cod. *aput.* Tum *hodiae.* Post *AUT FAMILIA* tacito Peyron addiderat *TUA* idque contra fidem codicis. Cic. hic συλλήψει utitur contra quam Ulpianus in π. XLIII. t. 16. (*de vi*) fr. 1. §. 11. *Ait Praetor, „Deiecisti aut familia deiecit:" merito familiae mentio habita: nam cum „deiecisti" verbum refertur* [corrig. *referatur*] *ad perso-*

inde additur illius iam hoc causa, quicum agitur, cum ILLE POSSIDERET, et hoc amplius: QUOD NEC VI NEC
45 CLAM NEC PRECARIO POSSIDERET. Multa dantur ei, qui vi alterum detrusisse dicitur, (quorum si unum quodlibet probari iudici potuerit: etiamsi confessus erit se vi deiecisse; vincat necesse est) vel non possedisse eum qui deiectus sit, vel vi *ab* se possedisse, vel clam, vel precario. Ei, qui de vi confessus esset, tot defensiones tamen ad causam *obtinendam* maiores reliquerunt.

46 Age illud alterum interdictum consideremus, quod item nunc est constitutum propter eandem iniquitatem temporum nimiamque hominum [*licentiam*]. * * * * * * * * * * *

nam eius, *qui deiecit*, *nec pertineat ad eum*, *cuius familia deiecit* (*nec enim ego videor deiecisse*, *si familia mea deiecerit*): *consequens fuit addere* „*aut familia tua deiecit.*" Pron. *quod* in principio ultimae exceptionis Peyron extra formulam posuerat. Denique et hic et in prox. §. scribebatur *praecario.*

45. *Multa dantur*] Scilicet multa conceduntur, multa effugia dantur. PR. *Deinceps indicavimus nexus iuvandi causa parenthesin. Alioquin post vv. *vincat necesse est* plene interpungendum videretur, post *vel precario* autem punctum tollendum: ut hae exceptiones disiunctae referrentur ad seq. *tot defensiones*, quibus earum quasi summa compraehenditur. Sed insolens tum foret verborum positus. Nunc vero, interposita parenthesi, satis commode apposita illa referuntur ad superius *unum quodlibet*. In cod. exstat *UELAPSE* (with *U* written above). Voculas *ab se clam* a Peyrone vi deiectas interdicto nostro typographico restitui iussimus propter locum *pro Caec.* 32, 92. extr.

Tot defensiones] *De his in interdicto illo *de vi quotidiana* v. n. 4. ad *argument.* p. 3. b. *Pro Caec.* 31, 91. leg. *ostendo*, *si sine armis coactisve hominibus deiectus quispiam* (volgo *quisquam*) *sit*, *eum*, *qui fateatur se deiecisse*, *vincere sponsionem*, *si ostendat eum non possedisse.* Adiicitur h. l. *tamen*, quia in pronomm. *ei*, *qui* latet *etsi*. *Esset* tamquam in oratione obliqua pendet a v. *reliquerunt*, h. e. *relinqui voluerunt; relinquendas esse arbitrati sunt*, vel (ut loquitur l. c. 93. pr.) *tot defensionibus eum uti posse voluerunt.* Cf. supra ad §. 42. extr. Denique in cod. scribitur *optinendam.*

46. *Licentiam*] Hoc verbum addidi recolens num. 7. [* 8.*] Puto Ciceronem hic dixisse de interdicto *De Vi hominibus armatis*. Hoc autem fragmentum anteponendum esse censui proxime sequenti, in quo Orator nonnulla obiecta a legibus petita diluens tandem subdit *nihil*, *ut opinor*, *praeterea de legibus*. PR. * Ultimum voc. poterat item suppleri per *improbitatem*. Huius alterius interdicti particula laudata est

boni debent dicere. Atque ille legem mihi de XII ta- 47 bulis recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat occidere, et luci, si se telo defendat; et legem anti- quam de legibus sacratis, quae iubeat inpune occidi

supra §. 29. Quae praeterea hic memorabantur, videntur ex aliqua parte suppleri ex or. *pro Caec.* 22, 63. Nimirum Praetores *vim restitui sine ulla exceptione voluerunt.* Ibid. 31, 91. *Ostendo, ex hoc interdicto DE ARMATIS HOMINIBUS, qui possit ostendere non possedisse eum, qui deiectus sit, condemnari tamen sponsionis necesse esse, si fateatur deiectum.* Sed in primis compares, quae 32, 93. sequuntur: *Hunc, qui ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum in causa destitutum videtis: ut, qui armatus de possessione contendisset, inermis plane de sponsione certaret.* Iam faciamus periculum supplendi lacunam evanidarum litterarum in cod. Veronensi *Institutionum* Gaii *Comment.* IV. 155. *Interdum tamen* [valebat, ut vi] *de*[ie]*c*[tu]*s*, [quam]*quam* [aut] *vi aut clam aut precario possideret, cogeret restituere possessionem: velut si armis eum vi deiecerim.* Sic opus non est III. Goeschenii coniectura: *possederit, cogar.* Iam totum intercidit Taurinensis cod. folium, nisi plura.

47. *Atque ille*] *indicat indignationem rei mirandae, sicut et §. 42. *De* i. q. *ex.* Cf. I. *de re p.* c. 18. *in ore semper erant illa de Iphigenia Achillis*: ubi miror doctissimum editorem ambigere potuisse utrum ex Achille an Iphigenia tragoedia laudarentur verba Achillis. V. annot. ad I. *off.* 21, 82. Sic nescio an defendi possit I. *N. D.* 8, 18. *Audite — non opificem aedificatoremque mundi, Platonis de Timaeo deum.*

Permittit, ut — liceat] *Similem pleonasmum habes §. 50. pr. 63. III. *off.* 4, 20. *licentiam dat, ut .. liceat.* Cf. quae circumspecte, ut solet, praecepit Rever. Bremius ad Corn. Nep. I. *Milt.* 1, 2. In ipso cod. p. 59. a. pro *fure* deprachenditur peccatum *SU-REM.* — *Lex quae nocturnum furem occidi quoquo modo iubet* (quibus e Ciceronis Miloniana 3, 9. depromptis verbis laudat eam M. Seneca in *excerptt. controv. lib. X. declam.* 6. sub fin.) apud Funccium est tabulae II. lex IV. In ea scriptum erat *NOX* pro *noctu.* Vide Gellium VIII. 1. Cf. *Mosaicc. et Roman. legg. collat.* tit. 7. §. 3. Quinctil. *Instt.* V. 10. p. 299. ed. Bip.

Et luce] Codex *et luci.* Hanc legem XII. tabularum commemorat Macrobius *Saturnal.* [I. 4. p. 221. ed. Zeun.], Cicero *pro Milone*, Caius *ad leg. Aquil.* [π. IX tit. 2. fr. 4. §. 1.] etc. PR. *Restitui *luci*, quamquam 48. et 50. pr. scribitur *luce.* V. annot. ad *off.* III. 31, 112. p. 397. *cum primo luci.* Etiam apud Gellium XI. c. ult. in hac lege est *luci* pro *interdiu.* Plaut. *Men.* V. 7, 17.

De legibus sacratis] *In or. *pro Sext.* 37, 79. Sextius paene occisus *sanctissimo in magistratu* (ut est ib. 38, 83.) dicitur fuisse *fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba atque interfationem* (cf. Plin. *epist.* I. 23.) *legibus sacratis esse armatum putaret.* De his v. annot. ad *off.* III. 31, 111. p. 394. ubi tamen *leges sacratas* de iure iurando alias quasdam dici docuimus, np. νόμους ἱερούς, quibus cum aliae ceremoniae servabantur, tum *confarreatio* fieri sole-

eum, QUI TRIBUNUM PLEB. PULSAVERIT. Nihil (ut opinor) praeterea de legibus.

48 Qua in re hoc primum quaero, quid ad hoc iudicium recitari istas leges pertinuerit. Num quem Tribunum Pleb. servi M. Tulli pulsaverunt? Non opinor. Num furatum domum P. Fabi noctu venerunt? Ne id quidem. Num luce furatum venerunt et se telo defenderunt? Dici non potest. Ergo istis legibus, quas recitasti, certe non potuit istius familia servos M. Tulli occidere.

49 „Non", inquit, „ad eam rem recitavi, sed ut hoc intellegeres, non visum esse maioribus nostris tam indi-

bat, auctore Dionys. Halic. *antiqq.* II. 25. p. 95. Recte etiam delevimus ibi *in XII tabulis*. Etenim religionem iuris iurandi apud Romanos non esse a legibus XII tabularum arcessendam, sed ab ipsis paene urbis incunabulis, declarat Petri Paulli Iusti *Specimen observationum criticarum, in quibus varia veterum scriptorum, necnon iuris Romani loca explicantur aut emendantur.* Viennae, typ. Trattner. 1765. 4. p. 31. Deinceps primus editor parum accurate semper perscripsit *Plebis*. In cod. ubique extat *PLEB.*, ut rectius fortasse legatur *Plebei*.

Pulsaverit] *Religione inviolatos esse eos* [tribunos] *tum lege etiam fecerunt.* Livius III. 55. PR. *Cf. Dionys. Halic. VI. c. 89. Ferratii lib. II. *epist.* 10. p. 112. ss. *d'Arnaud* lib. I. *variar. coniectur.* c. 21. Henr. Io. Arntzenii *miscellan.* c. 12. Non dum, quantum mihi quidem innotuit, lucem aspexit promissa Soldani comment. *de origine, causis et numero tribunorum.*

48. *Qua in re*] *Cod. imago refert *QUAIURE;* typographine iniuria? Tum *PULSEUERUNT.*

Noctu venerunt] Codex *venerint.* PR. *Post hoc voc. e prima ed. nescio quo infortunio exciderunt, quae p. 59. a. sic scripta sunt: *NEID* || *QUIDEM NUNCLUCEFURA* || *TUMUENERUNT.*

Istis legibus] *Perinde est, ac si praeponeretur *ex.* Cf. *off.* I. 41, 148. pr. Seneca *Controv.* IX. decl. 1. *quod lege factum est.* Sic supra §. 11. *quod valet lege Aquilia*, itemque in formula *interrogare aliquem legibus:* in *Bruto* 89, 304. *exercebatur una lege iudicium Varia.* 305. extr. *Q. Varius sua lege damnatus.* 91, 313. *me non naevo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni velle cognoscere.* *Or.* 65, 219. pr. *Compositione potest intelligi.* Similiter *mea sententia, meo iudicio, arbitrio, arbitratu.* Sunt Ablativi modo potentiae, modo notae atque indicii, vel etiam adiumenti, ut *pro Rosc. Am.* 30, 83. *certum crimen quam multis suspicionibus coarguatur.*

49. *Inquit*] *Cod. *inquid.* Occupat hic Cicero quod adversarius dicere posse videbatur.

quum istuc nescio quid, quam tu putas, hominem occidi." — At primum istae ipsae leges, quas recitas, (ut mittam cetera) significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi. Primum ista lex sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria, quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt. Furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant XII ta-

Istuc nescio quid] *Frequens formula extenuandi, irridendi atque abiiciendi rem nihili, ut *pro Quinct.* 8, 12. extr. *de divin.* 45, 94. *illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intelligi autem vix potest; pro Mur.* 10, 23. (48. Beck.) *non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tantopere didicisti, praeclarum aliquid esse arbitrere.* (cf. *Tusc.* I. 21, 49. pr.) Contemptim de homine obscuro *ad Q. fratr.* I. *ep.* 2. c. 2. med. *Quid vero* (opus fuit eiusmodi litteris, quas misisti) *ad C. Fabium nescio quem —?* Sequentia prior ed. miro modo distinxerat: *quas recitas, ut mittam, cetera significant.*

Armati] *Bis facta secessione plebis, primum *anno XVI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium*, ut ait Cic. in *or. I. pro Cornelio* in ed. Schütz. T. XVI. P. II. p. 24. s. Cf. ad eum l. Ascon. ibid. p. 201. Cic. *de re p. II.* 34. iterum *tertio anno decemvirali.* Vid. ibid. c. 37. extr. Perill. Niebuhrii *Römische Geschichte* T. II. p. 139. — 144. Ceterum pereleganter orator hic et in proximis comparavit contraria, ut multis modis alibi. Cf. §. 9. 42. f. 43. ext. *pro Sext.* 37, 79. *neque ulla alia re ab se mortem nisi opinione mortis depulit.* Hinc etiam ibid. 38, 81. emendamus: *Cuius igitur mortem ulcisceremini: de eius virtute vivi* (pro volg. *viri*) *quid vos . . . iudicare oporteat dubitandum putatis?* Cf. ib. 38, 83. extr. *pro Mil.* 28, 79. extr. *Catil.* I. 8, 20. extr. 21. *cum tacent, clamant.* II. c. 11. (§. 25.) extr. *off.* II. 17, 58. p. 115. I. 44, 156. III. pr. cl. I. *de re p.* c. 17. p. 50. et Macrob. *Sat.* I. 7. p. 234. ed. Zeun. *et honorem sacris feriis haberemus et vitaremus tamen torporem feriandi atque otium in negotium verteremus.*

Quo magistratu] *Ante haec vv. virgulam inserui. Solet autem substantivum primarium a pron. relativo attractum ad pron. demonstrativum repeti, praesertim in demonstrationibus argumentationibusque. Sic exstitit πολύπτωτον *de or.* I. 38, 174. *cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum;* in *or. p. Rosc. A.* 26, 72. (in v. *maleficii*); *divin. in Caec.* §. 2. (in v. *temporis*); 13, 41. *Catil.* I. 3, 7. pr. (in v. *diei*); III. 10, 25. *pro l. Manil.* 12, 35. (in v. *belli*); *pro Cluent.* c. 54. pr. 57, 156. 158. (in v. *legis*); *ad fam.* VIII. *ep.* 8. §. 20. (in v. *causae*); §. 22. (in v. *numeri*); Iul. Caes. I. *de b. G.* 6, 1. 4. V. Seyferti *auf Geschichte und Kritik gegründete lat. Sprachlehre* IV. §. 1986. et quae ipsi collegimus in clar. Seebodii, quem amicum nobis coniunctissimum

bulae, cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas. NISI SE TELO DEFENDIT, inquit, etiamsi cum telo venerit, nisi utetur telo eo ac repugnabit: NON OCCIDES. QUOD SI REPUGNAT: ENDOPLORATO, hoc est

mum honoris causa appellamus, *bibliotheca critica* 1823. N°. 3. p. 296. ad Cic. *de N. D.* I. 32, 90. ibid. II. 20, 52. *Saturni stella . . XXX fere annis cursum suum conficit, in quo cursu . . nihil immutat.*

50. *DEFENDERIT*] Codex *defendit*. Par locus est in Miloniana 3. ubi codices, variatis lectionibus, exhibent *defenderit*, *defenderet*, *defendat*. Discrepant etiam veteres, qui hanc legem commemorarunt. Gellius XI. 18. *Furem . . . . occidi permiserunt, si . . . . interdiu se, quum prenderetur, defenderet.* Iulius Paullus V. Sent. 23. 9. *Si quis furem . . . . diurnum, quum se telo defenderet, occiderit.* At Ulpianus VII. 3. [*quis tandem ille? cuias? ubinam locorum et gentium? librum enim, cuius hac in re auctoritas laudatur, iuxta cum ignarissimis ignoro equidem.*] Caius IX. Pandect. 2. 4. §. 1. et XLVII. 2. 54. §. 2. legunt *defendat*. Augustinus II. Quaest. in Exod. 84. laudans ipsum Milonianae locum ait: *Hoc et in legibus antiquis . . . . invenitur, impune occidi nocturnum furem quoquo modo; diurnum* [*autem*], *si se telo defenderit.* Sed cum Garatonio [ad hunc Milonianae locum] observandum est, ei verbo congruere tempora oportere, a quo pendeat infinitivus. Iam in Augustino pendet ab *invenitur*, in Gellio a *permiserunt*, in Miloniana a *voluerunt*. Hoc vero Scaurinae [?*Tullianae*] loco pendet a *vetant*. PR. *Ante *NISI* virgulae loco plene interpunxi. Pro *inquid* rursus scripsi *inquit*: quod impersonaliter ponitur, vel sic, ut h. l. intelligatur *lex*. Post voc. *telo* prior editor contra codicis fidem omiserat *eo*. Intelligitur, *quod habet* v. *quicum venit*. Gaius *lib. I. ad legem XII tabb.* in *π*. L. 17. (*de vv. significationibus*) fr. 233. §. 2. *Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut et lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Graeca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id est ab eo, quod est longe. Et hanc significationem invenire possumus et in Graeco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi Βέλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, i. e. a iaciendo.* Proxuma vv. *non occides* ipsi legi ascripsi, non eius interpretationi tantum. Denique praesentia tempora revocanda erant ex eodem illo verissimo Garatonii praecepto.

QUOD SI] Codex *quos si*, dubito tamen [*an] hic quidpiam latere [*lateat] veteris orthographiae. De voce *endoplorato* ita Festus: „Endoplorato. implorato, quod est cum quaestione inclamare. Implorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis.“ PR. *Hanc quiritandi necessitatem iurisconsulti etiam legi de fure nocturno occidendo adiecerunt, ut ita demum homicida impune ferret, si parcere ei sine periculo suo non potuis-

conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest, qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae caput suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret?

Quis est, cui magis ignosci conveniat (quoniam 51
me ad XII tabulas revocas), quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo, opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII tabulis: SI TELUM MANU FUGIT MA"[*gis quam iecit*] * * * "T*
* * * * * * * * *

set. Sic placet Ulpiano in π. XLVIII. 8. (*ad leg. Cornel. de sicariis*) fr. 9. Cf. Hugo Grotius *de iure belli et pacis* lib. II. c. 1. §. 12. Sed fur nocturnus etiam in fuga impune occiditur, diurnus non: *interdiu enim aliquos auxilio implores, noctu autem frustra*, ait Ulpian. *in Demosth. contra Timocratem.* Vid. Pufendorf. *de officio hom. et civ.* lib. I. c. 5. §. 21.

Quid .. potest,] *Interrogandi signum post haec vv. positum removi in clausulam totius comprachensionis. Pron. *qui* refertur ad ellipsin Genitivi *maiorum nostrorum* vel *eorum*, et causam indicans cum Subiunctivo struitur. Cf. *off.* I. 12, 37. *Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, quicum bellum geras, tam molli nomine appellare?* ubi Victorius *appellari:* quod certe potest defendi meliore etiam auctoritate quam Vitruvii V. 1, 1. extr. nisi malueris Accusativum cum Infinitivo per exclamationem vel interrogationem absolute positum existimari.

Arbitris] Codex *arbitriis*. PR. *Iunguntur autem, quoniam dictum est *domi suae caput* (legebatur *capud*) *suum*, eiusdem significationis vocabula *testes et arbitri*, i. e. praesentes. Cic. *de resp.* I. 17. m. *Quis autem non magis solos esse qui in foro turbaque quicum conloqui libeat non habeant, quam qui nullo arbitro* (h. e. ut nemo testis audiat) *vel secum ipsi loquantur, vel, quasi* (h. e. tamquam si) *doctissimorum hominum in concilio adsint, cum* (h. e. adhibitis) *eorum inventis scriptisque se oblectent:* ubi triplicem errorem deprachendes germanici interpretis Friderici de Kobbe. Sic ille apud Plautum: *Circumspice, ne quis assit arbiter nobis.* Cic. *Verr.* III. 31, 80.

51. *Magis quam iecit*] Cicero *Topic.* 17. [64.] „Nam iacere telum, voluntatis est; ferire quem nolueris, fortunae. Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, quam iecit." Idem in *Orator.* III. 39. [§. 158.] „Nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud, *Si telum manu fugit.* Imprudentia teli emissi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato." Ita ergo mutilus contextus supplendus videbatur. PR. *Tralatum ab animantibus verbum. Talaeus ad l. c. sic interpreta-

52 *Si quis furem occiderit: iniuria occiderit. Quam ob rem? quia ius constitutum nullum est. Quid, si se telo defenderit? non iniuria. Quid ita? quia constitutum est. *

* * * * * * * * *

tus est: „Si telum proiectum de industria non est, sed per imprudentiam excidit e manibus et evolavit.“ Fortasse legis apodosis habebat poenae adiectionem: *CAPITAL ESTO*. Antiquae legis severitatem mitigarunt deinde iuris interpretes. Vid. Seneca *de benef.* IV. 34. pr. VI. 8. ad f. *Telum quo missum sit; non, quo pervenerit, quaeritur.* Augustinus *de libero arbitrio:* „*Cui invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, eum hominem occidit.*“ Iul. Paulus *recept. sentent.* lib. V. t. XXIII. §. 2. *Consilium . . uniuscuiusque, non factum puniendum est. Ideoque . . is, qui casu iactu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur.* π. XLVIII. t. 8. (*ad l. Cornel. de sicariis*) fr. 1. §. 3. XLVIII. t. XIX. (*de poenis*) fr. 16. §. 8. Onkelos Paraphrastes Chaldaeus *Deuteron.* 19. Demosthenes *contra Aristocratem:* οὐ τὸ συμβὰν νόμος ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. Nescio vero, quo pacto iurisconsulti in eandem hanc sententiam interpretari potuerint verba Alfeni in π. IX. t. II. (*ad l. Aquil.*) fr. 52. §. 2. *si quis ex manu telum aut aliud quid immisisset* (sp. sua voluntate, ut aliquem feriret), *damnum iniuria daret.*

52. *Si quis furem*] Hoc fragmentum a Rufiniano in *Apophasi* servatum inserui hoc loco, qui nativus mihi videbatur. PR. *Futuro exacto in protasi iunctum est futurum exactum in apodosi, ita ut alterum ad alterum referatur:, ut *partit. or.* 8, 9. extr. *p. Mur.* 30, 62. *Scelestus et nefarius fueris, si quidquam misericordia adductus feceris.* *Phil.* I. extr. *epist. ad fam.* II. 18, 5. X. 13. extr. 19. extr. XI. 12. extr. 27. extr. XIII. 29. extr. 40. extr. *de re publ.* I. 21. extr. *Leg.* I. 12, 34. *quod si interesse quippiam tantulum modo potuerit: amicitiae nomen occiderit.* *Acadd.* II. 26, 84. *Si una fefellerit similitudo: dubia omnia reddiderit.* *N. D.* II. 21, 57. *de sen.* 2, 7. (al. §. 6. pr.) *Lael.* 4, 11. (al. §. 16.) Seneca *de tranq.* c. 3. post init. *Si te ad studia revocaveris: omne vitae fastidium effugeris.* Cf. annot. ad III. *off.* 6, 30. pr. 31. 13, 54. extr. Broederus Gramm. lat. §. 618. dicit tum futurum exactum in utroque orationis membro poni, cum dicere velis actionem aliquam eodem temporis puncto absolutum iri, cum altera absoluta fuerit. Eodemque modo hunc usum explicasse Krebsius in libro utilissimo *Anleitung zum Lateinischschreiben* §. 272. laudatur Augusto Matthiae in quaestione scholastica a. 1824. Altenburgi edita *de usu Futuri exacti Latinorum:* qui et ipse intellegens hoc quidem in omnibus locis fieri, ut futura exacta actiones significent non per aliquod temporis spatium uno tenore sese subsequentes, sed eodem temporis articulo perfectas, omnia ad eiusdem actionis τὸ ὁμόχρονον seu temporis congruentiam refert p. 6. — 10.

Quid ita?] *pro *cur* usurpatur in rhetorica sui ipsius interrogatione. Itaque hanc formam-

*T "tamen per vim factum esset. [non modo servos. Ta- 53
men] in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos M. Tulli occidere iure non potuisti; verum etiam, si tectum hoc insciente aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset et suum esse defenderet, id vi aut clam factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deicere inpune fa-

iam reponendam suspicati sumus supra §. 29. extr. exemplo *or. pro Caec.* 14, 41. pr. *pro Sext.* 37, 80. pr. *pro Mil.* 7, 17. pr. Apertius mirantis est *p. Rosc. Com.* 9, 25. ut plerumque in incisim et membratim tractata oratione: *Iudicio gravi experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem?* l. V. *in Verr.* 42, 110. pr. *p. domo* 29, 77. f.

53. *Tamen verum*] Haec turbata esse quisque videt; paria verba *tamen*, et *non modo servos* fefellerunt librarium. Posteaquam Cicero diluerat ea, quae ex legibus opponebat Fabius, in hoc fragmento refutat ea, quae ex familia Tullii obiiciebat. PR. *Pro *verum* rescripsi *per vim*, ut statim sequitur *per vim demolitus*. Verba perperam, ut videtur, geminata uncis seclusimus. Pron. relat. *qui* pro concessiva part. *licet* v. *etsi* positum asciscit Optativum *esset*, utpote in oratione obliqua: nam in fin. huius §. additur parenthesis: *quemadmodum tu vis*. Post hoc membrum Indicativus *potuisti* ponitur pro *potuisses* e Latinismo, quia refertur ad factam rem, sed contrariam.

Hoc insciente] *Hoc*, ablativo casu, nempe Tullio. PR.

Defenderet] *h. e. *evinceret*, *probaret*. V. supra ad §. 32. pr.

Per vim aut clam] Quam recte haec affirmasset [*affirmaverit*] Cicero, patet ex Ulpiano *Digest.* lib. XLIII. t. 24. *quod vi aut clam* leg. 1.: „Hoc interdictum restitutorium est.... Et parvi refert, utrum ius habuerit faciendi, an non; sive enim ius habuit, sive non, tamen tenetur Interdicto, propter quod Vi aut clam fecit .... *Vi factum* videri Quintus Mucius scripsit, si quis contra, quam prohiberetur, fecerit." Tum lege 3. §. 7.: „*Clam facere* videri Cassius scribit eum, qui celavit adversarium, neque ei denunciavit: si modo timuit eius controversiam, aut debuit timere. Idem Aristo putat, eum quoque clam facere, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intellegerit, et id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri." Patet ergo *hoc insciente*, ablativo casu intelligendum esse. PR. *In codicis imagine p. 61. *a.* non comparet praepositio *per* clam ab editore addita. Itaque non iniuria eam deiecimus reposita *vi*, cui precario accesserat littera *M.* Cf. Brissonius V. 154. et Mackeldey supra p. 2. *a.* laudatus.

Quam verum] *h. e. *aequum*, *iustum*, *rectum*, *conveniens iuri civili*. Sic Gai. *commentar.* IV. §. 60. *quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus*. V. Cic. *off.* I. 10, 43. extr. Cortium ad Sallust. *Catilin.* 35. Inde cum pendere deberet Infinitivus, verum erat nos corrigere *potuisse* loco finiti modi *potuisset*. Cf. *l. ad famil.* II. *ep.* 17, 5. Horat. I. *epist.* 7. v. ult. Virg. *Aen.* XII. 694. ibique Servium et Cerdam; itemque Marklandum ad Statii lib. I. *Silv.* II. 41.

Paucas tegulas] „Si quis aedificium demolitus fuerit, quam-

militia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisse. Ego ipse tecto illo disturbato si hodie postulem, QUOD VI AUT CLAM FACTUM SIT: tu aut per arbitrum restituas aut sponsione condemneris necesse est. Nunc hoc probabis viris talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset (quemadmodum tu vis) in tuo, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

54 „Ad servus meus non comparet, qui visus est cum tuis; ad casa mea est incensa a tuis." — Quid

vis non usque ad solum, quin Interdicto teneatur, dubitari desiit. Proinde et si tegulas de aedificio sustulerit, magis est, ut Interdicto teneatur." Ulpianus l. 1. leg. 7. §. 9. 10. PR.

Si h. postulem] *np. *actionem de eo* v. *iudicium*, cuius formulam maiusculis litteris exprimi iussimus. Cf. supra §. 10. p. 19. *b*. Ulpian. in π. III. t. 1. (*de postulando*) fr. 1. §. 2. *Postulare est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum, qui iuris dictioni praeest, exponere vel alterius desiderio contradicere.* In eo ipso iam patronorum officium versatum esse intelligitur e l. *de or.* 37, 168. et 38, 173. pr. ubi dicuntur oratores *haerere in iure ac praetorum tribunalibus*. De actionis *postulatione* adeas Car. Sigonii lib. I. *de iudiciis* c. 20. in Opp. T. V. p. 713. Brissonii lib. V. *de formulis* c. 70. Ant. Henr. van Hees diss. supra ad §. 20. p. 36. laudatam c. 3. §. 41. sq. ap. Fellenberg. T. I. p. 543. Albrechti diss. ibid. allegat. §. 11. p. 23. et Glückium ibid. laud. c. 2. sect. 1. §. 11. in Opusc. II. p. 326. — 331. *Hodie* vero hic cum emphasi dicitur pro *adhuc* vel *statim*.

Restituas] Solemne hoc Praetoris verbum servat formula Interdicti in *Digest.* l. l. In privatis controversiis consuevisse petitorem sponsione certae pecuniae adversarium lacessere norunt omnes. PR. *Vid. *Excurs.* IV.

54. *Ad servus*] Ita pro *at*: [*V. supra §. 26.*] Inde videre licet servum F. Fabii, qui Tullii familiam adierat, ita ex hominum oculis evanuisse, ut Fabius ratus illum fuisse a servis Tullii interemptum, horum caede ulcisceretur servi mortem. Idem etiam contendebat suam casam a familia M. Tullii fuisse incensam. PEYRON. *Interpres videtur intulisse ὕστερον πρότερον· nisi forte, postquam misellus servulus interemptus est, Orco exclusa larva visa est videri cum hominibus M. Tullii, cum suos sontes inimicaque pectora poenis implicaret et varia meritos formidine pulsaret (Valer. Flacc. III. 389.). Quae quidem interpretatio fortasse non nemini placebit, qui scribere gestiat tragoediam: ad quam nos quidem profitemur hebetiores. Quid igitur, si intelligatur fugitivus a M. Tullii familia in saltum admissus? Ulpian. in π. XI. 4. (*de fugit.*) fr. 1. §. 1. *Senatus censuit: Ne fugitivi admittantur in saltus: neque protegantur a villicis vel procuratoribus possessorum: et multam*

ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verumtamen confitebor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia M. Tulli concidi oportuerit? vix (me Hercule!), ut corium peti; vix, ut gravius expostulari. Verum ut

statuit. §. 2. *Hoc autem senatusconsultum aditum etiam dedit militi vel pagano ad investigandum fugitivum in praedia Senatorum vel paganorum. Cui rei etiam lex Favia prospexerat* (an lex *Fabia de plagiariis?*).

Quid postea?] * Est haec formula redarguentis ea, quae ab altero ex iis, quae concessa sunt, colliguntur, et quidquam his confici negantis remque extenuantis. *Pro Rosc. Am.* 23, 24. *nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid postea? erat sane suspiciosum:* ubi indicatur non mirandum esse, quod ipsi filii in suspicionem incidissent. Minus recte intt. ibi subaudiunt *fit:* quasi formula sit narrantis, quod praeter opinionem accidit. V. ib. 29, 80. extr.

Ut corium peti] Ita codex luculentissime. *Corium* pro hominis pelle atque toto corpore quandoque comici scriptores usurpant; ut *petere corium* sit vitam alicuius, vel aliquem aggredi, quemadmodum, metaphora a gladiatoribus ducta, Cicero pro *Murena* aiebat: *Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum petere solere.* Verum petebatne Fabius vitam M. Tullii? Nonne contextus exposcit comparativum adverbium ante vocem *peti*, tum etiam *possit*, vel simile verbum? Quare cum unum et alterum vocabulum desit, tum coniicio integrum versum fuisse a librario praetermissum in pervetusto codice, qui fortasse dabat

eritvixmeherculeutco
tingatferociusadversa
rium peti etc.

Meliora ab aliis expecto. PR.

* Non (me Hercule!) opus est Oedipo ad meliora excogitandum. Non solum integra sunt omnia, verum etiam scirpo enodatiora. *Vix* (hoc sequitur), *ut* (oportuerit servorum hominum M. Tulli) *corium peti* sc. verberibus, flagellis vel fustibus, h. e. tibi satisfieri de horum corio admonitione fustium; horum corium pingi pigmentis ulmeis; v. corpus virgis s. stilis ulmeis inscribi: ut eorum cruribus et talis tergoque ulmea uber eveniret virgidemia: ut loquamur cum Comico in *Rudente* III. 2, 21. s. et in *Epid.* V. 1, 20. ubi servus virgas metuens superiore versu dixerat: *Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum praedicas.* ut I. 1, 84. s. *Corium perdidi: nam . . senex . . virgis dorsum depoliet meum.* Sic in *Amphitr. prologo* v. 85. *Eis corium uti conciderent. Bacch.* III. 3, 30. Seneca *suasor.* VII. sub fin. *M. Tullio . . . cum saepe subiectum nomen Cestii excidisset, novissime servus . . . interroganti domino, quis ille esset . . . ait: „Hic est Cestius, qui patrem tuum negabat litteras scisse.“ Afferri protinus flagra iussit et Ciceroni, ut oportuit, de corio Cestii satisfecit:* et in *praefat. ad l. V.* (al. X.) *controvers.* post med. *Non ergo, etsi iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri?* Sic enim illa pro interrogatione sunt accipienda, ne per affirmationem omnino pervertatur sententia.

Verum ut esses durissimus] * Plena oratio esset *fac* (vel *esto*), *ut*, quod idem est atque *tametsi*, *etiamsi* vel *quamvis.*

esses durissimus: agi quidem usitato iure et cotidiana actione potuit. Quid opus fuit vi? quid armatis hominibus? quid caede? quid sanguine?

Viderit igitur editor, quam recte post hanc protasin plene interpunxerit. Cf. *in Verr.* l. IV. 7, 16. *Ut homo turpissimus esset impudentissimeque mentiretur: hoc diceret.* I. *de divin.* 30, 62. *qui ut rationem non redderent: auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent.* Bene hunc usum observavit Cel. Goerenzius ad II. *Acad.* 20, 66. p. 123. Ad tempora absoluta ipsa etiam part. *ut* in eiusmodi concedendi formulis praetermittitur.

Agi — potuit] * et quidem lege Aquilia, cuius *capite tertio in omnibus rebus, quae anima carent, damnum iniuria datum vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit, actio hoc capite constituitur.* V. Gai. *Commentar.* III. 217. Iustinian. *Instt.* IV. 3, 13. *Cod. rep. praelect.* III. 35, 2. *Legis Aquiliae actione expertus adversus eum, quem domum tuam deposuisse vel incendio concremasse damnoque te afflixisse proponis, ut id damnum sarciatur competentis iudicis auctoritate consequeris.*

Cotidiana] * Eodem modo scriptum habetur in Taurin. fragm. *or. pro Scauro* II. 33. *haec ipsa cotidiana res.* Eandem orthographiam servat antiquissimus cod. Frontonis, Cic. Vaticanus libri I. *de re p.* c. 19. eum vetustissimis libris Plautinis, nec non Velius Longus p. 2237. et Victorinus p. 2460. Inventus est, qui distingueret, Beda p. 2344. *Quotidie adverbium numeri per Q scribendum est, non per C. Cotidie adverbium enunciationis per C et O dicitur et scribitur:* quae ineptia plane refellitur ex Isidoro V. c. 30. Agnaeo Cornuto p. 2283. Papiriano p. 2290. Quinctiliano I. 7, 6. (p. 56. ed. Bip.), in cuius exemplari Turicensi X. 1, 27. et 44. exaratum est *cottidiana*, ut in Ambrosiano cod. *or. pro Scauro* II. 33. saepius in Plinii *epistularum* codice Prageo. Et Papirianus quidem fontem simul diversae scriptionis quodam modo ostendit l. c. *Cotidie per C et O dicitur, scribitur per Q.* Praeterea Kortte in *diss. crit. de usu orthographiae Lat.* c. 2. §. 3. observat etiam *Quottam* pro *Cotta* in vetustis libris scriptum reperiri et *QVRTIVM* pro *Curtio* ap. Gruter. *inscript.* p. 1007. n. 1. et p. 1010. n. 5. Sic antiquiores Ciceronis codd. *loci*, *conloci*, *coad* praeferre pro *loqui*, *conloqui*, *quoad*, P. Victorius ad *XVI. epist. ad Attic.* 2. testatum fecit *explicationibus suarum in Cic. castigationum* ed. Lugd. 1552. p. 474. Idem p. 180. observat in cod. Mediceo *libri I. ad fam. ep.* 7. §. 13. scribi *alico propinquo loco;* ib. p. 13. *relicum* et p. 312. *inicum*, de quibus v. supra ad §. 6. pr. Contra *Qui* scripsere pro *Cui*, ut indicat Quinctil. l. c. p. 59. ed. Bip. et ita ap. Cic. *de am.* c. 6. *Qui potest esse „vita vitalis“ (ut ait Ennius), qui non in amici mutua benivolentia conquiescat?* quod priore loco in *cui* mutarunt. In l. III. *de rep.* c. 11. habetur *quoique.* Virgilii etiam aliquot libri in *Eclog. IV.* extr. habent *Qui* (pro *Cui*) *non risere parentes:* et contra VII. *Aen.* v. 612. Mediceus cod. *Cyrinali* pro *Quirinali:* quomodo *stercilinum* pro *sterquilino* in bonae notae libris M. Catonis 2, 3. et Varronis *de R. R.* Petr. Victorius repperit. V.

„At enim oppugnatum me fortasse venissent:“ 55
haec est illorum in causa perdita extrema non oratio
neque defensio, sed coniectura et quasi divinatio. Illi
oppugnatum venturi erant? quem? — „Fabium.“ —
Quo consilio? — „Ut occiderent.“ — Quam ob cau-
sam? quid ut proficerent? Qui comperisti? Et ut rem
perspicuam quam paucissimis verbis agam: dubitari
hoc potest, Recuperatores, utri oppugnasse videan-
tur; qui ad villam venerunt, an qui in villa manserunt;
qui occisi sunt, an ii, ex quorum numero saucius fa- 56
ctus est nemo; qui cur facerent causa non fuit, an ii,
qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc tibi credam,
metuisse te ne obpugnarere: quis hoc statuit umquam

Burmann. ad Phaedr. *fab.* 51. (III. 12) v. 1. *Cocuis* pro *coquis* exaratum est in Sulpicio Severo. Erant etiam qui pro *qui* recto casu scriberent *cui*, e. g. ap. Curtium X. 9, 3. Vid. Velius Longus *orthogr.* p. 2218. Scaurus p. 2261.

55. *At enim*] *De usu harum partt. elliptico v. obs. ad *off.* I. 40, 144. p. 289. Hic suppleveris: *At* (opus fuit vi): *oppugnatum enim* etc. Prudenter vero hic orator refutat easdem fere adversarii excusationes, quibus ipse abusus est postea in *Miloniana.* np. exceptione inculpatae tutelae. Huc valere voluerat adversarius legem XII tabb. de fure interdiario, si is telo se defenderet, supra §. 47. laudatam. Cf. enim Pauli *recept. sentent.* lib. V. t. 23. (*ad l. Cornel. de sicar.*) §. 3. *Qui latronem caedem sibi inferentem .. occiderit, puniri non placuit.* Quid ita? quia *vitam publico facinore defendit.* Florentin. in π. I. t. 1. fr. 3. *Iure hoc evenit, ut, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur.* Gai. in π. IX. II. (*ad leg. Aquil.*) fr. 4. pr. *Si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* Adde fr. 5. pr. et Pauli ib. fr. 45. §. 4. *Qui cum aliter tueri se non possunt, damni culpam dederint, innoxii sunt: Vim enim vi defendere omnes leges omniaque iura permittunt.* Cf. Forner. *select.* lib. I. c. 15. et 22. Cuiac. *observatt.* lib. V. c. 18. lib. XI. c. 27. lib. XIV. c. 15. Contra illas latebras accusator iam respondet nullam periculi fuisse suspicionem, sed fingi.

Et ut .. agam] * *Et* hic colligendi et comprehendendi vel id, quo res conficiatur, adiicientis habet vim pro *denique* posita.

In villa] * In folii imagine p. 62. b. repraesentatur *INUILLAMMANSERUNT* et §. 56. pr. *SAUCCIUS.*

56. *Statuit umquam*] Codex *statutumquam.* PR. * Statim ante non, ut praecesserat §. 55. *oppugnatum* (bis) et *oppugnasse*, mutata praepositio est in *obpugnarere.* Est vero haec passivae formae Gr. in —εσαι (—ᾶσαι), —ησαι et —εσο (—ᾶσο) originem servans terminatio Ciceroni perfamiliaris: ut ad fin. fragm. Taurinensis ex

Clodium et Curionem, quum in senatu, ut Quintil. III. 9. [c. 7. §. 2.] scribit, et ex fragmento ultimo [* in l. I. *ad Att. ep.* 16. §. 22.*] constat, habita sit paucis videlicet testibus, iustiorem habet causam admirationis eius, de qua dixi. PATRICIUS.

*Schützius, vir illustris, ed. suae T. XVI. P. II. p. 228. de duobus illis *epistularum ad Atticum* locis Manutio potius, quam Patricio assentitur, orationem illam, quae ibi memoratur, *in Curionem* scriptam aliam esse, quam eam quae est *in Clodium et Curionem* scripta. Fateor tamen videri mihi Patricii suspicionem confirmari partim Scholiastae Ambrosiani *argumento* infra subiuncto alioque Scholio ad Ang. Maii *monitum* a nobis ascripto n. 2. partim verbis 16. *epistulae libri I. ad Att. quam non volt aliis legi*, et *in quam paene orationem hanc eandem inclusit*, ut fatetur ipse §. 20. 22. Sed cf. Spalding. ad Quinctil. *Instt.* III. 7, 2.

AD

FRAGMENTUM TAURINENSE

PEYRONIS MONITUM.

Orationis in Clodium et Curionem, praeter fragmenta a veteribus scriptoribus commemorata, alia bene multa cum commentario Scholiastis [*] Ambrosiani edidit Cl. Mai [*M. Tulli Ciceronis sex Orationum partes etc. Mediol.* 1817. p. 55. sq.] [1] cuius lege praevium monitum. Porro folium hoc Taurinense, quod multa Ambrosiana fragmenta complectitur, simulque connectit, pertinet ad caput IV. et V. editionis Cl. Viri.

[*] * Corr. *Scholiastae.*

[1] * Recusae Halae, in libr. orphanotrophei MDCCCXXIV. 8. cum fragg. *M. TULLII CICERONIS de re publica quae supersunt.* Quae ibi p. 481. — 502. extant huius or. fragmenta, ea cum scholiis adiectis et Maii annotationibus suo quodque loco nostrae editioni inserere visum est, ne quidquam desideraretur.

ANGELI MAII MONITUM.

Tullianae orationis *in Clodium et Curionem* pauca verba in antiquis editionibus, sed uberrima apud plures auctores extabat memoria. Laudaverunt enim ex ea particulas aliquot Quintilianus, Nonius Marcellus et Rufinianus quas suis locis nos exhibebimus. Meminit eius etiam noster Interpres, ad orat. *in Vatinium* X. 1. [2] Clodianum autem stuprum, quod occasionem praebuit huic orationi scribendae, sexcentis in locis commemorat Cicero. Vide, si lubet, *de Provinciis consularibus* X. [§. 24.] *in Pisonem* XXXIX. [§. 95.] *Paradoxum* IV. [§. 14. 15.], et passim *pro Domo*, *et de Haruspicum responsis* [5, 8. s.], et *pro Milone*, quae tres orationes magnam lucem affundunt huic nuper editaé *in Clodium et Curionem*. Senecae item epistola XCVII. in eo scelere Clodii insectando paene tota consumitur. Sed nusquam enucleatius quam in libro I. Ciceronis epistolarum ad Atticum res tota evolvitur. Nam epist. XII. ait Cicero: „*P. Clodium Appii F. credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris, cum* [*sacrificium*] [3] *pro populo fieret, eumque per manus servulae servatum et eductum; rem esse insigni infamia*". Tum epist. XIII. „*Credo te audisse, cum*

[2] *Observat ille Scholiasta honorifice ibi §. 24. extr. a Tullio nominari „*C. Curionem perpetuum hostem improborum omnium* etc." *cum vehementer et aspere laceratus sit ab eodem in oratione, qua et ipsum et P. Clodium lacessivit.*

[3] * *Sacrificium*, glossatoris additamentum e melioribus edd. iure expulsum, uncis notavimus. De sacrificio Bonae Deae vel in consulis vel in praetoris (ut tum a. V. 691. C. Iulii Caesaris, pontificis M.) domo a primariis mulieribus faciundo v. or. *de harusp. resp.* 17, 37. *quod sacrificium tam vetustum est, quam hoc, quod a regibus aequale huic urbi. accepimus? quod autem tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo umquam adiit, nemo neglexit*, [vel, ut Schützio placet, *nemo neglexit, nemo umquam adiit*,] *nemo vir adspicere non horruit, quod fit per virgines vestales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, quae est in imperio, fit incredi-*

5 que testatum, ut non possem praeterire. Itaque, si caussam quaeris absolutionis (ut iam πρὸς τὸ πρότερον revertar), egestas iudicum fuit, et turpitudo. Id autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio: qui dum veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quae ex S. C. ferebatur, non vidit illud, satius esse, illum in infamiae relinqui sordibus, quam infirmo iudicio
6 committi: sed ductus odio properavit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium si quaeris quale fuerit: incredibili exitu; sic, uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen ex ipso initio consilium Hortensii reprehendatur.
7 Nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret, reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret; ut primum iudices consederunt, valde diffidere boni coeperunt: non enim unquam tur-
8 pior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii. Pauci tamen boni inerant, quos reie-

5. *In infamiae r. sordibus*] *Sic quaedam edd. vett. Sed melius alii legunt: *In infamia relinqui ac sordibus.*

6. *Plumbeo gladio iugulatum iri*] * h. e. *infirmo etiam iudicio commissum illum effugere non posse.* Cf. §. 4. Utraque locutio proverbialis est. De hac cf. *or. pro Mil.* 15, 40. *cum . . illam beluam, iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret* et quae comparavimus ad III. *off.* 6, 36. extr. de altera illa IV. *fin.* 18, 48. *o plumbeum pugionem!*

7. *Reiectio*] *Teste Asconio ad extr. *or. pro Milone* ap. Schütz. p. 545. in Milonis causa lecti erant iudices XXIIX senatores, XXVII equites, XXVI tribuni aerarii: quorum quinos cum singuli et accusator et reus reiecissent, iudicarunt reliqui LI. Quinos reiicere ex uno genere plerumque reo permissum fuisse coniicias ex *or. pro Plancio* 16, 39. extr. Vid. Ant. Schultingii *Diss. de recusatione iudicis;* cum aliis eiusdem dissertt. Franequerae 1708. 4. et in *Commentt. acadd.* T. I. p. 39. — 160. Heineccii *Antiqq. R. iurisprud. illustrant. syntagma* IV. 5, 2. 17, 2. 18, 16. 23. Bachii *historia iurisprudentiae Rom.* III. 1, 1, 26. Pluribus autem reiectis fieri solebat aliorum subsortitio. Cf. ibid. II. 1, 22. Similiter *reiectio iudicum ad arbitrium rei videbatur esse facta* in Catilinae iudicio repetundarum, ut scribit Ascon. *ad or. in toga cand.* ap. Schütz. p. 212. cf. ad *act.* I. *in Verr.* c. 6. II. *lib.* I. c. 7. *De accusatore* P. Clodii v. Scholium ad hui. *orat.* V. 3.

8. *Senatores — aerarii*] *Ex tribus his ordinibus iudices sorte

ctione fugare ille non potuerat, qui moesti inter sui
dissimiles, et moerentes sedebant, et contagione turpi-
tudinis vehementer permovebantur. Hic, ut quaeque 9
res ad consilium primis petitionibus referebatur, incre-
dibilis erat severitas, nulla varietate sententiarum: ni-
hil impetrabat reus: plus accusatori dabatur, quam
postulabat: triumphabat (quid quaeris?) Hortensius
se vidisse tantum: nemo erat, qui illum reum, ac non
millies condemnatum arbitraretur. Me vero teste pro- 10
ducto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum
audisse, quae consurrectio iudicum facta sit, ut me
circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite
P. Clodio ostentarint. Quae mihi res multo honorifi- 11
centior visa est, quam aut illa, cum iurare tui cives
Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt; aut
cum tabulas Metelli Numidici, cum hae, ut mos est,

ducebantur *lege Aurelia* L. Aurelii Cottae, Praetoris a. V. 683. V. ad hui. orat. fragm. ult. *Maculosi* sunt *dedecore foedi et maculati, infamiae maculis conspersi et a censoribus notati.* Vid. Tacit. *Ann.* XIII. 33. *Hist.* I. 7, 2. III. 38, 6. *Aerarii tribuni a tribuendo aere sunt appellati*, ut docet Festus. At Varro *de L. L.* IV. 36. p. 49. ed. Bip. *Quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni aerarii dicti.* Videntur sumpti de locupletioribus, ut qui pecuniam publicam tractarent: debebant ergo esse *aerati*, h. e. bene nummati: ut bene explicat Gesner in *Thesauri* T. I. p. 170, 90. ss. Cf. Niebuhrii, V. Perill., *Römische Geschichte* T. I. in *additam.* ad p. 404. Iidem erant iudices ex plebe: qui hic alio sensu notantur ut *aerarii*, quasi infimae centuriae et *nummarii*, ut §. 21. propter inopiam, quae faceret, ut nummulis corrumpi possent. Ant. Goveanus ad hanc *epist.* p. 23. legit *non tam aerarii, ut appellantur, quam aerati*, h. e. alieno aere obruti.

Contagione turpitudinis] *Infamia corrupti iudicii, quae suspicio ne se quoque contingeret metuebant.

9. *Primis petitionibus*] * Alii melius *postulationibus.* De his in iure fieri solitis v. ad *or. pro Tullio* §. 38. cl. Plutarcho in *Cic.* p. 865. c. 9. Tum *impetrabat* i. valet q. *impetrare poterat.* Opponitur *dabatur.* Volgo tamen editum est *impetrarat.*

10. *Audisse*] *Tollenda virgula post hoc verbum, ut appareat constructio: *quae consurrectio iudicum ex acclamatione Cl. adv. facta sit.*

11. *Tui cives*] *Athenienses, qui te civem facere studuerunt. V. Cornel. Nep. in *Attico* 3, 1. — Deinde Schütz. in ed. mai. Halensi T. I. p. 77. praetulerat lectionem *inspicere* pro *aspicere*: cl. *or. p. Balb.* 5, 12. et *Valer. M.* II. 10. (non 5.) n. 1. et extern. n. 2.

**circumferrentur, nostri iudices aspicere noluerunt: mul-
12 to haec, inquam, nostra res maior. Itaque iudicum
vocibus, cum ego sic ab his, ut salus patriae, defen-
derer, fractus reus et una patroni omnes conciderunt.
Ad me autem eadem frequentia postridie convenit, qua-
13 cum abiens consulatu sum domum reductus. Clamare
praeclari Ariopagitae, se non esse venturos, nisi prae-
sidio constituto. Refertur ad consilium: una sola sen-
tentia praesidium non desideravit. Defertur res ad se-
natum: gravissime, ornatissimeque decernitur, laudan-
tur iudices, datur negocium magistratibus, responsu-
14 rum hominem nemo arbitrabatur.** *Ἔσπετε νῦν μοι
μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε.* **Nosti Cal-**

12. *Ab his*] *Verum videtur, quod nunc volgatur, *in iis*.

Postridie] * np. post priorem actionem, qua testes producebantur. De illius diei gratulatione, quo Cicero consulatu abierat, v. *ad fam.* V. ep. 2. §. 17. s. *in Pis.* c. 3. *de re p.* I. c. 4. pr.

14. *Ἔσπετε*] *Rem admirabilem expositurus opem Musarum invocat. Eodem hoc versu ex Il. Π. 112. s. similiter usum esse Platonem lib. VIII. *Politiae* p. 545. extr. ed. Steph. c. 2. med. observavit Petr. Victorius in *Explanatt. suar. castigationum* ed. Gryph. 1552. p. 192. Deinceps rectius noviss. edd. *Nosti Calvum ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum.* Optime autem hac tenus Paulus Manutius, quod intellexit *M. Crassum* significari per *ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum* etc. *Epistula* enim 14. §. 6. *Crassus,* inquit, *surrexit ornatissimeque de meo consulatu locutus est, ut ita diceret, se, quod esset orator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre.* Quoniam vero Crassus Syllae Dictatoris temporibus ingentes sibi divitias comparaverat bonis proscriptorum parvo pretio emendis, *Nanneii* autem ex iis fuere, qui proscripti sunt, quorum bona a Crasso empta esse verisimile est indeque eum non mediocriter fuisse ditatum: per iocum appellat eum *ex Nanneianis*, quasi dicat, *Nanneiorum facultatibus ditatum.* Nanneios autem Sylla Dictatore proscriptos, et interemptos fuisse, cognoscitur ex libro Q. Ciceronis, quem ad M. fratrem scripsit de petitione consulatus (c. 2. §. 6.). Bene addit Ernestus videri Crassum, cum Nanneii bona emisset per procuratores, in tabulis curasse scribi ea bona empta *Licinio Calvo:* nam et Licinii Calvi fuerunt. — Iam vero M. Crassus dicitur iudicibus ad se arcessitis intercessisse sponsor pecuniae illis dividundae. Hinc eum notat Cic. in *Parad.* VI. 2. pr. *qui videt domi tuae pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges, qui nocentis, et pecuniosos reos eodem te auctore corruptelam iudici molientis, . . . qui proscriptiones locupletium, . . . qui illam Sullani temporis messem recordetur, . . . qui denique omnia venalia, . . . decretum, alienam, suam sententiam, forum, do-*

vum ex Nanneianis illum laudatorem meum, de cuius
oratione erga me honorifica ad te scripseram. Biduo
per unum servum, et eum ex ludo gladiatorio, confe-
cit totum negocium: accersivit ad se, promisit, inter-
cessit, dedit. Iamvero (o Dii boni! rem perditam!) 15
etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulo-
rum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro
mercedis cumulo fuerunt. Ita summo discessu bono- 16
rum, pleno foro servorum, XXV. iudices ita fortes ta-
men fuerunt, ut, summo proposito periculo, vel perire
maluerint, quam perdere omnia, XXXI. fuerunt, quos
fames magis, quam fama, commoverit: quorum Catu- 17
lus cum vidisset quendam, *Quid vos*, inquit, *praesi-
dium a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eri-
perentur, timebatis?* Habes, ut brevissime potui,
genus iudicii, et caussam absolutionis. Quaeris dein- 18
ceps, qui nunc sit status reipublicae et qui meus. Rei-
publicae statum illum, quem tu meo consilio, ego di-
vino confirmatum putabam, qui bonorum omnium con-
iunctione, et auctoritate consulatus mei fixus et funda-
tus videbatur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum
scito esse de manibus uno hoc iudicio; si iudicium est,

mum, vocem, silentium: quis hunc non putet confiteri sibi quaesito opus esse?

Ex ludo gladiatorio] *Editiones, quas inspexi, inverso ordine *ex gladiatorio ludo*. Verius certe deinceps alii *arcessivit*.

15. *Noctes — introductiones*] *Valer. Max. IX. 1, 7. *P. autem Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abundavit!* (Sic distinguendum, ut exclamatio sit, non ut interrogatio.) *In quo ut evidenter incesti crimine nocens reus absolveretur, noctes matronarum et adolescentium nobilium magna summa emptae mercedis loco iudicibus erogatae sunt. Quo in flagitio tam taetro tamque multiplici nescias primum quem detestere, an, qui istud corruptelae genus excogitavit, an, qui suam pudicitiam sequestrem periurii fieri passi sunt, an qui religiones stupro permutarunt*: ubi interpres Germanicus *adolescentes nobiles* casto sane errore ipsos iudices, non periurii auctoramentum esse voluit iudicibus draucis vel paediconibus, qui puerorum praetextatorum, cillonum, amoribus delectarentur.

17. *Catulus*] *Q. Lutatius Catulus, a Sulla dictatore *vir optumus* praedicatus, idem, qui Ciceronem nostrum *Parentem Patriae* nominarat. V. *or. in Pis.* 3, 6. pr. Plutarch. in *Pomp.* c. 15.

triginta homines populi R. levissimos ac nequissimos, nummulis acceptis, ius et fas omne delere, et, quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciebant, id Talnam et Plautum et Spongiam et ceteras huiusmodi quisquilias statuere, nunquam esse
19 factum. Sed tamen ut te de republica consoler; non ita, ut sperarunt mali, tanto imposito reipublicae vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Nam plane ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore, ut aperte victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique
20 inusserat severitas consulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea praesertim epistola quam nolo aliis legi), idem, inquam, ego recreavi afflictos animos
21 bonorum, unumquemque confirmans et excitans: insectandis vero exagitandisque nummariis iudicibus omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriae παῤῥησίαν eripui. Pisonem consulem nulla in re consistere unquam sum passus: desponsam homini iam Syriam ademi: senatum ad pristinam suam severitatem revocavi, atque abiectum excitavi: Clodium praesentem fregi in senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. Nam cetera non possunt habere eandem neque vim neque venustatem, remoto illo studio contentionis quem
22 ἀγῶνα vos appellatis. Nam, ut idibus Maii in senatum convenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi de summa reipublicae atque ille locus inductus est a me divinitus, ne, una plaga accepta, patres conscripti conciderent, ne deficerent: vulnus esse eiusmodi, quod

18. *Et fas*] *Melius volgatur *ac fas*.

20. *Confirmans et excitans*] *Interpositam voc. excludit vet. cod. ap. Gothofredum.

22. *De summa rei publicae*] * Lamb. et Goveanus *de summa re publica*. V. annot. ad *or. pro Tullio* §. 8. p. 16.

Una plaga] Clodio absoluto. D. GOTHOFREDUS.

mihi neque dissimulandum neque pertimescendum videretur: ne aut ignorando stultissimi iudicaremur. Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam: hunc tertium iam esse a iudicibus in rempublicam immissum. Erras

Aut ignorando stultissimi] Locum hiantem quidam explent sic: *aut timendo ignavissimi.* In codd. ambrosianis nullum supplementum inveni. MAI. * Lamb. e codd. Memm. reposuit *aut metuendo ignavissimi.* Certe desideratur aliquid, quod concinne respondeat verbis *nec pertimescendum*, ut *pro Mur.* 25, 52. *partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant, partim, quia timebant.* Volgatur autem ordine perverso *aut metuendo ignavissimi aut ignorando stultissimi.* Cf. Patricius ad fragg. p. 3944. ed. Verburg.

Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam] Lentulum Suram, cui Ciceronis iussu in carcere gula laqueo fracta est, bis absolutum dicit, bis item Catilinam. Lentulum semel absolutum lego apud Plutarchum in vita Ciceronis [c. 17. p. 868.] neque tamen quo crimine scribit Plutarchus. ANT. GOVEANUS. Etiam in *oratione in Pisonem* [39, 95.] *ut contra*, inquit, *bis Catilina absolutus, emissus etiam ille auctor tuus provinciae, quum stuprum Bonae Deae pulvinaribus intulisset.* Ego tamen ter absolutum Catilinam invenio; primum de incestu, quod Fabiam, virginem Vestalem stuprasset, Hortensio et Metello COSS. idque Orosius lib. IV. et Pedianus in commentario orationis contra competitores [ed. Schütz. T. XVI. P. II. p. 217.] tradiderunt. Iterum crimine inter sicarios, ob necem M. Marii Gratidiani Caesare et Figulo COSS. quod apud Dionem lib. XXXVI. [* XXXVII, 10. p. 118. *]. Id etiam Cicero significat in *oratione pro Sulla* [29, 81.] quum ait: *At idem non affuit alio in iudicio.* Tertio repetundarum ex Africa, Cotta et Torquato COSS. ut Ciceronis [l. l.], Quinti fratris in libello *de petitione consulatus* [c. 3.], Pediani [l. c. et p. 212. 214. s. vel in Graev. ed. T. III. p. 980.] testimonio probatur. Quid igitur, an ab historia dissentit Cicero? minime. Sed quum Catilinam, item ut Clodium contra leges absolutum velit significare, de tribus absolutionibus unam omittit, in crimine scil. incestus, ne Fabiae, Terentiae uxoris suae sorori, turpem impudicitiae notam inureret, quam etiam in oratione contra competitores expertem culpae dicit fuisse [* ap. Schütz. l. c. p. 32. cf. Q. frater l. c. *]. Loquitur igitur de iis iudiciis, in quibus Catilina, quum culpam commisisset, absolutus tamen est repetundarum, et inter sicarios, quibus criminibus manifeste tenebatur. MANUTIUS. * De iudicio repetundarum v. *or. pro Cael.* 4, 10. Sallust. in vita c. 18. Adde denique quartum iudicium, in quo a. 690. Catilina *lege Plautia interrogatus erat ab L. Paullo*, ut scribit Sallust. c. 31. Dio Cass. XXXVII. 31. sq. p. 132. Huc refero verba Cic. *p. Sulla* 30, 83. *ego . . reo Catilinae consul non affui.* Videtur autem Catilina ante rem iudicatam urbe cessisse.

In rem publicam immissum] non damnando: ut iam posset rempublicam vexare. ERNESTUS. Homines improbi ex iudiciis multo infestiores reipub.

Clodi: non te iudices urbi, sed carceri reservarunt: neque retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt. Quamobrem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem. Manet illa in republica bonorum consensio: dolor accessit bonis viris; virtus non est imminuta: nihil est damni factum novi, sed, quod erat, inventum est: in unius homi-
23 *nis perditi iudicio plures similes reperti sunt.* Sed quid ago? paene orationem in epistolam inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus puer: obiicit mihi, me ad Baias fuisse. — *Falsum: sed tamen*

hostes evadunt. itaque cum e iudiciorum laqueis emittuntur, in rempub. immittuntur. GOVEANUS. *Attestatur de Catilina Dio Cass. XXXVII. c. 10. ἀπελύθη. καὶ δὴ καὶ ἐκ τούτου χείρων τε πολὺ ἐγένετο.

Neque retinere] *His pron. *te* medium interponunt Goveanus et Clericus.

Sed exilio privare voluerunt] nempe ut bono, beneficio: quod bene consultum putarent Clodio, si in exilium damnatus abiret: cum nunc poenae graviori relinqueretur. ERNESTUS. Exilium inventum fuit ad supplicium effugiendum. Caesar apud Sallustium in coniuratione *Catilinae* [c. 51.], *Postquam*, inquit, *respublica adolevit, et multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia huiuscemodi fieri coepere, tum lex Porcia, aliaeque leges paratae, quibus legibus exilium damnatis permissum est;* cum antea morem Graeciae imitati verberibus animadverterent in cives, de condemnatis supplicium sumerent. GOVEANUS. *Cf. fragm. *or. in Catil. compet.* servatum ab Asconio ap. Schütz. T. XVI. P. II. p. 212. *O miser, qui non sentias illo iudicio te non absolutum, verum ad aliquod severius iudicium ac maius supplicium reservatum!*

23. *Pulchellus puer*] Clodius vixdum pubes. Clodii cognomento *Pulchri* erant. GOVEANUS. *V. *hui. or.* c. 5. fr. 4.

Falsum] *Manutius correxit *Salsum*, ut per ironiam dicatur. Schützius etiam proxuma: *Sed tam id quidem huic simile est, inquam, quam si dicas*, ut *huic* δεικτικῶς positum sit pro *mihi*. Et *huic* quidem legitur in nonnullis edd. vett. distinguiturque sic: *Quid huic simile est? inquam.* Tum explicandum: *Nullo modo potest hoc comparari cum eo crimine, quod tibi obiicitur. Quasi dicas*, h. e. *non enim dicere potes, me in operto fuisse.* Nobis vero multis partibus maior inesse vis videtur in incisis et membris, quibus Cicero hic ad refellendum simul et arguendum utitur pugiunculis hac totius loci sententia: *Mentiris. Sed tamen nonne vides te id obiicere, quod honeste confiteri possim? Quin te ipsum respicis? Scilicet simile est, quasi dicas in operto fuisse.* Haec demum εἰρωνικῶς dicuntur, ut significetur hoc parum criminosum esse, etiamsi non posset manifesto redargui: illud vero infame, quod in ipso Clodio dici possit. Vid. hui. *or.*

quid hoc? Simile est, inquam, *quasi in operto dicas fuisse.* „*Quid*," inquit, „*homini arpinati cum aquis calidis?*" — *Narra*, inquam, *patrono tuo*, *qui arpinates aquas concupivit: nosti enim marinas.* „*Quousque*," inquit, „*hunc regem feremus?*" — *Regem appellas*, inquam, *cum Rex tui mentionem nullam fecerit?* ille autem Regis hereditatem spe devo- 24

IV. 4. Et recte iam contra Tunstallum p. 31. volgatum tuitus erat Ernestus (qui tamen et ipse cum illo probat *salsum*) interpretando: „Quid aut quale est, quod mihi exprobras? Quasi hoc esset tale, quale tuum est illud, quod in operto Bonae Deae fuisti." Cf. *Paradox.* IV. extr. *Familiarissumus tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonae Deae accessisses, exulares.* — „*Romae sum*", *inquis.* — *Et quidem in operto fuisti:* ubi Clodii *familiarissumus* volgo interpretibus significari videtur M. Pupius Piso consul, qui hanc rogationem tulerat iussu Senatus, idem tamen *amicitia Clodii ductus operam dare ut ea antiquetur* scribitur in *epp. ad Att.* I. 13. §. 9. Non improbabiliter tamen Ant. Goveanus ad h. *epist.* p. 23. s. intelligit Q. Fufium Calenum, in cuius rogatione tribunitia non erat caput illud de iudicibus extraordinariis a Praetore legendis, quos ille sibi in consilio esse vellet.

Narra] *i. q. *occine; obiice, exprobra, praecipe.* Frustra ergo Schützius coniecit: *Quaere, inquam, a patrono tuo*, vel *Norit patronus tuus.* Coniectoris tamen festivum ingenium iure laudaveris.

Arpinates] *Melius Tunstallus cum edd. pr. *Arpinatis*, h. e. Marii.

Marinas] *Lege: *Marianas*, ut est in MS. cod. Nicol. Leoniceni ap. Ursinum. Vid. hui. *or.* fragm. IV. 3. Non (me Hercule!) invideo equidem interpretibus ingenium, qui ad stuprum referunt, quod Clodius a piratis perpessus esset, ut significatur *de harusp. resp* 20, 42.

24. *Hunc regem*] *Cf. *or. pro Sulla* 7, 21. Deinceps Goveanus commodiore verborum ordine: *mentionem tui nullam.* Nempe Clodii sororis Terentiae maritus Q. Martius *Rex* huic in testamento nihil legaverat: quod ignominiosum erat Clodio propter adulterii suspicionem. Vid. Plutarch. in *Cic.* c. 29. Animadvertit Goveanus, nullam maiorem affini aut cognato aut denique necessario contumeliam fieri potuisse. Itaque scribit Suetonius in *Octav.* c. 66. extr. (cf. med. cap. ult.) Augustum aegerrime ferre solitum, si ab aliquo suorum amicorum in testamento fuerat praeteritus. Quod quemadmodum contumeliosum erat ei, qui praeteritus fuerat, ita et honorificum heredem institui. Cicero in *or. pro Quinctio* 4, 14. *Moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naevius, et moritur repentino. Heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium: ut, ad quem summus maeror morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque perveniret.* Cf. de hac Romanorum opinione et more locum classicum in II. *Phil.* 16, 40.

rarat. — „*Domum*," inquit, „*emisti.*" — *Putas*, inquam, *dicere, indices emisti?* — „*Iuranti*," inquit, „*tibi non crediderunt.*" — *Mihi vero*, inquam, *XXV. iudices crediderunt: XXXI. quoniam nummos ante acceperunt, tibi nil crediderunt.* Magnis clamoribus afflictus conticuit et concidit. Noster autem status est hic. Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti; apud sordem urbis, et faecem multo melius, quam reliquisti: nam et illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non valuisse. Missus est sanguis invidiae sine dolore, atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus confitentur.

Domum .. emisti] *np. de Crasso ad Palatinum montem e regione clivi Capitolini et aedis Concordiae, HS. XXXV, idque anno priore, cum iam Sulla coniurationis reus causam dixisset: quod neglexit Ill. Böttigerus, quem sibi ἀναχρονισμοῦ auctorem laudat Matthias ad III. *Catil.* 9, 21. Vid. *lib. V. ad famil. epist.* 6. §. 4. s. I. *ad Att. ep.* 13. sub fin. A. Gellii XII. 12. Sed iam ante quam praeturam petisset Cicero ad Palatinum montem habitarat, ut testatur Plutarchus p. 864. F. (c. 8. ubi cf. Bartonus): ut idem p. 871. c. 22. scribere potuerit, illum e carcere Tulliano iuxta aedem Concordiae per forum se domum recepisse. Quod habitaret in aedibus conductis, *inquilinum* eum appellavit Catilina, ut est in Appiani ἐμφ. l. II. c. 2. sub f. et ap. Sallust. in *Cat.* c. 31. sub f. Ceterum recte vidit Goveanus obiici hic Ciceroni, mercenarium eum esse patronum et ex mercedibus patrociniorum domum emisse, cum lege tamen Cincia prohibitum esset, ne quis ob causam dicendam donum ullum munusve caperet. Cf. Pseudo-Sallustii in Cic. declamatio post init. *Domum ipsam tuam vi et rapinis funestam tibi ac tuis comparasti: videlicet uti nos commonefacias, quam conversa sit res publica, cum in ea domo habitas, homo flagitiosissime, quae P. Crassi, viri consularis, fuit.*

Putas — ?] *Ill. Schützius sane probabiliter correxit: *Non potes* deleto interrogationis signo. Item sublata interrogatione placet mihi volgata lectio, cui vet. cod. ap. Gothofredum fidem facit, *putes*, h. e. *facile quispiam putet:* quomodo praecesserat: *Simile est, quasi dicas.*

Tibi nihil crediderunt] *Sic scrib. non *nil.* Est vero lusus in verbi ambiguitate, ut patet in huius *or.* c. VI. fr. 2.

25. *Missus est sanguis invidiae*] *Detractum est aliquid de nostra invidia. GOVEANUS.

Rem manifestam illam] *Ultimam vocem quasi incommode redundantem delevit Schützius explicans *crimen Clodii manifestum.*

Haec ad declarandam historiam ac paene cursum huius orationis sufficiant; cuius nos integrum argumentum amplumque antiqui Scriptoris commentarium deprehendimus, non sine multis et nobilibus partibus ipsius deperditae orationis. Scripta est autem haec oratio consulibus Pisone et Messala, id est Ciceronis anno XLVI. Urbis DCLXXXXIII. [*DCIIXC. aer. Capitol.*].

INC IN P. CLAUDIUM [1]

ARGUMENTUM.

Aput Graecos [*huiusmodi genera orationum ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα*] [2] nominantur, continentia ferme laudes et vituperationes. Non enim rei postulantur a Tullio vel C. Curio vel P. Clodius; sed quoniam ha-

[1] Ita cod. hoc loco habet *Claudium*, sed deinceps in aliarum paginarum titulis plerumque *Clodium*. MAI. **Claudius* pro *Clodio* scribitur item in Iuvenalis *sat.* II. 27. codd. Zwiccaviensi formae 12. Vinariensi et Hamburgensi oblongo et in Scholiastae ad eum l. codice San-Gallensi atque apud eund. *sat.* VI. 345. et in iisdem tribus codd. et in Zwiccaviensi, qui fuit olim Theod. Pulmanni, in cod. b. Catharinae Naviomagensi, in Hamburgensi formae octonariae, in Chemnicensi et in Gothano: ibique Scholiasta: „*Pro Clodius, licet nam per communionem, ut Clodius et Claudius, ut cotes et cautes, ut auriga et origa:*" quem in textu Iuven. legisse *Claudius*, ut id positum esset pro *Clodius*, cum exemplis adductis *O* et *AU* inter se commutari dicat, recte viderat Rutgersius *var. lectt.* II. 17. cui in re manifesta miror obloqui ausum esse Ill. Cramerum. Cff. tamen Ilgen. ad Virg. *Copam* p. 18. s. et *Sylvae Cratyli* p. 56. seq.*

[2] In codice locus sic se habet: *Apud Graecos . . . . nominantur* etc. spatio relicto. Huiusmodi spatia vacua haud raro occurrunt [*visuntur*] in codice, quae replenda videntur modo voculis graecis, quas librarius, quia graece fortasse erat ignarus, omisit: modo latinis, quas idem librarius ideo forsitan non scripsit, quia exscribebat e codice corrupto aut mutilo. Visum autem nobis est supplere ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα. Consulatur Aristoteles *Rhetoric.* lib. I. cap. 3. itemque Isocrates *Panath.* edit. Wolfianae per Crispinum p. 557. A. Nisi quis mavult supplere ἐπιδεικτικά ex Cicerone *Orator.* XI. [37.] et Fortunatiano *Rhet.* lib. I. sub initio [in Capperonner. *Rhetorr. latt.* p. 53.]. MAI.

buerant in senatu quandam iurgiosam decertationem, visum Ciceroni est hanc orationem conscribere plenam sine dubio et asperitatis et facetiarum, quibus mores utriusque proscindit et de singulorum vitiis quam potest acerbissime loquitur [3]. Sed enim principium huius offensae fertur a P. Clodi *incestu* [4] descendisse. Nam visus est in domo pontificis maximi C. Caesaris eiusdemque praetoris incestum fecisse cum eius uxore Pompeia eo tempore [5], quo per Vestales virgines et matronas honestissimas in operto Bonae Deae sacrificium viris omnibus inaccessum fiebat: unde elabso tamen Clodio magna invidia percrebuit et infamia caerimoniarum, ut senatus decernere cogeretur omni [6] diligentia consulum pervestigandum, si quod esset publicis religionibus illatum flagitium. Accedebat huc etiam praeiudicium quoddam C. Caesaris ipsius pontificis, qui uxorem suam ilico repudiavit. Post quod reus de incesto factus est P. Clodius accusante L. Lentulo, defendente C. Curione patre. Nam tres illis temporibus Curiones inlustri nomine extiterunt atque ita in libris [7] adhuc feruntur: Curio avus, qui Servium Fulvium incesti reum defendit; et hic C. Curio pater, qui P. Clodio adfuit; et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompeiano in Africa periit: cum [*enim*] esset partium Caesaris, oppressus est ab equitibus Iubae regis. Sed hac tenus de Curionibus dictum sit [8]. Multum diuque

[3] Consonat Quintilianus *Inst.* III. 7. [§. 2.] *Editi in competitores* ([in] consulatus [petitione], Antonium et Catilinam) *in L. Pisonem, in Clodium et Curionem libri, vituperationem continent, et tamen in senatu loco sunt habiti sententiae.* MAI.

[4] Cod. evidenter pro *incestu* habet *iratu*. MAI.

[5] Cod. *cum eo tempore*. MAI.

[6] * Cod. *omnia*, et sic Mai. Accusativus *omnia* potest pendere a Gerundio *pervestigandum*. Malui tamen *omni*.

[7] Nempe in eorum orationibus, quae adhuc supererant, cum hic commentarius scribebatur. MAI. * Deinde Schütz. *Nam cum esset.* Possit item legi *oppressus*, expuncto v. *est*.

[8] De primo Curione sic Cicero in *Bruto* XXXII. [122.] *Curio fuit igitur eiusdem aetatis fere, sane illustris orator, cuius de ingenio ex orationibus eius existimari potest. Sunt enim et aliae, et pro Ser. Fulvio de incestu nobilis oratio. Nobis quidem pueris, omnium optima putabatur, quae iam vix comparet in hac turba novorum voluminum.* Tum addit [124.]: *Atqui haec, inquam, de incestu laudata oratio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci sane inanes: veruntamen, nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita civitate, tolerabiles. Scripsit et alia nonnulla, et multa dixit et illustria, et in numero*

habitis concertationibus ante iudicium P. Clodius a turbulenta multitudine, ne causam diceret, non sine impetu seditionis adiutus est auctore huius conspirationis Q. Fufio Caleno tribuno pl. [9], cuius mentionem creberrimam Tullius in Filippicis [10] orationibus facit [11]; obstante vero paene [12] universo senatu pro sanctimonia religionum adversus crimen incesti. Iudices tamen ad extremum dati sunt. Et primo quidem ab senatu praesidium petiverant, [ut] de Clodio potentissimo homine liberius iudicaretur. Verum ita res cecidit, ut in eum multi grave testimonium dicerent, quorum in numero Marcus ipse Tullius interrogatus ait ad se salutatum venisse ipsa die Clodium, qua se ille contenderat Interamn*ae* [13] fuisse millibus passuum ferme LXXXX ab Urbe disiunctum: quo scilicet videri volebat incesti

patronorum fuit: ut eum mirer . . . consulem non fuisse.

Secundum Curionem dicit consulem cum Octavio Cicero in opere eodem LX. [217.]. Huius vero laudi oratoriae vehementer obtrectat capp. LIX — LXI. Sic tamen concludit: *Orator, vivis eius aequalibus, proximus optimis numerabatur, propter verborum bonitatem . . . et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. Itaque eius orationes adspiciendas tamen censeo* etc.

De tertio Curione sic scribit cap. LXXXI. [280.]. *Atque hic a magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: industriam non sum expertus: studium certe fuit.* De huius nece vide Caesarem *Bell. civ.* II. 42.

Curiones recenset inter oratores etiam Auctor dialogi *de caussis corruptae eloquentiae* cap. XXXVII. MAIUS.

[9] Asconius ad orat. *pro Mil.* VI. [ed. Schütz. c. 5. extr. p. 538.] narrat: *Per hunc Fufium* (seu *Fusium*) *illo tempore, quo de incestu P. Clodii actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur.* MAI.

[10] Sic *Filippicis*. Retineo autem *F* pro *PH*, quia haec scriptio non est infrequens in antiquis codicibus. Vide ex. gr. Symmachum *Laud. I. in Valentin. Sen.* cap. IX. *Laud. II.* cap. XXV. *Laud. in Gratian.* c. VII. MAI. * Cf. eiusd. *conspectus orthographiae cod. vaticani in ll. de re publica* p. 356. b.

[11] Vide praesertim octavam: tum decimam, undecimam et duodecimam. MAI.

[12] *Pene* hoc loco, at alibi fere semper scribitur *paene*. MAIUS.

[13] Hoc Clodii mendacium ridet Cicero etiam *pro Domo* XXX. [80.] et *pro Mil.* XVII. [46.]. Porro codex habet corrupte, *Interamne*. Contra superius item mendose, *aequitibus*, *caecidit*, pro *equitibus*, *cecidit*. Nimirum diphthongorum ratio valde est in hoc codice perturbata. MAI. * De testimonio Ciceronis nostri v. Plutarchus in *vita* c. 29. pr. Nempe cum Clodius defendisset se hora quadam noctis illius visum Interamnae, Interamnate quodam in favorem eius peierante, Cicero iuratus pro testimonio dixit, horis tribus ante Clodium a se Romae visum. Iter autem illud horis tribus confici non poterat. Un-

Romae committendi facultatem non habuisse. Et post haec ab iudicibus XXV damnatus est. Praevaluit tamen ad eius victoriam maior eorum numerus, qui absolverunt. Nam XXX et una pro eo sententiae latae sunt. Inde igitur kapitalis [14] inimicus in M. Tullium coepit efferri. Et cum illo anno potestate quaestoria fungeretur, aput populum creberrimis eum contionibus lacessebat. Minas quin immo praetendens ad familiam se plebeiam [15] transiturum, ut tribunus pl. fieret, denuntiabat. Quibus minacissimis illius vocibus vehementer et acerrimo spiritu hac oratione Cicero respondit, duorum, tam ipsius quam Curionis [16].

de illud est *libri* II. *ad Att. ep.* 1. sect. 4. in Clodium: *Cum se ille septimo die venisse a freto* (Siciliensi) *neque sibi obviam quemquam prodire potuisse et noctu se introisse dixisset in eoque se in concione iactasset: nihil ei noui dixi accidisse; ex Sicilia septima die Romam; tribus horis Roma Interamnam; noctu introisse item ante; non esse itum obviam, ne tum quidem, cum iri maxume debuit:* np. ne masculus introiret in opertum.

[14] Ita cod. littera graeca *kapitalis*. Sic inferius occurret *kaput*. Cicero ipse *Orat.* XLVIII. [160.] scripsit *Kartaginem*. Sic apud Veteres non raro occurrunt *kalendae, kalumnia, karissimus* etc. Vide Quintil. *Inst.* I. 7. [p. 57. ed. Bip.]. Marcianum Capellam lib. III. cap. *de mutis.* et in Putschio Terentianum p. 2400. Valer. Prob. pag. 1515. tum Cellarium *Orthogr.* edit. Patav. 1724. p. 7. MAIUS.
*Mox Schützius pro *efferri* reposuit *efferari*, non male ille quidem, sed tamen praeter necessitatem.

[15] Id reapse praestitit Clodius, cum, ut a Fonteio adoptaretur, curavit. Vide *pro Domo* XIII. — XIV. et *de Haruspicum resp.* XXVII. [57.]. MAI.

[16] Sensus videtur huiusmodi: *hac oratione Cicero respondit orationibus duorum* etc. MAI.
*Schützius pro *illius vocibus* rescripsit *territus vocibus*.

INCIPIT ORATIO.

*A“ “**Statueram, P. C., quoad reus esset P. Clodius ni- I.**
hil de illo neque apud vos neque allo ullo in loco dice- 1
re. [*Tametsi acerbissimum et capitale mihi odium* 2
***minis*] ac furiosis contionibus indixerat (quod simul 3**
ab eo mihi et rei publicae denuntiabatur): [*tamen ne-*

I. 1. *Apud*] *Scriptum *aput*.

3. *Denuntiabatur*], *i. q. modo *indixerat*. Cf. *l. II, ad Att. ep.* 20. sect. 3. *Clodius adhuc mihi denuntiat periculum*, *ep.* 22. pr. 23. sub f. *Βοώπιδος nostrae* (Clodiae, qua, ut Iunone Iupiter, sorore frater pro uxore fruebatur) *consanguineus non mediocris terrores iacit atque denuntiat.* Scholiastae autem verbum *odisse* me permovit, ut pro *periculo* supplerem *odium*, periculi minax. Proxuma supplevi e l. I, *ad Att. ep.* 16, §. 4.

SCHOLIA AMBROSIANA.

I. 1. **Facere videtur hoc [*ad commendationem*] gravitatis et modestiae suae;** verum summa cum asperitate, quamvis absolutus sit Clodius, tamen incestum vere commisisse adhuc adseverat. Hoc enim testificando, se omni et humanitate et patientia P. Clodio pepercisse, sine dubio confirmat veritatem sui testimonii, ut omnia de illo cum fide dixerit, cui per illud tempus reatus parcendum putaverit.

2. Opportune et acriter „*furiosum*“ P. Clodium dicit, ut in eum suspicio conveniat incesti, cuius ingenium furore iactetur.

I. 1. *In argumentum*] Spatium est in codice, quod nos ita replevimus. MAIUS. *Malui: *ad commendationem*.

2. Furiosam Clodii naturam pingit Cicero *de Harusp. resp.* XVIII. [39.]. *A Diis quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque amentia? — Tu* (Clodi) *cum furiales in concionibus voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus optimos viros pellis* etc. *cum baccharis, cum furis; tum das eas poenas, quae solae sunt hominum sceleri a Diis immortalibus constitutae. . Deorum tela in impiorum mentibus figuntur.* MAIUS. Cf. *de legg.* III. 9, 22. de eodem Clo-

que dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non possem praeterire, et
4 *facile patiebar*] nihil me addere ad alterius periculum.
5 [*Non enim illum reum, sed, millies condemnatum arbitrabar, nisi religio, nisi pudicitia, nisi iudiciorum fides, nisi senatus auctoritas omnis concidisset.*] Sin esset iudicatum non videri virum venisse, quo iste venisset: [*non magnopere intellegebam esse nobis laborandum, ne ita, ut sperarunt mali, alacris*

4. *Adere*] Ita cod. pro *addere*. Confer orat. *pro Tullio* [§. 12. ad f.]. MAIUS.

5. *Nexum utcumque supplevi ex eadem illa *ep. ad Att.* §. 9. ext. 19. cl. *or. de har. resp.* 2, 43. pr.

SCHOLIA AMBROSIANA.

3. Et suae dignitati plurimum dedit et P. Clodium vehementius accusavit. Nam gloriae Ciceronis accedit, quod seiungi a re p. non potest; invidiae autem P. Clodii adstruitur, si odisse videatur in Cicerone rem publicam.

4. Satis agit, ut in testimonio non existimetur esse mentitus.

5. Amaritudo stomachi est in hac sententia, qua perstringit mores P. Clodi, scilicet inpudicos, ita dicendo: *non videri virum venisse quo iste venisset:* quasi hoc pronunciaverint qui eum sententiis suis liberaverunt, non ut incestum sibi probari non potuisse dicerent, sed ut ipsum virum negarent.

dio tribuno: *Ille quas strages edidit!* (sic distinguendum) *eas videlicet, quas sine ratione ac sine ulla spe bona f u r o r edere potuit impurae beluae, multorum inflammatus furoribus.*

3. *Eadem gloriatione abusus est vir consularis noster II. *de off.* 17, 58. extr. *de har. resp.* 3, 5. VII. *ep.* 2, 4. Cf. locus *orationis pro Milone*, quem in volgatis libris plane omissum c. 13. inter §. 33. et 34. Celeb. Peyron e folio Taurinensis palimpsesti restituit. Nobis quidem prima verba sic supplenda videntur: „Demonstravi, iudices, quantum Clodi inter*fuerit*" [Peyron: „Audistis, iudices, quantum Clodio pro*fuerit*:" sic vero Cicero loqui non potuit, nisi occiso Milone] *occidi Milonem. Convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium? Quid erat cur Milo, non dicam admitteret, sed optaret? Obstabat in spe consulatus Miloni Clodius.* [Hic interrogationis signum ponendum, ut in fragm. or. *pro Scauro* ap. Cic. in *oratore* 67, 223.] *At* [cod. *Ad*] *eo repugnante fiebat;*

exultaret improbitas in victoria]. Ut ille iudicio 6
tamquam e naufragio nudus emersit: [*perturbatio istum mentis et quaedam scelerum offusa caligo et ardentes Furiarum faces excitarunt;* *praesertim cum eum frustrata esset spes, cui inhiaverat cupiditat suae blandiens, ut opimae provinciae Proconsuli Quaestor auctoritate senatus adderetur*].

*Ac vide, an facile fieri tu potueris, cum is fa- II. 1

6. Locus hic paulo liberius laudatur a Quintiliano *Inst.* VIII. 3. sub finem sic: *Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit.* Iam simili locutione adversus Clodium utitur Cicero etiam *de Haruspicum resp.* XVIII. [37.]. *Te iudices emiserunt excussum et exhaustum: suo iudicio absolutum, omnium condemnatum.* MAI. *Asteriscis notatum fragmentum incertum adieci e Quinctil. *instt.* IX. 3. p. 164. Cf. *de legg.* I. 14, 40. II. 16, 41. 17, 43. quae paene verbo tenus concinunt cum verbis ex *or. de harusp. resp.* 18, 39. supra laudatis ad *Schol.* 2. Adde *pro Rosc. Am.* 24, 67. *in Pison.* 20, 46. s.

II. 1. *Ac vide ... concessisti*] Verba haec laudata a Quintiliano *Inst.* V. 10. [p. 300. Bip. 301. Capperonn.] ex oratione *in Clodium et Curionem* heic addenda videbantur, quae a codice ambrosiano absunt. MAI. *Post *concessisti* punctum a Maio positum sustuli. Post *cui* abundat *sibi*, ita tamen, ut referatur ad *polliceri*, *cui* ad *concessisti*, np.: *postulare*, *ut sibi* — *pollicerer mur.* Alioqui esse debebat *ei*. Cf. *Verr.* V. 49, 128. *Dexio ..., quae privatim sibi eripuisti, .. abs te .. flagitat.* I. *divin.* 54, 122. *exposuit, quae sibi videbantur*: quae iam comparavit Matthias ad *or. pro Rosc. Am.* 2, 6. extr. Contra ex eiusd. V. *immo vero eo fiebat magis; nec me suffragatore meliore utebatur, quam Clodio. Valebat apud* [cod. *aput*] *vos iudices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria; valebant preces et lacrimae nostrae, quibus ego tum vos mirifice moveri sentiebam; sed plus multo valebat periculorum inpendentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam P. Clodi praeturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? solutam autem fore videbatis, nisi* etc.

SCHOLIA AMBROSIANA.

6. In loco et ipsorum iudicum perstringit infamiam, quorum sententiis fuerat absolutus. Nam partim trecena millia, partim vero secundum opiniones aliorum quadringena accepisse dicuntur.

II. 1. Diximus in argumento per illud tempus Clodium fuisse quaestorem. Opimas igitur provincias cupiditati

6. *In loco*] * np. *suo* vel *opportuno.* An forsitan scriptum fuit: *In ioco?*

II. 1. Solemne est Asconio in commentario provocare ad ea quae dixit in argumento orationis. Sic facit ad orat. *pro Mil.*

ctus non sit, cui tu concessisti* Syriam sibi nos extra ordinem polliceri.

2 [*Cum igitur*] creditoribus suis spem ostentare pro-
3 vinciae videretur, augens magnum quendam cumulum
4 aeris alieni: [*ut*] ingemuit gravius timidior quidam cre-

D. obs. ad eand. or. 34, 95. refutari poterit I. Marklandi in *Locis aliquot ex auctt. Graecis et Latt. explicatis*, Euripidearum Supplicum editioni subiectis, p. 274. proposita coniectura, in Iulii Caes. l. I. *de b. civ.* 35, 4. Massilienses ita loqui debuisse de civitatis suae patronis: *quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helviorum publice sibi* (pro volg. *iis*) *concesserit.*

Syriam] Ipse Clodius Gabinio Syriam deinde regendam dedit, cuius nimirum consulis ope Ciceronem pepulit in exilium. Vide *pro Domo* XXVI. [ad f.] et *de Provinciis consul. et pro Sextio*, atque *in Pisonem* passim. Denique Plutarchum in *Cicerone* [c. 30. pr. p. 875. ad f.]. Et quidem Clodius negabat quemquam ulli publicae rei extra ordinem esse praeficiendum. Vide Cic. *pro Domo* VIII. MAI.

* Meminerit interpres *epist.* 16. *lib. I. ad Att.* §. 21. *Desponsam homini* (np. Pisoni consuli) *iam Syriam ademi.* Ergo sententia haec est: „Quo pacto tu fieri potuisti Quaestor Syriae, cum Piso factus non sit Proconsul eius provinciae extra ordinem?" Obiicienti Clodio, quod Cicero hoc impediverit, videtur hic respondere.

3. *Augens*] *Legebatur *augent.* Scholiastae voc. *defaeneratum* (sic enim scribi malim) ad Clodium spectat, qui non destiterit aes alienum, quo iam premebatur, magno cumulo augere. Insertis vocculis *cum igitur* (2.)

SCHOLIA AMBROSIANA.

suae blandientem dicit in animo habuisse, quasi hoc ab senatu consequi posset, quod ipse rapinarum meditatione gestiret.

2. Et defaeneratum hac in parte significat.

3. *Aeris alieni*] quod non posset nisi omnium provinciarum spoliatione dissolvi.

4. Ne quaesieris eius personam, de quo videtur hoc di-

II. V. XII. [XIII. ed. Schütz.] XXV. Sic igitur et noster Interpres hic et inferius ad orat. *pro Plancio* XV. 1. MAI. * Scholiastae ibi in ed. Hal. p. 561. verba haec sunt: *ut haberet iudices editicios: de cuius forma* [Editor inseruit *et*. Malim *formae*] *acerbitate iam sumus in argumento praelocuti.*

2. Nempe *faenoribus exhaustum.* MAIUS.

4. Simili prorsus modo et locutione utitur Asconius ad *Act.* I. *in Verr.* VIII. Dixerat Cicero: *A quodam senatore ad equitem romanum.* Commentatur Asconius: *Harum nomina quidam inepte quaerunt: quasi certum sit quod dicitur, et non de indu-*

ditor; confirmat se comitiis consularibus Romae futurum. 5

[*Cum vero ipsa iam sortitio provinciarum exspectaretur:*] tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet. 6

et *ut* (4.) nexum quendam indicasse videmur divolsorum fragmentorum. *Ostentare* autem §. 2. utrum ipse Schützius consulto in ed. sua an typographi audacia mutarit in *ostendere*, nescio.

6. *Ne scribam quidem*] *V. *quemquam* Schützii ed. excidit. Ad aerarium in templo Saturni et quaestores et scribae provincias sortiebantur. De scribis testatur Cic. etiam in IV. *Cat.* (Nonis Decembribus in aede

SCHOLIA AMBROSIANA.

cere. Nam generatim fingit, ut desperatio pecuniae recuperandae consternaverit creditores eius, metuentes scilicet revertendi tarditatem.

5. Aculeus est asperitatis. Nam plerisque in locis interversas ab eodem Clodio criminatus est pecunias candidatorum.

6. Aput aerarium sortiri provincias et quaestores solebant et scribae, ut pro certo appareret in quam provin-

stria fingatur a Tullio ad invidiam adversariorum et sui defensionem. MAIUS.

5. *Interversas*] *Legebatur *in perversas*. Coniicitur in Clodium crimen, quasi pecunias a candidatis ad corrumpendas tribus acceptas non comitiorum consularium nomine, sed in aes alienum, cui ipse solvendo non esset, erogaturus fuisset. Eadem in Clodio criminatur oratio *de har. resp.* 20, 42. *unde* (e Gallia) *ut rediit: quaestum illum maxume fecundum uberemque campestrem totum ad se ita redegit, ut homo popularis fraudaret improbissume populum idemque vir clemens divisores omnium tribuum domi ipse suae crudelissuma morte mactaret.* In *Phil.* II. 32, 79. Caesar *perfidiae* arguitur, quod alteri *promissum et receptum intervertit ad seque transtulit* consulatum. Sic ipse Scholiasta noster ad *or. in Vatin.* c. 12. pr. hunc *locupletatum interversa pecunia* dicit. Eandem vim habet *avertendi* verbum *l. I. in Verr.* c. 4. ubi Asconii Scholium in Schützii ed. p. 301. foede corruptum sic legendum: *Quaestores urbani aerarium curabant eiusque pecunias* [non *poenas!*] *expensas et acceptas in tabulas publicas referre consueverant. „Alieno" autem „nomine" dicit Carbonis nomine et exercitus eius; nam consulis et militum eius nomine pecunias ex aerario sumptas avertit.* [Verres] *conversus ad Sullam bellis civilibus. Vel „alieno nomine" ad frumenti emptionem* [non *eruptionem!*], *quod Siculis non persolvit.*

6. Ob hanc locutionem *solebant* cave putes, idcirco nostrum Interpretem abesse multum a

III. 1 [*Atque etiam simulabat se, ut tribunus plebis fieret, contaminatis gentibus, iure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatum relicto, amissis sacris paternis in adoptiva transiturum:*] *quibus iste, qui omnia sacrificia nosset, facile ab se Deos placari posse arbitrabatur.*

Concordiae illa, quae in clivo Capitolino posita erat, habita) 7, 15. *Convenisse video .. scribas universos. Quos cum casu hic dies ad aerarium frequentasset, video ab exspectatione sortis ad communem salutem esse conversos.* Certi autem scribae quaestorii in aerario per totum annum actuariorum et tabulariorum et fiscalium fungebantur officio. V. Plutarch. *Caton. Min.* c. 16.

III. 1. Hunc locum citat Quintilianus *Inst.* IX. 2. [p. 151. ed. Bip.] sub finem. Et quidem codex ambrosianus habet tantum verba *qui omnia sacrificia nosset.* MAI. * Protasin supplevi ex *or. pro domo* 13, 35. Cf. *de legg.* III. 9, 21. extr. *ep. ad Att.* II. 1. anno 693. scripta sect. 4. pr. *Ille* (Clodius) *autem non simulat* (np. ut antea), *sed plane tribunus plebis fieri cupit.*

SCHOLIA AMBROSIANA.

ciam vel cum quo praeside proficiscerentur. Ardorem quendam nimiae cupiditatis volens exprimere, festinasse ad aerarium dixit, ut etiam scribarum praeveniret adventum.

III. 1. Ut incestum significaret, mediam suspendit elocutionem, non ut religionem praetenderet, sed ut crimen.

temporibus Ciceronis, quia videatur de usibus eius aetatis tamquam diu praeteritis aut etiam antiquatis loqui. Quippe ita loqui moris est Asconio in iis commentariis, qui sub eius certo nomine circumferuntur. Vide sis ex. gr. *ad Divin. in Verr.* XV. XVII. *Act.* I^am^ VI. VIII. XVIII. lib. I^um^ I. IV. X. [p. 308. ed. Schütz.] XIX. XXIX. etc. MAI.

III. 1. *Significaret, mediam*] Cod. corrupte *significare medies suspendit elocutionem.* Porro ad loci intelligentiam, confer similem in hac orat. inferius VI. 2. *Notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi.* Et eundem nostrum Interpretem ad orat. *pro Plancio* X. 6. MAI. *Habetur ibi ad Ciceronis verba: *me vel vi pulsum vel ratione cedentem,* hoc scholium: *Prudenter hoc suspendit,* h. e. ambigue locutus est, vel, ut Quinctil. l. l. loquitur, *melius dicendi occasione usus est:* nimirum pro eo, quod aperte elocutus est orator *de har. resp.* 27, 57. *Deorum ignis, solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta et maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra, inexpiabili scelere pervertit.*

**Cum se ad plebem transire velle diceret, sed mi- 2
sere fretum transire cuperet: hanc loquacem Siciliam 3
non despexit.**

SCHOLIA AMBROSIANA.

2. Quoniam patriciis non licebat tribunatum pl. accipere, idcirco se Clodius denuntiaverat in plebeiam familiam transiturum, ut adeptus hanc potestatem de suis inimicis vindicaretur. De freto autem quod ait, illut significat, quo Sicilia ab Italia separatur: in qua se provincia sub C. Vergilio gratularetur idem futurum esse quaestorem.

3. *Loquacem* videtur Siciliam dicere, quod pl*ures* qui*dem* de pecuniis repetundis accusaverant; sed ut scimus ipsum C. Verrem.

2. *Tribunatum pl.*] * Schützius Genitivum *plebis* abiecit.

Freto, — quo Sicilia ab Italia separatur] * Eodem modo *II. ad Att. ep.* 1. sect. 4. quod dixerat Clodius, *se septimo die venisse a f r e t o*, statim explicatur per irrisionem, *e x S i c i l i a septimo die Romam.*

Sub C. Vergilio] C. Vergilius Siciliam obtinebat praetor etiam cum Cicero in exilium profectus est. Namque ita de suo illo itinere scribit Cicero *pro Planc.* XL. [95. f.] *Siciliam petivi animo, quae et ipsa erat mihi, sicut domus una, coniuncta: et obtinebatur a C. Vergilio: quocum me uno vel maxime cum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum respublica sociarat.* Plutarchus in *Cicerone* dicit hunc praetorem *Οὐεργῖνον*. MAI. * In ed. Lips., quae e Celeb. Schaeferi nostri recognitione ap. Weigelium prodiit, c. 32. Frcf. p. 877. pr. recte emendatum est *Γάϊος Οὐεργίλιος*.

3. *Plerosque de pecuniis repetundis accusaverat, et, ut scimus, ipsum C. V.*] Cod. *repetundiis accusaverant, sed ut scimus* etc. Cicero lib. II. *in Verr.* cap. 3. [§. 8. s.] ait: in neminem civitates Siculas ante Verrem testimonium publice dixisse. Quod ibi confirmat Asconius scribens in commentario: *Recte: quia Lepidus legibus tantum interrogatus, necdum etiam coeperat accusari.* Verum causa Verrina acta est anno nono ante hanc Clodianam. Ergo ut Cicero et Asconius (si nos Asconium damus) hic sibi uterque consentent, dicunt Siciliam *loquacem* et *accusatricem multorum* post causam Verrinam. MAI. * Nullo modo hoc planum fieri poterit antiquorum scriptorum testimoniis, a quibus discrepantia unde nata est nisi e V. D. emendatione? Nos codicis vestigia secuti probabiliorem videmur invenisse, qua *loquacis* provinciae patronus (h. e. ipse *loquax* accusator, quo provincia usa patrono erat,) opponitur aliis accusatoribus repetundarum. Pronomen *ipsum* non cum nomine *C. Verris* iungendum (sic enim plane otiosum foret) sed a membro secundario *ut scimus* attractum est pro *sed* (*ut scimus*)

4 [*Iam vero ex iudicio tam egens emissus, quam quidam iudices eius ante illud iudicium fuerunt, et ad aliquod severius iudicium reservatus ut in contionem ad popularem iactationem escenderat aperte victrice nequitia ac libidine exultans et triumphans:*] accesserunt ita pauci, ut eum non ad contionem, sed sponsum diceres advocasse.

4. * Protasin supplevimus e l. I. *ad Att. ep.* 16. §. 19. et Scholiastae *argumento* in fine. Compara similes locos de Catilina in fragmm. *or. in toga cand.* ap. Ascon. ed. Schütz. T. XVI. P. II. p. 212. et in Q. Cic. libello *de pet. consul.* c. 8. med. denique ex *or. de har. resp.* 20, 43. Subiecta sententia orator hoc volt, Quirites metuisse, ne Pulchellus ipsos futuris iudicibus suis sequestres dare vellet. Cf. VI. 2.

SCHOLIA AMBROSIANA.

4. Aere alieno gravatum et supra dixerat Clodium. Solebant autem versuram facientes quasi ad *fidem* solutionis [eius] futurae sponsores dare. Verum hic vo-

ipse (nempe Cicero) *C. Verrem.* Cf. *Brut.* 59, 214. *id quidem fuit etiam in aliis et magnis quidem oratoribus, quos parum his instructos artibus vidimus, ut Sulpicium, ut Antonium* (pro *ut in Sulpicio* etc.); *pro Lig.* 1, 2. pr. *off. I.* 6, 19. *quod in rebus honestis et cognitione dignis operae curaeque ponetur, id iure laudabitur: ut in astrologia C. Sulpicium audimus, in geometria S. Pompeium ipsi cognovimus:* quae constructio orta ex ellipsi infinitivi cum praedicato iungendi *operam curamque posuisse laudabiliter.* Ovid. *Met.* I. 135. Homer. *Odyss.* I. 113. Cf. de his attractionibus doctissimus Krüger in clar. Seebodii *tabulario philologiae* (*Archiv für Phil.*) 1824. II. p. 273. n. **) et IV. p. 654. Ne vero haereat quis in eo, quod iam *sed* spem fallit secuturi Nominativi casus, qui legitime respondeat priori *plures*, cf. observationem harum quoque attractionum ad I. *off.* 7, 22. p. 50. et in *addend.* p. 356. ubi non in triviis decantata attulisse videmur, si quidem novissumus editor novissume novissumam hanc notulam aspersit: „Beierus admiscet aliena de Graecismo in vocula ὡς adhibenda." Itane vero? Nos tamen ineptiarum absolvent aliquanto maiores harum rerum arbitri Hermannus ad Viger. p. 745. Matthias *de anacoluthis in Cic.* in Fr. Aug. Wolfii *analectt. litterar.* vol. II. (fasc. III.) p. 9. s. Steinacker ad *Cic. de re publ.* I. 37. *Si, ut Graeci dicunt omnis aut Graios esse aut barbaros* [pro *omnes aut Graii sunt aut barbari*]: *vereor ne* etc. Krüger l. l. p. 656. 660. 662. Fischer ad Plat. *Euthyphr.* 4. n. 22. et Stallbaum. ibid. p. 4. D. Recte etiam Im. Bekker. in *Polit.* I. (c. 18. extr.) p. 347. edidit: οὗ δὴ ἕνεκα, ὡς ἔοικε, μισθὸν δεῖν (pro δεῖ) ὑπάρχειν. Herodot. II. 56. lin. 4. δοκέειν ἐμοὶ (vulgo δοκέει) ἡ γυνὴ αὕτη . . . πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς.

4. *Quasi vadem*] Cod. videtur

[Quasi vero periculum sit in spondendo pro eo,] cuius satisdationes semper iudicantur induci!

5. In supplemento adhibuimus formulam similem huic in I. *l. de legg.* 4, 12. *si quidem nullum esset in experiundo periculum.* Perinde erit, si scripseris: *Quamquam non erat quod quisquam timeret spondere pro eo.* Deinde pro *indicuntur induci* duce Scholiasta rescripsimus *iudicantur induci*, h. e. *Praetoris iudicio irrita fiunt.* Gai. in *π.* II. 8. (*Qui satisdare cogantur*) fr. 1. *Satisdare dicimur adversario nostro, qui pro eo, quod a nobis petiit, ita cavit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus.* Iam de causa ipsa v. Paulus ib. fr. 6. *Quotiens vitiose cautum vel satisdatum est, non videtur cautum.* Sed habet oratoris dictum simul asperitatem in eos, qui accesserunt ad Clodii contionem, np. in *illam contionalem hirudinem aerari, miseram ac ieiunam plebeculam*, quam notat in illa *ep.* 16. *lib. I. ad Att.* §. 26. pr. tamquam *servos* (cf. ib. §. 16.) et *barbatulos* (h. e. non dum tonsos) *iuvenes* (ibid. §. 16. et *ep.* 2. §. 10. ut ipsum Curionem, quem simili temeritate sestertium sexagies invito patre pro M. Antonio intercessisse dicit Cicero in *Phil.* II. 18, 45.), ideoque fideiussores non modo idoneos, sed ne cives quidem, qui obligationi accedere possint. En enim Ulpiani vv. in *π.* XLVI. 1. (*de fideiussoribus*) fr. 3. *Qui satisdare promisit, ita demum implesse stipulationem satisdationis videtur, si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest et conveniri. Ceterum, si dederit servum aut filium familias, ex quibus causis de peculio actio non datur —, dicendum est non esse impletam satisdationis stipulationem.*

SCHOLIA AMBROSIANA.

lens eius perfidiam denotare, ait non aliter paucos ad rostra venisse, quam si convocasset eos, qui pro se sponderent. Multos enim fefellerat, cum periculo sponsionis adstringeret.

5. Satisdationes dicit rescindi sententia praetoris. Et hoc in loco significat viros, qui stulte timerent pro Clodio mutuante pecuniam spondere, cum saepenumero experti sint multos, sponsores eius hoc nexu liberatos, cum se circumventos illius fraude docuissent.

habere *advem* vitiosa metathesi. MAI. * Parum inter se conveniunt numeri vocc. *quasi vadem — sponsores.* Quamquam non admonito lectore, recte tamen Schützius correxit *ad fidem* et deinceps *futurae solutionis* expuncto pron. *eius*, quod unceis notavimus. Potest item cuipiam in mentem venire *quasi satisdare* (cf. §. 5.) *et* (quae part. annecteret explicationem) *solutionis* etc.

5. *Spondere*] Cod. *spondeant.* MAIUS.

Se circumventos] Cod. *si c.* MAIUS.

6 [*Nunc ego furialibus illis vocibus respondebo, quas tu, o coenum! o labes! o pestis importuna! in contionibus misisti. Nam quae ad fautorem tui flagiti, patroni tui filium, pertinent: quamvis ille operarum ac gregalium tuorum dux in contionibus meo nomine ad invidiam usus sit contumelioseque me laeserit; tamen haec nunc, quantum res patiatur, antiquae, quae mihi cum patre eius adhuc fuit, ami-*
*T" *citiae et necessitudini condonanda potius intel*]"lego 1
quam in absentem esse dicenda.

6. *Furialibus . . . vocibus*] *Has exaudivimus a Clodio in *or. de har. resp.* 18, 39. *Tu cum furialis in contionibus voces mittis.* Convicium Clodio factum est ex *or. pro domo* 18, 47. 10, 26. pr. Altera locutio *in contionibus meo nomine ad invidiam usus sit contumelioseque me laeserit* deprompta est e *l. I. ad Att. ep.* 16. §. 3. et *ep.* 14. §. 15. Puto autem Ciceronem non (ut Scholiasta in *argumento* indicare videtur et ut iam ante illud argumentum repertum censuerant Patricius, Aug. Matthias ad *l. III. ad Att. ep.* 15. §. 5. p. 66.) *Curionem* patrem, senem consularem, sed filium hac oratione perstrinxisse. Quam dissimilis enim hic patris sui fuerit, notavit Valer. Max. IX. 1, 6. *Forum nostrum et patris gravissimum supercilium et filii sexcenties sestertium aeris alieni adspexit contractum famosa iniuria nobilium iuvenum. Itaque eodem tempore et in iisdem penatibus diversa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.* Adiuvare quidem Clodium in senatu C. Curio pater studuerat, quo minus fieret senatus consultum, ut indicat ipse Cic. *l. I. ad Att. ep.* 14. §. 14. et *ep.* 16. §. 3. adeoque ei patronus in iudicio affuit, ut patet in hac *or.* IV. §. 4. sed *operarum Clodianarum ducem* in contionibus C. Curionem adulescentulum barbatulum, *eloquentem, audacem, suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigum, hominem ingeniosissime nequam et facundum malo publico* (qualem describit Vellei. P. II. 48, 3. Plutarch. in *Antonio* c. 2. p. 916. C. Cic. *Phil.* II. 18, 44. s.) demonstrat ipse Cic. *l. I. ad Att. ep.* 14. §. 10. *Cum dies venisset rogationi* (de religione a Clodio violata) *ferendae, concursabant barbatuli iuvenes totusque ille grex Catilinae duce filiola Curionis et populum, ut antiquaret, rogabant.* At hic Curio tunc quidem non dum erat senator, ut patet in *Bruto* 60, 218. Sed quidni P. Clodius quaestor idem concesserit Curioni barbatulo, quod *l. II. ad Att. ep.* 24. §. 9. repraehenditur in C. Iulio Caesare praetore, in *or. pro Sext.* (63, 132.) autem et *in Vatinium* (10, 24.) huic obiicitur, quod *L. Vettium, ut ad ipsius arbitrium peroraret, in contionem produxerit, indicem in Rostris, in illo augurato templo ac loco collocarit, quo auctoritatis exquirendae causa ceteri tribuni plebis principes civitatis producere consueverunt* —? Nihilo minus ampliamus propter Scholiastae testimonium.

[1.] *In absentem*] Ut probabilem sensum exsculperem ita

Primum homo durus ac priscus invectus est in IV.
eos, qui mense Aprili apud Baias essent et aquis cali- 1

scripsi pro eo quod erat in codice *in abgente.* PEYRON.

IV. 1. *Primum homo — Baias essent*] Hoc fragmentum servavit Scholiastes Ambrosianus, qui videtur Asconius, a Cl° Mai editus pag. 73. alter. edit., quem consule de argumento huius orationis. PEYRON. * Uterque cod. *apu t Baias.* Erat hic locus amoenissimus in Campania, maritumus et frequens hominibus, qui eo propter aquas calidas veniebant. *Ad famil.* IX. 12, 1. Strabo V. c. 4. p. 395. ed. stereot. *Μετὰ τοῦτο (τὸ Μισηνὸν) ἐγκολπίζουσα ἡ ἠϊὼν εἰς βάθος ἀένναον· ἐν ᾗ αἱ Βαΐαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια.* Ib. p. 397. (245.) de vicinis *Puteolis: Ῥωμαῖοι μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων (puteis)· οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας (putore) τῶν ὑδάτων ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαΐων καὶ τῆς Κυμαίας, ὅτι θείου πληρές ἐστι καὶ πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων.* In ipso Ciceronis Puteolano, exiguo post obitum eius, *eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii*, quod servavit Plin. XXXI. c. 2. sect. 3. *Homo durus* dicitur, qui *voluptatem severissume contemnit intellegens, quam sit turpe diffluere luxuria et delicate ut molliter vivere, quamque honestum — parce, continenter, severe, sobrie:* ut interpretem adhibeamus Tullium *de off.* I. 21, 71. extr. 30, 106. extr. Martialis XI. 2, 1. s. *Triste supercilium durique severa Catonis Frons . . et regula morum, Quidquid et in tenebris non sumus, ite foras.* Hinc Terent. in *Andr.* I. 1, 47. coniunxit: *pudice, parce et duriter.* Cf. *Adelph.* I. 1, 20. *Priscus* autem, qui *priscorum morum* (quos pro *severitate* novis moribus *luxuria* corruptis opponit etiam Valer. Max. IX. 1, 5.) et simplicitatis exemplum est, qui prisci saeculi ingenium refert, *τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὅτε σωφροσύνη 'νενόμιστο*, ut ait Aristophanes in *Nub.* 960. s. V. Vulpius ad Catull. LXIII. 159. p. 238. *Saeva quod horrebas prisci praecepta parentis*, et Vossius ad eund. p. 209. Ilgen, V. S. Rev., ad Virgil. *Copam* 34. p. 58. s. *Ah pereat, quoi sunt prisca supercilia.* Horat. *Od.* III. 21, 11. *Catonis prisci virtus* (np. Uticensis). Idem significat *vetus.* V. Delrius ad Senecae *Hippol.* 796. *Pondus veteris triste supercilii.* Cic. *Act. I. in Verr.* 10, 30. eosdem vocat primum *iudices tristes* (i. q. *severissumos*) *et integros*, deinde *homines veteres*, h. e. Asconio interprete *graves et severos.* Meliore sensu, ut ap. Virg. Aen. VI. 879. *prisca fides*, dicitur l. III. *de re p.* c. 5. *Cum et ipse sis quasi unicum exemplum antiquae probitatis et fidei* et in Ennii versu laudato ib. V. 1. et ap. Augustin. *C. D.* II. 21. *Moribus antiquis res stat Ro-*

SCHOLIA AMBROSIANA.

IV. 1. Consuetudo erat multis ineunte verno ad aquarum, quae sunt in Campania, velut fomenta salubria convenire. Igitur intulit personam Clodii quasi priscae severitatis et continentiae viri, cui displiceant et quae non

dis uterentur. Quid cum hoc homine nobis tam tristi
2 **ac severo? Non possunt hi mores ferre hunc tam au-**

mana virisque. Sed asperitas *senum* in proverbio est. Sic ap. Catull. V. 1. ss. *rumores senum severiorum.* Item *senectus* et *senium* pro morositate et severitate iocos ludosque omnes aspernante dicitur Horatio in *Epod.* XIII. 5. *dum virent genua et decet, obducta solvatur fronte senectus*, ubi Ill. Mitscherlich. comparat Senecae *Hippol.* 915. *Ubi vultus ille .. morumque senium triste et adspectu grave?* Iam in Aristoph. *Nub.* 989. dicitur *prisci hominis* esse *βαλανείων ἀπέχεσθαι*, np. *θερμῶν*, quibus non utebantur nisi homines delicati et molles, quorum patronus adversus illum ibid. 1042 ss. sic loquitur:

> *σκέψαι δὲ τὴν παίδευσιν, ᾗ πέποιθεν, ὡς ἐλέγξω·*
> *ὅστις σε θερμῷ φησὶ λοῦσθαι πρῶτον οὐκ ἐάσειν.*
> *Καὶ τοι τίνα γνώμην ἔχων ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά;*

Respondet duriter vivendi auctor:

> *ὁτιὴ κάκιστόν ἐστι, καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα.*

Cf. Hermippus Com. ap. Athenaeum I. c. 14. p. 18.

> *Μὰ Δί' οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.*

Caelii accusatores, ut est in or. pro eo 15, 35. iactabant *libidines, amores, adulteria, Baias, actas, convivia, comissationes, cantus, symphonias, navigia;* et 16, 38. *meretricio more vivere* dicitur mulier, *cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commeurent.* Add. Des. Erasmi *adagior.* chiliad. III. cent. I. n. 61. *ἀκαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακευνίαις*, ed. Froben. a. 1551. p. 649.

Tam tristi] *i. q. *austero.* Vid. annot. ad I. *off.* 30, 108. p. 232. Cf. Seneca *ep.* 123. *Istos tristes et superciliosos alienae vitae censores, suae hostes, publicos paedagogos, assis ne feceris.* Quem in *or. pro Caelio* 16, 37. *patrem Caecilianum* (in Caecilii Statii comoediis introductum) *aliquem vehementem atque durum* dixerat: huic *tristi ac directo seni* respondetur §. 38. pr. Ad interrogationis ellipsin suppleveris: *rei* vel *negotii est*, ut mox §. 2. extr. Martial. I. 77, 11.

2. *Non possunt hi mores ferre*] *Cod. *hii.* Similiter exclamat Plautinus ille in *Bacch.* III.

SCHOLIA AMBROSIANA.

ad delicatam voluptatem, sed ad valetudinis optinendae curam fieri soleant, cum sit ipse omnium libidinum cupiditatibus deditus. Et hinc fiet gradus ad ipsius Ciceronis Puteolanas possessiones, in quas devertere ad oblectamentum solebat. Removit ergo impudentiam repraehendentis a moribus suis, ne vel superbus vel nimium delicatus habeatur.

2. *Per quem — servire.*] Congesta et copiosa defensio

IV. 1. *Reprehendentis*] Ita cod. sine diphthongo, sed alibi aliter. MAIUS.

Delicatus] Cod. *delictus.* MAI.

sterum et tam vehementem magistrum, per quem hominibus maioribus natu ne in suis quidem praediis inpune tum, cum Romae nihil agitur, liceat esse va-
2 letudinique servire. Verumtamen ceteris possit ignoscere; [ei] vero, [*qui villam habeat*] in illo loco, nullo modo. „Quid homini", inquit, „Arpinati cum Bais, agresti ac rustico?" Quo loco ita fuit caecus, 3
ut facile appareret vidisse eum quod fas non fuisset:

3, 33. *Alii nunc sunt mores*, et Cicero *pro Caelio* 17, 40. *Chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt.* Cf. ib. c. 18, pr.

Per quem hominibus — servire] Hoc item fragmentum est in Scholiaste Ambrosiano p. 74. qui legit *tunc cum.* PEYRON. *Idem Schol. non habet voc. *inpune.* Cicero tum annum agebat XLVI. Negat autem se ad Baias fuisse, sed in villa Puteolana. Peyron laceras codicis reliquias in imagine quidem posuit p. 65. a.***SITIGNOSCERE**UERO et vacuam praeterea lineolam quindecim ad octodecim litterarum. In castigata autem editione plane omisit. Nos resarcivimus.

[2] *Quid homini inquid*] Hanc altercationem narrans Cicero in epistola XVI. lib. I. ad Atticum inquit: „Surgit [*„Surgit", inquit,*] pulchellus puer: obiicit mihi, me ad Baias fuisse. Falsum; sed tamen quid hoc? Simile est, inquam, quasi in operto dicas fuisse etc." Quae quum conceptis verbis non habeantur in nostro fragmento, statuo editam Orationem discrepasse ab Oratione recitata; quod certissimum est de aliis orationibus. PEYRON.

3. *Ita fuit caecus — non fuisset*] Hunc locum illustrat Cicero *de Harusp. resp.* XVIII. qui

SCHOLIA AMBROSIANA.

est in ipsa propositione: ut eorum moribus nihil oporteat exprobrari, qui certo tempore anni salubres aquas petant; vel quia aetate provecti sint, quae ferme valetudo parum fida est; vel quia in suis praediis demorentur, quod est legitimae honestatis; vel quia eo tempore, quo sint Romae omnia quietissima, ne quis hoc ad fugiendum laborem civilium rerum facere videatur; vel quod sit omni modo valetudini serviendum, quae non minus ipsis senatoribus, quam rei publicae necessaria sit, ut fortius possint obire munia, quae gerenda sunt.

3. *Ita fuit caecus, ut facile appareret vidisse eum quod fas non fuisset.*] De Appi enim Caeci familia ge-

2. *Exprobari*] Ita cod. uti in orat. *de aere alieno Milonis* II. 6. *exprobare.* MAI. *Cum Illustr. Schützio et Peyrone correximus *exprobrari.*

4 **nec enim respexit illum ipsum patronum libidinis suae non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere, quae gustu tamen Arpinatis fuissent. Sed videte metuendam inimici et hostis bilem et licentiam! Is me dixit aedificare; ubi nihil habeo, ibi fuisse. Quomodo**

loquens de eodem hoc stupro Clodii, sic ait: *Aut* [*nisi forte tibi ignotum putas,*] *quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti. Quis enim ante te sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam poenam, quae sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obesset caecitas plus, quam libidinis? Ne id quidem sentis, conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse?* Confer etiam *de Domo* XL. [105.] MAI. *Cf. de superstitiosa illa opinione Behotius *apophoretor.* l. II. c. 9. p. 88. s. *Caecus amentia* Clodius dicitur in *or. de har. resp.* 23, 48.

4. *Illum ... suae*] Haec verba, demto *ipsum*, recitat Scholiastes Ambrosianus, atque illustrat. Quare lux iam affunditur verbis Epistolae XVI ad Atticum superius recitatis, uti apposite animadvertit Cl^us Mai. Scilicet ait Cicero: quid mihi Arpinati balneas obiicis? obiice potius patrono tuo Curioni, qui Arpinatis hominis fundum et aquas concupivit. PEYRON. *Cod. Taur. *apu t Baias et Harpinatis.* Ceterum *gustu* pro Dativo acceperim, ut dicitur *suo usu* pro *usui.*

Aedificare] Cicero *ad Attic.* IV. 5. „Hi subringentur qui villam me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio me emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me aedificare, vendere aiunt oportuisse." PEYRON. *Ista vero epistula scripta post exilium est a. u. 697. Pseudo-Sallustius in *declamatione in Cic.* ante med. *Post consulatum cum Terentia uxore . . legis Plautiae iudicia domi faciebas; ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas; cum tibi alius Tusculanum, alius Pompeianam villam aedificabat, alius domum emebat. Qui vero nihil poterat, is erat calumniae proxumus . . . Redde rationem, . . qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu aedificaveris.*

Ubi nihil habeo] *Ante haec verba distinxi. Respondet enim seq. *ibi.* Sed *nihil* videtur mu-

SCHOLIA AMBROSIANA.

nus trahebat. Et praecipitem volens significare atque temerarium, resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in operto Bonae Deae videbatur, quo viris ingredi non liceret: quasi poenam criminis sui luere iam coeperit nihil providendo quod dicat.

4. *Illum patronum libidinis suae*] C. Curionem, qui de proscriptione Syllana fundum emerat in Campania, qui Marii nuper fuerat et ipsius Arpinatis. Quo se exemplo facillime Cicero purgavit, non esse id in se re-

enim non *[mirer]* amentem adversarium, qui id obiciat, quod vel honeste confiteri vel manifesto redarguere possis?

3 **Nam rusticos ei nos videri minus est mirandum, qui manicatam tunicam et mitram et purpureas fascias** V. 1

tandum in *villam*. Etenim criminationi de Bais responderat Cicero se in suo istic praedio fuisse indignatus hoc non impune licere. Codicis litterae sic sunt comparatae, ut facile *nihil* legi potuerit, quod erat *villam*.

Quomodo enim non mirer amentem] *Sic supplevi lacunam litterarum QU*** || *ENIMNON *** || **PATENTEM, in quo extremo voc., nisi me divinatio fallit, litt. *R* accepta est pro *P*, tum vero *M* pro *T*. Cf. *Phil.* II. 4, 9. pr. *Quid est enim minus non dico oratoris, sed hominis, quam id obiicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui obiecerit? At ego non nego: teque in isto ipso convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae:* et ibid. §. 8. pr. *stultitiam incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte?* Fateor tamen hic etiam cum ironia dici potuisse *prudentem adversarium*. In fine autem interrogationis signum adhibui. *Obiciat* scribitur, ut in *or. pro Tullio* 30. *deiceretur*.

V. 1. *Manicatam tunicam*] *Tunicae manicatae* exprobrantur viris etiam *Aeneid.* IX. 616. *Et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.* tum *Thebaid.* VII. 657. *Brachiaque in manicis, et pictae vincula plantae.* MAI. * Cf. ad Aeneid. l. Germanus. A Cic. in *Catil.* II. 10, 22. notantur pueri lepidi ac delicati, qui amare et amari, cantare et saltare didicerunt: *quos pexo capillo* [hic virgula inserenda] *nitidos, aut imberbis aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis.* Reprachenditur ibi, quod ab improbis luxuque diffluentibus adulescentibus praeter communem consuetudinem fieret. D. Augustinus l. III. de doctrina Christiana: *Talares ac manicatas tunicas habere apud Romanos flagitium erat.* Nam colobiis utebantur antiqui: qua de re Gellii l. VII. totum caput 12. huc pertinet. Tunicae manicis carebant. Ideo Suetonius de *Iulio Caesare* c. 45. ad f. dixit:

SCHOLIA AMBROSIANA.

praehendendum, quod municipi suo C. Mario consulari numquam fuerit infame.

V. 1. *Nam rusticos ei nos videri minus mirandum est, qui manicatam tunicam.* Et relicum.] Mixta re-

4. Hinc iam explicari videtur Ciceronis locus (superius in Monito) cuius sensum nondum interpretes adsecuti fuerant. Ait sibi Cicero Clodium sibi obiecisse delicias. *Quid, inquit, homini arpinati cum aquis calidis? narra, inquam, patrono tuo, qui arpinates aquas concupivit.* Curio Clodii patronus emerat fundum, qui Marii arpinatis fuerat. MAIUS.

habere non possumus. Tu vero festivus, tu elegans,

Usum (ferunt) *laticlavo ad manus fimbriato:* animadversum enim significat non modo, quod ad manus demitteretur, verum etiam, quod fimbriatus esset Caesaris latus clavus, observante Aldo Manutio in Quaesitis per epist. l. III. ep. 2. *de tunica Romana* in Gruteri *Lamp.* T. IV. p. 290. — 292.

Mitram] * Etymol. M. p. 533. s. ed. Lips. *Μίτρα λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀνάδεσμος,* h. e. vitta, qua coma religabatur. Antipater Sidon. in *anthol. Palat.* VII. 423, 4. LXXXIX. *analect. Brunck.* T. II. p. 31. Cff. Ill. Iacobsii *Animadvv.* XII. 407. s. Propert. IV. 5, 7. Ovid. *Fast.* III. 669. Graevii lectt. Hesiodeae c. 23. ad *Theog.* 915. in Loesneri ed. p. 635. Ut effeminatorum marium, sic etiam fuit Bacchi insigne. V. et Servium et Emmenessium ad Virg. *Aen.* IV. 216. In Stat. *Theb.* 794. ss. ait Arcas: *Non me Thyas genitrix famulata Lyaeo edidit, haud unquam deformes vertice mitras induimus.* V. et ibi Barthium pag. 1087. et in *Advers.* XXXIII. c. 20. Orellium, V. D., ad Arnob. II. 23. T. II. p. 33. et praecipue in *Appendice* p. 23. Romanis erat ignota. Hinc Iuvenal. III. 67. *picta lupa barbara mitra;* et Seneca *Herc. fur.* 471. *Mitra ferocem barbara frontem premens.* Dicitur *Sidonia* Propert. II. 29, 15. *Tyria* Senec. *Oedip.* 418. *Lydia* Propert. III. 17, 30. Pindar. *Nem.* VIII. 25. *Maeonia* Virg. *Aen.* IV. 216. Gallis matris Phrygiae tribuit Apulei. *Metam.* VIII. post med. p. 214, 5. ed. Elmenh. Persas Theocritus XVII. 19. vocat *αἰολομίτρας.* Contra in Herodoti *Polyhymnia* (VII. 62, 9.) a Persis distinguuntur *Cissii* tamquam *μιτρηφόροι*, sed ipsi *viri.* Virgilii *copa* v. 1. dicitur *caput Graia redimita mitella*, quia usus eius in Graecia et magna parte Asiae, ubi lingua Graeca et mores Graeci regnabant, admodum frequens erat: quae ibi observatio fluxit ex docta Ilgenii copia p. 24. Catullus *epithalam.* (LXIV.) 63. 65. de Ariadne:

Non flavo retinens subtilem vertice mitram;
Non tereti strophio lactentes vincta papillas.

Plin. *H. N.* XXXV. c. 9. sect. 35. *Polygnotus Thasius primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit.* Cf. *Comment. ad Pictur. Herculan.* T. II. tab. XVIII. p. 116. et Visconti in Museo *Pio-Clement.* T. III. p. 29. Bene igitur convenit psaltriae Graecae, cuius ad tibiam vel cornu in *secretis Bonae Deae saltasse* mulieres indicat Iuvenal. VI. 314. s. II. 90. Quamquam etiam Anna rustica, postea dicta Perenna, in Ovid. *Fast.* III. 669. dicitur fuisse *levi mitra canos redimita capillos;* sed pro quavis vitta dici potuit.

Purpureas fascias] * Apud Sueton. *Calig.* 17. *purpurae ac conchylii fasciae* distribuuntur feminis et pueris. Vid. Salmas.

SCHOLIA AMBROSIANA.

sponsio et facetiis urbanitatis et asperitatis virulentia non sine [χλευασμῷ]. Definit enim rusticos et urbanos ita,

V. 1. *Asperitatis* aculeis *non sine lenitie*] Codex habet: *Mixta responsio et facetis urbanitatis et asperitatis video lenitie*

tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare corpus potes.

ad Lamprid. *Alex. Sev.* c. 40. *Ernestus* in *clavi* p. 522. a. et in Schützii *lex. Cic.* II, II. p. 294. Sunt *crurales* (περιδυκελίδες) et *pedules* (περιπεζίδες) v. *tibialia*, περιειλήματα ποδῶν. V. Casaubonus ad Sueton. *Octav.* c. 82. p. 430. ss. ed. Wolf. Dempster in *Paralipomenis* ad Rosin. *de antiqq. Romann.* l. V. c. 35. p. 927. C — 928. B ed. Schotti. Viri lautiores et molliores vinciebantur candidis fasciis: unde Cicero de Pompeio II. *ad Att.* 3. pr. *Mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant.* Cf. Phaeder V. f. 7, (88,) 36.

[3.] *Tu vero festivus — vocem potes*] Huius fragmenti pars laudatur a Rufiniano *de figur. sent.*, pars alia a Nonio ad v. *elegantes*, ita tamen, ut Nonius legat *psaltriae, qui levare vultum, mollire vocem potes.* PEYRON. *Ap. Nonium scribitur item *eligans.* Atque etiam II. *N. D.* 28, 72. in cod. Uffenbachiano scribitur a manu 2. *eligantes ex eligendo, tamquam a diligendo diligentes.*

Urbanus] De hoc vocabulo, quod Cicero novum credebat, vide Quintilianum VIII. 3. 691. PEYRON.

Incessus psaltriae] * Iul. Firmicus l. VIII. *Mathes.* c. 7. *Hi etiam demptis pilis corpus suum in feminei corporis imaginem transferent, quorum vestes quoque ad muliebris cultus similitudinem excolentur. Hi molliter ambulantes vestigia sua cum delicata quadam moderatione suspendunt.*

Attenuare vocem] * Aristoph. in *Nub.* 977. ed. Herm. (973. Inverniz.) appellat μαλακὴν φυράσασθαι τὴν φωνήν.

Levare corpus] Nonio teste *levare* pro *minuere* attenuare accipitur; Galli dicunt *taille fine.* PEYRON. * Nempe priore syllaba correpta. Hic autem producitur. Licet vero recte scribi putem *levare* a Gr. λεῖος· tamen ad codicis Taur. fidem ab ipso inventore (quod miror) neglectam reposui *laevare*, np. resina, quae evellendis e corpore pilis adhibebatur, vel pumice. Ab Arnobio II. 41. extr. taxantur, qui *nec in formis erubescunt masculorum calamistris vibrare caesariem, cutem corporis levigare omnique alio cultu vigorem virilitatis et exponere et in habitum feminarum delitiasque mollire.* Citatus ibi He-

SCHOLIA AMBROSIANA.

ut in se ingenium sobriae virtutis, in Clodio indicia foeditatis et dedecora proscribat.

non sine. Tum sequitur spatium. Et nota vocabulum *lenities*, nisi forte locus mendosus est. MAI. * Nos corrupta vv. *video lenitie* contraximus in *virulentia*, i. q. *viro*, et in vacuum locum reposuimus voc. Graecum ab indocto amanuensi omissum, ut in argumento statim ab initio. Nam seqq. laudantur a Rufiniano p. 24. (in Capperonnerii *Rhetorr. latt.* p. 30.) tamquam ironiae exemplum, cuius prima species enumeratur *chleuasmus* s. *epicertomesis:* quae *figura risum excitat et severe proposita*

O singulare prodigium! Ad, o monstrum! nonne te huius templi, non urbis, non vitae, non lucis pudet?
2 Tu, qui indutus muliebri veste fueris, virilem vocem audes emittere, cuius inportunam libidinem et stuprum eum scelere coniunctum ne subornandi quidem mora
3 retardavit? Tune, cum vincirentur pedes fasciis, cum

raldo Athenaeus l. XII. p. 529. depingit Sardanapalum *ἐψιμμυθιωμένον, γυναικείαν στολὴν ἔχοντα, καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ καταϰεκισσηρισμένον*. Cf. P. Africanus Pauli F. in or. in P. Sulpicium Gallum ap. A. Cellium VII. 12. *Nam qui cotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cuius supercilia radantur, qui barba volsa feminibusque subvolsis ambulet, qui in conviviis adulescentulus cum amatore cum chiridota tunica inferior accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit, eumne quisquam dubitat quin idem fecerit quod cinaedi facere solent?* Eiusmodi homo Iuvenali notatur VIII. 16. *tenerum attritus Catinensi pumice lumbum;* ib. 114. s. Rhodiorum et Corinthi *resinata iuventus cruraque totius levia gentis;* IX. 95. *pumice levis*. Addendus Suetonii *Iul. Caesar* c. 45. Martiali XIV. 205. desideratur *aetate puer, non pumice, levis.* Idem III. 74, 1. notat *psilothro* usos.

[4.] *Ad o*] Pro *at o*. PEYR. *V. novum *or. pro Milone* fragmentum supra ad I. 3. ascriptum et obs. ad *or. p. Tullio* §. 26. pr.

Non lucis pudet?] **In Catil.* I. 6, 15. *Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus?*

2. *Muliebri veste*] *Clodium ita indutum graphice describit Cicero etiam *de Harusp. resp.* XXI. [§. 44.] MAI.

3. *Tu ne*] Nonius: „Calantica est tegmen muliebre, quod capiti innectitur. M. Tullius in Clodium: Tune cum vincirentur pedes fasceis, cum calanti-

SCHOLIA AMBROSIANA.

2. *Tu qui indutus muliebri veste fueris,*] Videtur enim Clodius habitu muliebri sexum mentitus penetrasse domum C. Caesaris, ut incestum sub hac fraude committeret. Id describitur * * *, ut omnia lineamenta turpitudinis detegantur.

3. *Cum calautica capiti accommodaretur*] [*Ornamenti*] genus, quo feminae capita velabant, hoc nomi-

vafre excutit, eludens personarum aut rerum comparationem.

2. * * *] Spatium unius versus relinquitur in codice. MAI. *Deinde scriptum *liniumenta* correxit Schützius.

3. *Ornamenti*] Spatium est in codice, quod iure replevimus vocabulo *ornamenti*, quia Ulpianus loco supra laudato recenset *calauticam* inter ornamenta muliebria. MAI. *Ill. Schützius re-

calautica capiti accommodaretur, cum vix manicatam

eam capiti accommodares?" Et paulo infra: „Strophium est fascia brevis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum... Tullius in Clodium: Cum strophio accurate praecingere." Scholiastes Ambrosianus illustrat fragmentum a se quoque servatum. PEYRON. Locum laudat Nonius ex oratione *in Clodium* voc. *calantica* et *strophium*. Codex autem ambrosianus habet tantum verba *cum calantica capiti accommodaretur*, quae paulo immutavit Nonius sic, *cum calanticam capiti accommodares*. Iam *calautica* non *calantica* hic et inferius habet codex noster antiquissimus. Et quidem ita quoque Ulpianus [*U. quoque*] in *Digestis* lib. XXXIV. tit. 2. leg. 25. [§. 10.] Vide etiam Vossium in *Etymol.* et Vinetum in notis ad Auson. *Perioch.* V. *Odysseae*. Glossarium Philoxenianum habet *cacautica*, quod vocabulum ibidem explicatur εἶδος ζώνης. MAI.

Calvatica] *Calantica* est apud Nonium l. l. et Ausonium Perioch. 5; eadem scribitur *calautica* in Scholiaste Ambr., et Ulpiano [*et Nonio Merceri c. 14. n. 2.*]. Scriptura Taurinensis *calvatica* verior videtur, quippe quae propius accedit ad *calvam* superiorem capitis partem, quod est germanum calvaticae etymon. PEYRON. *Forma vocabuli manifestat stirpem Graecam. Nam verbo hybrida usus videtur Lucilius l. XXVI. ap. Nonium II. n. 218. „*Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere, decalauticare*," [i. e. *quasi detrahendo calauticam spoliare*] „*eburno speculo depeculassere.*" Descendit, nisi me coniectura fallit, ab inusitato etymo verbi καλύπτω, a quo formatum est etiam κάλυξ, fortasse etiam, quamvis diversa quantitate, Lat. *cāligo* et *căliga*. Αὖς, αὐτός est forma Cretica pro volg. οὖς, οὐτός. Inde fit *auris* et *audio*. Ab hac originatione prope ab-

SCHOLIA AMBROSIANA.

ne ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: „CUM MITRIS, CALAUTICIS". Inpudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur. Atque ita se et in historia temporis huius commemoratio habet. C. Caesaris, Pontificis Maximi, Praetoris domi sacrificium sollemne pro populo fiebat. Huc vir ornatu muliebri quod introierat, sacrificium instauratum est. Res ad senatum delata est. Patres conscripti decreverunt, de ea re non aliter quam de incestu

posuit *operimenti*. Quid vero, si iterum exciderit voc. Graecum, e. g. κρηδέμνου vel κεφαλοδεσμίου s. ἐπιβολαίου?

Afranius] Terentii paene aequalis, elegantissimus fuit togatarum scriptor. In eius fragmentis, quae supersunt, laudantur aliquot loci ex *Consobrinis*: verum hic erat adhuc ineditus. Codex autem evidenter habet *mithris*, non *mitris*. MAI. *Seq. *decoris* facile nasci potuit e *dedecoris*.

Decreverunt] *Illustr. Schütz. addidit *ut*, quod facillume post

tunicam in lacertos induceres, cum strophio accurate

fuit Salmasius ad Solin. p. 892. b B. explicans καλυπτικήν. Cf. Vossii *etym.* p. 91. In Philoxeni *glossario* p. 32, 18. Vulcanius correxit item *calautica.* Gothofredo eadem videtur, quae *mitra*, cum Servio ad *Aen.* IX. 616. V. Cuiacii l. X. *obs.* 17. in fine. Meursii *critic. Arnob.* p. 147. et 273. b. Ab ipso Arnobio II. 23. hae vestes memorantur: *mitra, strophium, fascia, pulvinus, muccinium, laena, calantica:* ubi recte Meursius *calautica.* Vix crediderim Ill. Böttigero in *Sabina* I. p. 143. noctu tantum in lecto gestatam et e boum vesica confectam docenti e Martialis l. VIII. epigr. 33, 19. *Fortior et tortos servat vesica capillos.* Et ibid. et in l. *Die Aldobrandinische Hochzeit* p. 79. et 150. comparat V. D. Graecorum κεκρύφαλον. Recte Hadr. Iunius interpretatus videtur tegmen capitis muliebris in humeros usque demissum. Videtur enim fuisse ricae genus.

Strophio] * Ap. Nonium in Merceri ed. 1. corrupte scribitur *fascea brevis, quae virginalem horrorem cohibet papillarum.* Parthenius ad Catullum 238. B. citat *errorem.* Recentiores legunt *turgorem.* Commode sane. Facilius etiam possis *tumorem* cl. Martial. VIII. 64, 10. Suspicor tamen legendum *sororem c. papillarum*, h. e. *mammas sororiantes.* Ad germanam voc. tralatum demum videtur. Si *sursum* est ὀρσόν ab ὄρω vel ὄρσω· quidni ab ὀρσόρω *sŏror, sŏrōris?* Antistius tamen Labeo ap. Non. *Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur.* Excusabunt aequi lectores etiam errorum periculis, quid veri simile sit, indagantem. Reiecta Nonii interpretatione Ernestus in *clavi* p. 760. s. vel in Schützii *Lex. Cic.* T. III. P. III. 287. interpretatur zonam *teretem* s. cestum acu pictum, quo mulieres pectora succingebant eoque epistulas saepe aliasque res leviusculas conservabant. Sed ab ipsa zona distinguendum est *strophium*, ταινίδιον, *fascia* Ovidio *art. am.* III. 274. *mammillare* Martiali XIV. 66. Cff. Dempster in *Paralipom.* ad Rosin. *antiqq. Romm.* l. V. c. 35. p. 928. C. — 929. A. Ill. Bötti-

SCHOLIA AMBROSIANA.

quaereretur. Eo crimine reus factus est P. CL. Pulcher delatore L. Lentulo, qui consul fuit post cum C. Marcello, subscribentibus Cn. et L. Lentulis. Aurelia Cae-

—*nt* excidere potuit, non tamen utique necessarium videtur.

Consul . . cum C. Marcello] Scilicet anno Urbis DCCV. MAI. * Accusaverat Clodium *Lentulus* (v. *or. de harusp. resp.* 17, 37.) tribunus plebis (ut legimus in *l. I. ad famil. ep.* 10. volgo 9. §. 44. et ap. Plutarchum in *Iul. Caes.* c. 10.) accusator constitutus ab ipso Caesare, ut significatur in Plut. *Cicerone* c. 28. extr. E tribus Lentulis, a quibus incesti crimine accusatus fuerat, unum postea *ambitus reum* ipse *patrocinio suo protexit P. Clodius Pulcher*, ut narrat Valer. Max. IV. 2, 5. Paulo ante commemorationem *sacrificii instaurati* Scholiasta habet ex *l. I. ad Att. epist.* 13. §. 8.

praecingerere, in tam longo spatio numquam te Appi Claudi nepotem esse recordatus es? Nonne, etiamsi omnem mentem libido averterat, tamen ex"[iturum "T*

ger in *Sabina* I. p. 84. 184. s. 197. II. 93. s. 114. ed. II. Clemens Alex. p. 245. Ceterum in Peyronis ed. vitiose excusum est *praecingere* contra fidem cod. in quo est *praecingerere;* idemque ap. Non. in Merceri ed. 1. Cf. de hac deponentium forma Ciceroni usitatiore l. III. *in Verr.* 91, 213. *imitarere; pro domo* 13, 34. extr. *adoptarere; in Vatin.* 11, 26. *colloquerere; in Pis.* 38, 94. *hortere; ad fam.* III. 7, 5. *arbitrabare;* II. 1, 4. *aspernabere;* cum *annot.* paenult. ad *or. pro Tullio.*

Appi Claudi nepotem] *pro *trinepote:* nam *nepos* fuit *C. Claudii.* Tritavus autem *Appius Caecus* fuit. Non secus per *κατάχρησιν* in or. *de har. resp.* 18, 38. *Appius Caecus* P. Clodii *abavus* dicitur: quod miror propria verbi vi accipi potuisse ab Ernesto in *clavi* p. 135. a. et in Schützii *indice hist.* p. 134. itemque ab Angelo Maio supra ad IV. 3. securis de loco in *or. p. Caelio* 14, 33. 34. ubi aperte dicit se ante *atavum* Clodii fuisse. Error inde fluxit, quod *C. Claudium Pulchrum Lentulum,* Clodii avum, confuderunt cum C. Claudio Centhone, Caeci F. Rursus Ernestus p. 136. a. eiusque vestigiis insistens Schützius p. 136. illum Clodii avum COS. a. V. 623. confundit cum C. Claudio Cos. a. V. 661. Scilicet uterque collegam habuit *M. Perpernam.* Sed sic Appius Claudius *minor,* Clodii pater, tertio iam anno post patris consulatum praetor fuerit a. V. 664. V. Eliae Reusneri *Γενεαλογικὸν Romanum* II. 16. p. 16. s.

Nonne — ex . . . ?] * Supplevimus extrema ex *or. pro domo* 40, 105. Ultimi verbi fragmentum potuit etiam sic suppleri: *e x ornantes undique atria maiorum tuorum imagines.* Cf. Iuvenal. VIII. 19. seq. et 9. seqq. Exprobrationem ipsam conformavimus ad exemplum *or. Catilinariae* III. 5, 10. extr. *Imago avi tui, clarissimi viri, . . te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.* Si quis maluerit, sententiam sic concludat: *e x tinguere ac comprimere furoris tui atque incesti amoris flammam imagines maiorum tuorum ipso gravitatis suae aspectu debuerunt?* Valer. Max. V. 8, 3. extr. *Videbat se in eo a t r i o consedisse, in quo Imperiosi illius Torquati severitate conspicua imago posita erat: prudentissimoque viro succurrebat e f f i g i e s m a i o r u m cum titulis suis idcirco in p r i m a a e d i u m p a r t e poni solere, ut eorum*

SCHOLIA AMBROSIANA.

saris mater testis in iudicio citat*a* est. Ea pro testimonio dixit, suo iussu eum esse dimissum. Idem dixit Iulia soror Caesaris. Et tamen post haec absolutus est.

In iudicium accita est] Cod. *in iudicio ita est.* Fortasse igitur scribendum: *Aurelia Caesaris mater testis in iudicio: ita est, ea pro testimonio dixit, suo* etc. MAI. *Pro mutilo *ita* reposui *citata* (*est testis*) e Suetonii *Iulio* c. 74. quem ipsum locum respicere videtur Scholiasta.

per atrium imagines maiorum tuorum te a tanto scelere etiam mutae revocare debuerunt? Quem enim umquam audisti maiorum tuorum, qui et sacra privata coluerunt et publicis sacerdotiis praefuerunt, cum sacrificium Bonae Deae fieret, interfuisse? neminem; ne illum quidem, qui caecus est factus.]
4 **Sed, credo, postquam speculum tibi adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti.**

virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur. Sallust. *de b. Iug.* c. 4. *Saepe audivi . . civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere: cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi.* Plin. l. III. *epist.* 3. ad fin. de puero erudiendo: *Admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat.* Appius Caecus ad Clodiam de huius *patre, patruo, avo, proavo, atavo* ap. Cic. in *or. pro Cael.* 14, 34. *nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea Q. illa Claudia aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? . . Cur te fraterna vitia potius, quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris, tum etiam in feminis repetita moverunt?*

4. Nonius voc. *longe* et *speculum* laudat item hunc locum ex oratione *in Clodium et Curionem.* MAI. *Utroque loco transposita leguntur vv. *tibi speculum*; sed minus commode.

SCHOLIA AMBROSIANA.

4. Festivissime simul et nobilitatem generis infamatam et mores femineos in speculi contemplatione detexit, quo ferme ad explorandam curae [**figurae?**] suae diligentiam mulieres uti solent. Ergo et inliberalem figuram probro dedit et maiorum suorum dissimillimum contestatus

4. *Inliberalem figuram*] Inliberali figura praeditum Clodium diserte aiunt hic Cicero et noster Auctor commentarii, qui idem repetit ad orat. *de aere alieno Milonis* II. 6. [* Ciceronis verba: „*Non pudet? Sed quid pudeat hominem non modo sine pudore, verum omnino sine ore?*" interpretatus hunc in modum: *Multa cum acerbitate insurrexit et inpudentiam sive infamem turpitudinem sive deformitatem voltus volens exprobrare* (cod. *exprobare*, ut supra IV. 2.) *non tantum sine rubore verum etiam sine ore P. Clodium dixit. Num traditur forma inliberali is fuisse* *]. Itaque Clodius ironice dicitur *pulchellus puer* epist. XVI. libri I. *ad Attic.* [§. 23.]. Fallitur ergo ad eum epistolae locum Paulus Manutius, qui videtur credere Clodium fuisse pulchrum, ex eo quod Plutarchus in *Caesare* et *Cicerone* scribat, ut ipse ait, *facie puellae similem fuisse.* Verum si diligentius loci Plutarchi legantur, pa-

est. Nam fuit hoc Claudiae familiae cognomen inlustre. Quippe antiquitus P. Claudius Appi Caeci filius [*primus ex isto genere Pulcher appellatus*] est. Hic consul aput Drapanam adversus auspicia Poenis classe conflixit. Ea pugna Romanorum naves perierunt CXX. Ob id factum dies ei dicta perduellionis a Pullio et Fundanio Tr. Pl. Cum comitia eius rei fierent et centuriae introducerentur, tempestas turbida coorta est. Vitium intercessit. Postea Tr. Pl. intercesserunt, ne idem homines in

tebit, in *Cicerone* dici Clodium tantum *imberbem* ob adolescentiam. In *Caesare* autem *imberbem, et cultu sumpto psaltriae ad Pompeium accessisse Clodium referentem specie iuvenculam*, quia nondum scilicet erat barbatus, et veste se exornabat muliebri. MAI.

Appi Caeci filius] * Errorem Plinii *H. N.* XV. 1, 1. *Appii Caeci nepotem* dicentis notavit iam Harduinus. Lineola post haec a nobis uncis notata nescio an a Schützio tacito addita sit, an in Halensi editione typographi errore exciderit.

Drapanam] Ita codex, et inferius *confixit*, quod emendavimus *conflixit*. MAI. * Dicitur illud Siciliae promontorium *Δρέπανον* a *falce* interpretibus Pausania in *Achaicis* s. lib. VII. c. 23. §. 4. et Strabone lib. VIII. p. 517. B. Tamen mutare nolui, quia hodie dicitur *Trapani*. Vide, sis, Oberlinum ad Vibium Sequestrem p. 319. seq. De P. Claudii Pulchri contemptu auspiciorum adeas Suetonium in *Tiberio* c. 2. Flor. II. 2, 29. Minuc. Felic. in *Octav.* 7, 26.

CXX.] Vide Polybium ad annum XVI. primi belli punici (lib. I. 51. — 52.) qui tamen ait periisse naves Romanorum tantum XCIII. Classem Claudii constitisse navibus CXX. ait Orosius IV. 10. Aliter Eutropius *Brev.* II. [c. 26. al. 15.] qui narrat Clodium ex ducentis et viginti navibus cum triginta fugisse; nonaginta cum pugnatoribus captas, demersas ceteras. MAI. * Cf. Diodor. XXIV. 1. Valer. Max. VIII. 1, 17. (vel *damnat.* 4.) e Capitone Ateio ap. Gell. X. 6. vel e Liv. l. XIX.

A Pullio] Ita cod. Sed *Tullium* eo anno [* V. 504. *] unum e tribunis profert Pighius [* II. p. 51. sed e coniectura *]. *Iunius Pullus* erat eodem anno collega Claudii in consulatu. MAI. * A collega accusari non potuit. Iam hic ipse, cum neglectis auspiciis classem tempestate amisisset, *damnationis ignominiam voluntaria morte praevenit*, ut scribit Valer. M. I. 4, 3. e Cic. *de div.* II. 33, 71. et II. *N. D.* 3, 7.

Comitia eius rei] Vide Valerium Max. VIII. 1. 4., tum Ciceronem *de Divin.* I. 16. II. 8. 33. MAI. * Cf. Zonaras.

Vitium intercessit] Hinc illa formula apud Latinos *servare de caelo*. Sic Cicero *Philipp.* V. 3. *Quam legem se augur* [*Antonius*] *dicit tulisse, non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri?* MAI.

Idem homines] Cod. ita *idem* pro *iidem*, solita crasi, iotacismi vitandi causa. MAI. * Cf. idem V. D. in *conspectu orthographiae cod. vaticani* Cic. *de re publica* p. 354. a.

5 [— „*At sum*“, *inquit*, „*haud ita illiberali facie.*“] — * **Quasi vero ego de facie tua, catamite, dixerim,** * [*ac non de flagitio tuo, quo maiorum imagines funestas*]!

VI. 1 **„At sum“, inquit, „absolutus.“ — Novo qui-**

5. *Quasi vero*] *Inserui χλευασμοῦ exemplum, quod Iul. Rufinianus in Capperonnerii *antiquis rhetorr.* p. 30. repperit *apud Ciceronem.* Additur quidem in illa ed. similiter inclinatis litteris *vel alias potuisset contumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno per aliquem, ac non ipse Parmeno nuntiasset.* Sed vv. *vel alias* non sunt oratoris, sed rhetoris aliud exemplum adiungentis, ut ead. pag. in ἀστεϊσμῷ. Alterum autem exemplum interrogationem continet: nam *Potuisset?* in principio sententiae collocatum compensat particulam *num.* Liceat, si fas est, profiteri suspicionem de obscoenitate, quae lateat in corrupta lectione II. *Catil.* 2, 4. *Tongilium mihi eduxit, quem amare in praetexta calumnia coeperat.* Si quis Ciceronem εὐθυῤῥημονέστερον putarit: fortasse e *calumnia* eruat (sit honos tum oculis tum sensibus!) *culo ceventem* cll. Iuvenal. II. 21. IX. 40. Martiali III. 71. 93. (al. 95.) versu paenult. VI. 37, 5. Schol. Iuvenal. ad *S.* VI. 322. *Ceventes molles et obscaeni appellantur.* V. ibi Ianuensis locum ab illustri Cramero allatum. Eundem dicere potuit *calatiam.* Etenim in Philoxeni *glossario*, quod permulta e Ciceronis orationibus vocabula hausta habet, (p. 33, 12. Vulcanii in not. p. 20, 51.) in Labbaei *vett. glossariis latino-graecis* p. 113. ad f. explicantur *calatiae* ἀναιδεῖς, *αἰσχροί*, ἀπὸ τοῦ ὀξέως *θερμαίνεσθαι.* Sed propius ad codd. accedere videtur *cillonem*, vel, ut h. l., *catamitum.* Cf. *Phil.* II. 31, 77. et Apulei. *Met.* I. ante med. p. 107, 31. Elmenh. *hic catamitus meus*, i. q. *Ganymedes* Martiali XI. 44, 4. Minus etiam obscoenum foret *catulastrum*, h. e. *βούπαιδα*, *ephebum.* Sin ad ipsum *Catilinam* referatur, quasi nomen habeat omen: possit coniici *catuliens*, h. e. catulorum ritu in venerem lasciviens. Verum ut multa alia probabiliter tentari possint, e. g. si statuamus esse variantem lectionem pro *Tongilii* nomine, pro quo oporteat reponi *Carvilium*, quem praeconem Catilina sibi amicissimum comparaverat, ut ait Q. Cicero *de petit. consul.* c. 3.: tamen ne denegetur, quaeso, venia praetextatis coniecturis. Etenim interpretem verecundum esse decet; interpretationem, si ipsa res nefaria sit, non necesse est.

VI. 1. *At sum*] *Sic emendavi, quod legebatur *At cum, inquit, absolutus novo quidem hercle more*, et diverbia indicavi. *Inquit* contemptim ad secundam

SCHOLIA AMBROSIANA.

eodem magistratu perduellionis bis eundem accusarent. Itaque actione mutata, iisdem accusantibus, multa inrogata populus eum damnavit aeris gravis CXX millibus.

VI. 1. Victoriam quoque iudicii orator convertit in de-

dem (Hercle!) more; cui uni absoluto lites aestimatae sunt.

[*„Iuranti,"* *inquit*, *„tibi iudices non crediderunt"*.] — Quasi ego non contentus sim, quod mihi quinque et XX iudices crediderunt! [*XXXI tibi nihil* 2

personam refertur, ut in or. *pro Tullio* §. 49. pr. *pro Quinctio* 21, 69. pr. 22, 71. extr. *p. Rosc. A.* 18, 52. *in Verr. l. I.* 9, 25. III. 91, 213. etc. Nimirum indignatio animum ab adversario, quicum non est quod disseras, avertit ad auditores. In primis elucet hic tertiae[1] personae usus ex *or. pro Rosc. com.* 9, 26. Sed indefinite etiam *inquit* ad secundam personam refertur, ubi haec pluralis numeri vicaria est, ut l. II. *in Verr.* 60, 148.

¹ *Lites aestimatae*] *Hoc fiebat in arbitriis condemnato reo. Sed etiam in Praetoris quaestione peculatus *lites severe aestimatae* laudantur *or. pro Mur.* 20, 42. itemque in iudicio repetundarum *l. V. in Verr.* 49, 128. Cf. *or. p. Tullio* §. 7. in f. Velim autem legi *aestimatae sint:* ut pron. *cui* vim habeat arguendi, ut mox §. 2.

2. *Huic fragmento ab editoribus continuato bis verba nonnulla interposui ex *epist.* illa *l. I. ad Att.* 16. §. 24. Valer. Max. VIII. 5, 5. Plutarch. in *Cic.* c. 29. Κικέρων τοῦ Κλωδίου πρὸς αὐτὸν λέγοντος, ὅτι μαρτυρῶν οὐκ ἔσχε πίστιν παρὰ τοῖς δικασταῖς, „Ἀλλ' ἐμοὶ μέν", εἶπεν, „οἱ πέντε καὶ εἴκοσι τῶν δικαστῶν ἐπίστευσαν· τοσοῦτοι γάρ σου κατεψηφίσαντο· σοὶ δ' οἱ τριάκοντα οὐκ ἐπίστευσαν· οὐ γὰρ πρότερον ἀπέλυσαν, ἢ ἔλαβον τὸ ἀργύριον." De Cic. testimonio v. Scholiastae *argumentum* sub f. Nostrae rationi fidem facit Scholiasta etiam ad h. l.

SCHOLIA AMBROSIANA.

decus inopinata inlata huiusmodi responsione. Lites autem damnatis reis aestimabantur, cum taxatio pecuniae fiebat, quae illis adfigeretur. Quoniam e reo non probatione innocentiae sed corruptis iudicibus fuerat Clodius absolutus, idcirco ait absoluto lites aestimatas: hoc est poena quidem liberatum, sed pecunia quodammodo multatum, quam iudicibus pro absolutione numerasset.

2. Notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi. Nam cum prae se ferret Clodius victoriam iudicii, quod liberatus sententiis pluribus videretur, ait Tullius ad confirmandam testimonii sui religionem XX et quinque sibi iudices credidisse, illos vi-

VI. 1. Consonat Seneca epist. XCVII. *Clodius damnationem peius effugit quam meruit.* MAI.
2. *Verborum medietates — suspendi.*] Recole similem locutionem in hac oratione cap. III. 1. MAI.

crediderunt,] qui sequestres abs te locupletes acceperint [*manifesti periuri et praesidium a nobis petierint*].

Sequestres] *Sunt quasi sponsores vel fideiussores, penes quos promissa corrumpendis iudicibus pecunia deponitur. V. Ernest. in *clavi* vel in Schützii *lex. Cic.* T. III. P. III. p. 208. s. Philoxenus in *glossario* ed. Vulcan. p. 196, 33. in Labbaei *gl. latino-gr.* p. 168. d. *Sequester*, μεσίτης, ἔντριτος, συνθηκοφύλαξ, μεσέγγυος, προςαγωγεύς. Valer. Max. IX. 1, 7. supra ad *epist.* 16. *l. I. ad Att.* §. 15. laudatus dixit *pudicitiam sequestrem periurii*. *Locuples* autem *fideiussor* Ulpiano in *π*. II. 8. (*qui satisdare cogantur*) fr. 2. pr. censetur *non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate*. Plurium numero hic usus est orator, cum vereretur appellare M. Crassum Divitem simulque ut iudicum de absolvendo et liberando reo dubitationem argueret. — Pron. relativum cum Subiunctivo *acceperint* vim habet causalem indicatque rei argumentum, ut in Terent. *Hec.* IV. 1, 49.

SCHOLIA AMBROSIANA.

delicet, qui eum damnaverant; sed etiam illos, qui pro reo sententiam dixerint, ipsi Clodio nihil credidisse, quando ab senatu auxilium petierint et aput sequestres idoneos illam deponi pecuniam voluerint, ne frustrarentur ea spe, quam reo paciscente praesumserant. Et has ergo sententias, quae videbantur Clodio aliquid honestatis adquirere, in vituperationem convertit, ut pars iudicum damnarit incestum, pars vero privatum lucrum praeposuerit religioni. Et hic subest postulasse iudices ab senatu praesidium, non, ut fortiter et libere iudicarent, sed ne illam sibi pecuniam reus absolutus eriperet.

Pro reo] *Schützius ed. *pro eo*. Consultone? Idem mox *ipso* (pro *ipsi*) *Clodio*.

Praesumserant] Confirmat hoc Tullius lib. I. *ad Attic.* epist. XVI. [30.] ubi ait: *Clodium in tribubus pronuntiare nummos solitum esse et non dare*. MAI. *Ibi quidem non: loquitur enim de candidatorum pecuniis a Clodio divisore interversis: qua de re v. supra II. 5. Et ὄχλων θεραπείας Clodio in incesti iudicio obiectos scribit Plutarchus in *Cic.* c. 29.

Ne — eriperet.] Confirmat Tullius *de Harusp. resp.* XVII. [§. 36.] *Suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici: quibus olim erepti essent nummi, nisi a senatu praesidium postulassent*. MAI. *Est vero Catuli dictum: ut videmus in l. I. *ad Att. ep.* 16, 17. cll. §§. 13. 24. et in Senecae *ep.* 97. ante med. *Iudices Clodiani a senatu petierant praesidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, et impetraverant. Itaque eleganter illis Catulus absoluto reo, „Quid vos," inquit, „praesidium a nobis peteba-*

[*Quid*] divortium Pontificis Maximi — [*nonne* 8
te aperte arguit furem muliebrium religionum?]

3. * *Clodium ambustum religiosissimis ignibus muliebri ornatu ex incesto stupro atque ex domo Pontificis Maximi emissum* dicit or. *de harusp. resp.* 3, 4. Supplementum concinnanti auctor fuit Cic. *ad famil.* I. *ep.* IX. (ap. Martyni-Lagunam X.) §.

44. *Ille fur muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam, quam tris sorores:* unde cum urbanitate *ad Att. ep.* 4. sect. 3. appellatur *sacerdos Bonae Deae.*

SCHOLIA AMBROSIANA.

3. Praeferuntur argumenta, quibus incestum P. Clodii potuerit facillime probari, nisi pecunia intercessisset. Nam C. Caesar Pontifex diebus illis repudiarat uxorem. Feminae quoque, quae illi sacrificio interfuerant, de interventu virili testimonium dixerant. Servi etiam, cum peterentur in quaestionem, alienati fuerant et in diversas provincias ab domino missi. Quinque etenim servi, in quos maxime suspicio congruebat, partim missi sunt ad Appium Claudium, qui frater eiusdem P. Clodii fuerat et in Graecia tunc agebat; partim ad vilicum Diogenem nomine, qui trans Alpes morabatur. Nec non etiam ancillae in tormenta sunt postulatae, quae propiores ministerio fuerant Pompeiae uxoris Caesaris, quarum fuit e numero Hibera quaedam nomine, cuius in

tis? an, ne nummi vobis eriperentur?" Plutarch. in *Cic.* c. 29.

3. *Praeferuntur*] Ita codex. MAIUS.

Servi . . cum peterentur in quaestionem] * Cic. *pro Mil.* 22, 59. *De servis nulla quaestio 'st in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium. Proxume deos accessit Clodius, propius quam tum, cum ad ipsos penetrarat: cuius de morte tamquam de caerimoniis violatis quaeritur:* ubi cod. Ambrosianus sive Frontonis sive Messii in *exemplis elocut.* s. v. *Proxime illum* mutat *deos* in *deas*, quae non displicuerunt Ang. Maio in Frontonis ed. Rom. p. 390. propter mentionem *violatarum Bonae Deae caerimoniarum.* Sed quibus caerimoniis tum expiabimus in seqq. *ipsos?* an iterum effeminabimus?

P. Clodii] Codex pro *P.* habet *de.* MAI. * V. Schol. Ambrosian. ad *or. pro Scauro* II. 34.

Propriores] Ita codex *priores.* MAI. Vitiose, pro *propiores*, quod aperte sensus hic postulat. SCHUETZ.

Hibera q. nomine] Plutarchus in *Cicerone* huius ancillae nomen prodit *Auram*, *Αὖραν τοὔνομα.* Verum idem de *Caesare* dicit eamdem *Ἄβραν*, quae est appellatio *ancillarum* communis. MAI. * Exc. Schaeferus noster etiam in *Cic.* p. 874. ad fin. c. 28. edidit *Ἄβραν.* Sed nec ibi nec in *Caes.* c. 10. Plutarchus dicit hoc nomine fuisse il-

VII. 1 ***Integritas tua te purgavit, mihi crede; pudor eripuit; vita anteacta servavit.* Quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse?**

2 **[*Tu quidem prae te fers pecuniam te recepturum, qua sententias emisti eorum, qui te crimine***

VII. 1. *Integritas — servavit.*] Verba haec orationis *in Clodium* a Quintiliano *Inst.* VIII. 6. [p. 115. ed. Bip.] servata, mihi in loco hoc collocanda videbantur. MAI.

1 *Quattuor*] Quoniam Clodium iudices XXV. damnaverant, XXXI. absolverant, patet eorum summam fuisse LVI. cuius dimidium XXVIII. Quum igitur XXV. damnaverint, quattuor defuerunt sententiae ad excedendum dimidium, nempe ad XXIX: quae si adfuissent, Clodii damnatio et pernicies esset secuta. MAI. * Nos sententiae signum interrogationis adhibuimus. Nam si integra est, subauditur *nonne pudet?* vel *nonne hoc tibi turpe ducis?* Cf. huiusmodi orationis conformationes in Terentii *Hec.* II. 1, 34. IV. 4, 23. s. et 17.

SCHOLIA AMBROSIANA.

cellam P. Clodius confugisse arguebatur. De stupro autem scelerato quod ait, illud videtur incestum significare, cuius infamia circa sororem Clodiam pervolgabatur.

VII. 1. Ne quam habeat Clodius absolutus innocentiae dignitatem, facta comparatione numeri ostendit prope eandem proportionem fuisse, quae damnarit incestum; nec illi integritas sua, sed cuiusdam perexigui numeri felicitas patrocinata sit.

lam, cuius in cellam P. Clodius confugisse arguebatur, sed istam, quam ipse Caesaris domi ab alia ancilla interrogatus se opperiri responderat.

Clodiam] * Fratris cum ea consuetudinem turpem, qui *eandem sororem et uxorem appellare posset*, tangit *or. pro Cael.* 13, 32. *pro domo sua* 34, 92. extr. *de harusp. resp.* 5, 9. 18, 38. 20, 42. 27, 59. Hinc Clodia ornatur Homerico Iunonis epitheto βοῶπις l. II. *ad Att. ep.* 9. sect. 1. *ep.* 12. med. *ep.* 14. pr. *ep.* 22. §. 8. *ep.* 23. §. 4. Nupta erat Metello Celeri (v. ib. *ep.* 1. sect. 4. extr.) audiebatque *quadrantaria* teste Plutarcho in *Cic.* c. 29. Cf. *or. pro Caelio* 14, 34. pr. 26, 62. extr. *ad Q. fratr.* II. *ep.* 3. sect. 3. Quinctil. VIII. 6, 53.

VII. 1. *Nec illi*] Ita cod. *nec.* Sed videtur dicendum *ne.* MAI. * Ill. Schützius tacito reposuit *ne.* At vero *ne* non potest poni pro *ut non* in consecutione. Agnoscamus igitur potius ἀνακόλουθον. Constructio composita est ad similitudinem praecedentis membri per attractionem, cum proprie dictum oportuerit *nec illi integritatem suam, sed . . . felicitatem patrocinatam esse.*

liberarunt. Quem vero tam stultum fore existumas, ut pecuniam, quam acceperit, reddat?] Nam L. quidem Cotta, [*quod in iudice spectari et fortuna deberet et dignitas, ita iudicatum amplissimorum ordinum delectis viris patere voluit,*] ut posthac lege 3
Aurelia iudex esse non possit" [*nisi salvis nummis*" A*

3. Tullius hic, et Interpres in fine commentarii dicere videntur, iudices Clodianos, si pecunia data spolientur, iam non posse esse iudices lege Aurelia, quia censu omni careant. Certe idem Tullius lib. I. *ad Attic. epist.* XVI. eos inopiae causa deridet: *Non enim umquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi senatores, tribuni non tam aerati, quam, ut appellantur, aerarii.* Et quidem Pompeius in secundo consulatu legem promulgavit, ut ex amplissimo censu et centuriis lecti iudices, aeque tamen ex iisdem tribus ordinibus iudicarent. Vide Antonium Augustinum *de legib.* in *Aurelia iudiciaria.* MAI. * De eadem, lata a. V. 683., cf. Ernestus in *clavi* p. 8. seq. vel in Schützil *lex. Cic.* T. IV. p. 241. s. Caesar dictator demum a. V. 704. *iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac senatorii; Tribunos aerarios, quod erat tertium, sustulit:* ut refert Suetonius in eius vita c. 41.

Supplevi hunc locum duce Scholiasta e *Phil.* I. 8, 20. et *ep.* illa 16. l. I. *ad Att.* §§. 16. ss. 22. unde reliqua, si placet, repetat lector benevolus, cuius patientia et indulgentia abuti piaculum duco.

SCHOLIA AMBROSIANA.

2. *Nam L. q. Cotta*] Hic fuit auctor iudiciariae legis Aureliae, qua senatoribus abrogata est summa potestas iudicandi et communicata cum [*equitibus*] Romanis [*et tribunis*] aerariis, ita ut in iudiciis esset minor numerus senatorum.

3. Paene quidem veri simile non est, quod prae se tulisse P. Clodium dicit, pecuniam se recepturum, qua senten-

2. *Tribunis*] Cod. *romanis*, sed omnino corrigendum fuit *tribunis.* Nam Asconius ait ad *Divinat. in Verr.* III. *Aurelius Cotta legem fert, ut senatores et equites romani, ac tribuni aerarii simul iudicent.* Et ad orat. I. *pro Cornel.* sub finem [* ed. Verburg. p. 4. 629. 632. — in Schütz. ed. T. XVI. P. II. p. 204. *]: *Aurelia lege communicata iudicia inter senatores et equestrem ordinem, et tribunos aerarios.* Idem dixerat ad eamdem orationem non procul ab initio, ubi praeterea scribit Asconius: *Hic est Cotta de quo iam saepe diximus.* Iam vero de eo dicitur etiam in hoc commentario, quem nos esse Asconii autumamus. MAI. * De Cotta et eius lege idem Ascon. dixit ad *I. act. in Verr.* c. 1. pr. et ad *or. in Pis.* c. 39. memo-

***quisquam illorum, quos fames magis quam fama commovit, ut, quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciant, id statuerent non videri factum. Sed nolite una plaga accepta, P. C., concidere; nolite deficere. Volnus est eiusmodi, quod mihi nec dissimulandum nec pertimescendum videtur, ne aut ignorando stultissumi aut metuendo ignavissumi iudicemur. Bis absolutus est Lentulus, bis Catilina. Hic tertius iam est a iudicibus in rem publicam immissus*].**

SCHOLIA AMBROSIANA.

tias emerat eorum, qui se crimine liberassent. Quid enim esset hoc stultius, cum semet ipsum hac praedicatione damnandum fuisse confiteretur, nisi iudices corrupisset? Sed non abhorret a fide hoc dixisse Clodium, eo tamen proposito, quo significaret innocentem se principum vi et inimicorum potentia laborasse: et ea propter pecuniam dedisse iudicibus, ut quoquo modo illorum manibus eriperetur, qui se opprimi vellent. Id ergo hic negat Tullius, iudices illos pecuniam quam acceperint reddituros, ne postea in numero iudicum lege Aurelia esse non possint; sive quod se pecuniam reddendo faterentur esse corruptos; sive quod amissis trecenis vel quadringenis millibus, quae a reo acceperant, in egestatem revolverentur ac propterea in iudicum [*numero posthac esse non possent*].

ratque triplex hoc iudicum genus in extrema expositione causae M. Scauri, itemque in causa Milonis, loco supra ad *epist. ad Atticum* §. 7. citato. Ceterum satius visum est *equites* ad iudicandum vocare, quam hos demptis equis facere *tribunos* adeoque referre inter *aerarios*, licet Cel. Maio plausum dederit ipse eques splendidissimus Schützius.

3. *Negat Tullius*] Codex: *Id ergo hic negat iudices illos Tullius pecuniam* etc. MAI.

ANGELI MAII MONITUM
AD ORATIONIS PRO M. SCAURO
FRAGMENTA MEDIOLANENSIA.

In Editionibus brevissima excerpta extant Orationis Tullianae pro Scauro, alia cum Asconii Commentario et argumento ab eodem confecto, alia ex variis auctoribus collecta. Nos partem Exordii invenimus, Divisionem, et priora duo Orationis membra [1], et denique aliquot super his Scholia: quae Scholia utrum Asconium pa-

[1] Quod de Exordio hic dicit Cl. Maius, nunquam sine magna laudis praefatione nominandus, id non de universae Orationis exordio capiendum esse existimamus, sed eius partis, qua transitus fit ad crimen rei frumentariae, apud Sardos administratione Scauri collectum. In plurimis enim criminibus diluendis occupatam hanc Orationem fuisse, tum ipsa suadet causa, quae fuit repetundarum et multa plerumque complectitur capita, tum ipsum quod superest fragmentum, quod, praeter frumentariam accusationem, etiam ad purgandam caedem, et, nescio quod, adulterium delabitur, in cuius suspicione fuisse videtur Scaurus, tum denique mos veterum, quos, cum ad accusandum accederent, se non continuisse intra eius criminis metam, in qua principaliter causa versaretur, sed quo certius reum premerent, quidquid praeterea ex tota rei vita ad peragendam accusationem utile crederent, id quasi in unum acervum congessisse, sive Verrinae, sive Catilinariae, sive Philippicae Tullii testantur. A. G. CRAMER. *Praeter illam laciniam, quae in secunda ed. Mediolanensi ad calcem reiecta fuit, in nostra autem ed. I. 4. *e.* inserta deprehenditur, sex omnino foliis Scaurianae reliquiae in Seduliano codice continentur. Quae cum ad excipiendam scripturam recentiorem complicata sint: sequitur eorum dispositionem, ubi sermonis consecutio nihil indubie prodit, a coniectura pendere arbitro *Niebuhrio*, V. Perill., ad *M. Tullii Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragg.* p. 30. ss. cuius sententiae per se quam maxime probabili externa etiam perspicuae veritatis fides accessit repertis aliis quibusdam foliis Taurinensibus: quibus plane confirmatur recte illis Ambrosianis foliis coniunctis duo fragmenta distincta esse ab acutissimo viro ita, ut utrumque tribus foliis

rentem habeant, an alium quemvis e Veteribus, definire diserte non licet [2]. Ceterum Asconii cogniti Commentarii hoc habent proprium, ut breviter et erudite textum explicent, historias et consuetudines romanas evolvant, ius lucide sapienterque declarent. Haec omnia in Scholiis, qui leget, deprehendet. Ceterum quod haec Scholia absint ab edito Asconii Commentario, nemo miretur: nam et ipsius Orationis non nisi tenuissimae particulae cum Asconio servatae sunt. Pereunte igitur textu nil mirum est periisse et Commentarium.

constet, inter quae unum foliorum par interciderit, medium quaternionis.

[2] Antiquissima esse haec scholia, ipse litterarum character ostendit; Asconii esse dubitare licet, cum neque ad doctrinam, neque ad stilum eius accedere videantur. CRAMER.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN ORATIONEM PRO M. SCAURO.

Hanc quoque orationem eisdem Consulibus dixit, quibus pro Vatinio, L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro Coss. Summus iudicii dies fuit a. d. IV. Nonas Septembris.

ARGUMENTUM ASCONII PEDIANI.

M. Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps Senatus fuit, vitricum habuit Sullam: quo victore et munifico

Pro Vatinio] P. Vatinio, illo, in quem extat Ciceronis interrogatio vehemens, cuiusque hoc anno causam dixit, cum esset accusatus de ambitu. Vide Epist. ad famil. I. 9. [§. 13. ss.] ad Q. fr. II. 16. et utrobique summum interpretem, P. Manutium; item Quintilianum XI. 1, 73. et ad eiusdem VI. 1, 13. Ge. L. Spaldingium. Consulum istorum et harum causarum annus, magnis contentionibus tractisque vi Tribunicia in septimum mensem Consularibus comitiis turbulentus, U. C. 700. a. Chr. 54. Conf. Pighii Annal. Rom. ad ann. 699. t. III. p. 393. HEINRICH. *Statim post in Peyronis ed. depravatum est *Alcenobarbo*. Idem cum Heinrichio et Maio edidit deinceps *ad IV. nonas* et inferius *ad III. nonas* — *ad* III. *cal.* pro *a. d.* hoc est *ante diem*, i. q. die illo, antequam totus finitus esset. Vid. I. *Catil.* 3, 7. et Sallust. in *Catil.* c. 30. pr. Hor. Tursellinus *de partt.* s. voc. *ante* n. 8. formulam hanc calendariam *ante diem VI. K. Novembris* accipit de *die*, *antequam plane praeteriit*: eodemque modo explicat subtilissimi acuminis grammaticus, gnavus lycaei Torgani Rector Gottl. Vuilh. Müller in annot. subiecta *orationi ad nuptias Frid. Vuilhelmi atque Elisabethae Ludovicae Bavarae*, Torgavae a. 1824. editae p. 16. *vor Vollendung* (*Ablauf*) *des* 6. *Tages nach den November-Kalenden hin, auf die N.-K. zu* (*los*) etc. — Seqq. Heinrichius et Peyron superioribus annexuerunt hoc modo: *M. enim Scaurus*.

Sullam] *Hic Metellam L. Caecilii Metelli Pii Pontificis M.

in socios victoriae ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit.

Aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit.

Ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, quom cetera industria nequaquam esset par. Oraverat tamen aliquando inter patronos causarum. Sed postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone isque erat absolutus a. d. III. Nonas Quintil. Ipse, cum ad consulatus petitionem a. d. III. Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis a P. Valerio Triario, adolescente parato ad dicendum et notae industriae, filio eius, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia Pontoque legatus L. Luculli fuerat, quom

(v. hanc or. II. 46. ss.) filiam, Scauri matrem, M. Aemilii, qui princeps senatus fuit, viduam duxerat in matrimonium teste Plutarcho in *Sulla* p. 473. H. c. 6. Itaque Scaurus, quem Cicero defendit, Sullae privignus erat. V. Plin. XXXVI. c. 15. med. sect. XXIV. n. 7. et 8. Maius ed. *Syllam*, itemque bis infra. Deinde Schützius, qui fere Graevium sequi videtur, edidit: *nec sibi donari voluerit nec* etc.

Aedilitatem s. m. g.] Adi Valerium Max. II. 4, 6. 7. Plinium XXXVI. 15. PEYR. *V. ib. 25. extr. sect. 64. extr. et annotata ad II. *de offic.* c. 26. extr. p. 112. — Statim post Schützii ed. transposite *suas opes*.

Oraverat] Codices duo ambrosiani et editio Paris. 1520. habent *erat* pro *oraverat*. Ita manu scriptum vidi etiam in Aldina editione. Sed tamen *oraverat* videtur melior lectio. MAI. **Patronos* in *patronas* transfiguravit Peyronis typographus. Venuste!

Pro C. Catone] Qui fuerat tribunus plebis a. U. C. 698. et nunc reus agebatur lege Licinia Iunia. Eius res apud Ciceronem et Dionem, Livium Epit. 105. et Nonium in v. *Rumor*, ex Annal. Fenestellae. Cf. Manutium in Epist. ad Attic. IV. 17. et Pighium p. 381. HEINRICH.

Ipse] Sic est apud Sigonium. Hotomannus Graeviusque [*itemque Maius*] habent *inde*, quod sensum turbat et nihil nisi mendum videtur esse. HEINRICH.

Filio eius, qui — fuerat] Nominant vulgo Triarium, sine praenomine, scriptores, qui eius res gestas et adversam fortunam isto in bello commemorant, Dio Cassius, Appianus, Plutarchus in Lucullo, et Hirtius in B. Alex. Quem P. Manutius putabat fuisse C. illum Triarium, valde laudatum a Cicerone in Bruto et de Finibus I. 5. [§. 13. s.] cuiusque, cum perisset in bello civili, liberorum superstitum tutor Cicero fuit ipse. Vide Manut. in Ep. ad fam. VIII. 7. et ad Q. fr. III. 2. Mitto, qui idem sunt suspicati, Glandorpium et Pighium. Sed pater P. Triarii, et legatus Luculli, fuit L. Valerius Tria-

is bellum contra Mithridatem gereret, postulatus apud M. Catonem Praetorem repetundarum (ut in actis scriptum est) postridie Nonas Quintil. post diem tertium, quam [C.] Cato erat absolutus.

Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. F., M. et Q. Pacuvii fratres cognomine Claudii: qui inquisitionem in Sardiniam itemque Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum. Cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura erant; timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam ab sociis abstulisset, emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante, quam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet.

Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeii Magni reponebat. Ha-

rius, Quaestor urbanus a. U. 672. V. Liv. Epit. 98. et Cic. Verr. I. 14. [§. 37. pr.]. Rursus levi errore filium, pro patre, dat legatum Lucullo Ios. Scaliger Anim. in Euseb. p. 151. HEINRICH.

Postridie] Cum priscae editiones et codices legerent *pridie*, Cl^us Mai hanc revocavit lectionem, non advertens Scaurum postulatum fuisse apud Praetorem *post diem tertium, quam Cato erat absolutus;* absolutus vero fuit *ad* [* *a. d.* *] *III. nonas quint.* dies ergo tertius erat *postridie nonas*. PEYR. * *Catonis* praenomen *C.* in editionibus omissum Cramero obsecutus addidit Heinrichius.

Claudii] * Sic Maius, qui plura tacito ad codd. et antiquarum edd. lectionem revocavit. Volgo *Claudi.*

Inquisitionem] * h. e. *tempus inquirendi.* V. hui. or. II. §. 23. Praepositionem *in* ante *Corsicam* volgo iteratam expunxi cum Heinrichio. Servat tamen Maius.

In paterni n. dignitate] „M. Aemilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit, ut, cum accusator diceret, *lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare, quo minus absolveretur, si totidem nominasset, quibus in provincia nihil abstulisset*, tam bona conditione uti non potuerit. Tamen propter vetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est.“ Haec Valerius Max. VIII. 1. 10. Paria Cicero ad Attic. IV. 15. „Fortasse etiam accedent Consules designati, in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit“ significans causae ipsi haud multum fidisse [* se fidere v. fisum esse *]. Duplex porro crimen fuit Scauro obiectum ab accusatore, interemptio Bostaris Sardi hominis, et depraedatio Sardiniae. De nece Bostaris [* Bostari *] a Scauro illata testimonium dicebat Aris, Sardus, hospes Triarii, contendens *Bostarem quemdam Norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum* [Severianus

bebat enim filium, liberorum Cn. Pompeii fratrem;

Syntom. rhet. cap. de dispon. crimin. *in *rhetorib. Pithoei* p. 337. ed. Capper.*] Scauri iussu fuisse interfectum. Cicero vero *pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem avertens crimen* [Quintil. VII. 2. *§. 10.*] felici usus est ἀντικατηγορίᾳ, contendens matrem novas nuptias cum Arine affectantem curasse interimendum filium Bostarem, qui, uti probabile fit, matrimonio reluctabatur; quod scelus novo scelere confirmat narrans Arinem, ut vacuam domum amasiae faceret, per libertum occidisse uxorem suam anum deformem. Alterum vero crimen dissoluturus Tullius 1° demonstrat dolosum esse accusationis genus, ac comitiorum consularium causa comparatum; 2° elevare satagit gentis Sardae testimonium, testium enim numero et gravitate premebatur Cicero; 3° de Scauro pauca dicit; 4° ad frumentarium crimen apposite respondet. Peroratio ducta est a laudibus maiorum, imprimisque Metellorum, et patris Aemilii Scauri principis Senatus. Hanc fuisse Orationis oeconomiam atque ordinem videor recte augurari ex fragmentis, quae supersunt. PEYRON. *Crimen erat triplex. Primum venenum Bostari, nescio qua fraude a maturata iam fuga revocato, hospiti et convivae dicebatur coenanti a Scauro datum; deinde Arinis uxor praetoris libidine ad mortem voluntariam adacta se suspendisse: ultimum denique erat frumentarium crimen. Cicero igitur, postquam crimen de Bostaris nece diluerat idque in matrem adulteram atque Arinem coniecerat ac scelus interfectae uxoris in eundem contulerat; haec quidem crimina facile se refellere potuisse ait, quod argumentis uti potuerit crimenque non totum ex teste pendeat: scilicet id agit, ut testium fidem elevet, quorum testimonia refellere non poterat (II. 17. s.). Quod ratio postulat, existimari quaestiones de Bostaris nece et de Arinis uxore in illa parte priore positas fuisse, id Niebuhrius (cuius haec omnia ex solis Ambrosianis fragmentis divinantis sententiam hic referimus) l. c. p. 33. fortasse etiam Martiani Capellae auctoritate comprobari posse divinaverat, qui has duas quaestiones, loco, quem ill. Maius affert p. 48. §. 20. [II. §. 13.], ante frumentarium crimen enumerat *lib.* V. cap. *de genere demonstrativo* p. 418. *Multiplex vero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum orationes* [ex Heinrichii emendatione ad l. c. p. 45. pro volg. *omnes*] *Verrinae: et pro Scauro de Bostaris nece, de Arinis uxore et decimis tribus exquiritur.* Quaestio enim, cuius ille meminit *de tribus decimis* ea idem illud est: nam de *alteris decimis* in Verrinis legimus, atque Scaurus aut iubente Senatu vel tertias avare exigere, aut vi, iniussu Senatus, eas eripere potuit. Itaque haec Martiani verba ab altero editorum Kiloniensium, viro pererudito, sollicitata Niebuhrius vindicat. Iam vero animadvertente eodem V. D. p. 31. Cicero [§. 19. post vv. *Cum singulis disputem?*] „exempli gratia contra unum ex testibus sermonem dirigit quem paulo supra (18. *pr.*) clamantem induxerat: *poposcit, imperavit, eripuit, coëgit.* His disputatis, antequam ad crimen frumentarium diluendum accedat, de genere accusationis, de Sardis, postremum de Scauro se dicturum esse declarat. Ac de accusationis quidem genere quae dixerat,

nam Tertiam Scaevolae filiam dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium (ut diximus) exercebat, metuebat admodum propter amicitiam, quae erat illi cum Triario: nam Flaminia Triarii mater et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat; ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed in eo iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit (videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam le-

eorum prima et ultima leguntur §. 23—37. ubi in lacuna, quae" [in cod. Ambros.] „inter 25. et 29. sectionem patet, ea olim locum" [quem adhuc tenent in cod. Taur. §. 25.] „habebant verba, quae Servius attulit: *ab ipsa stiva homines mecum colloquebantur;* aratores scilicet a Verre eversi: disputationis de Sardis, quae a s. 36. ad 45. legitur, conclusio intercidit, simul cum reliquis omnibus quae sequebantur."

Tertiam Scaevolae filiam] In recentioribus editionibus vidi *Tertiam* nomen proprium, sed scribendum est *tertiam* cum duobus codicibus ambrosianis et editionibus antiquis. Nomen enim huic filiae Scaevolae fuit *Mutia,* uti mox dicitur, et praeterea apud Plutarchum in *Pompeio* [*c. 42. extr.* ed. Lond. t. III. p. 468.] Ciceronem *ad Attic.* I. 12. Cassium Dionem XLVIII. 16. LI. 2. Hieronymum *contra Jovinian.* I. 48. MAI. *Inconstanter Peyron hic sequitur Maium, cum tamen ipse abhinc tertiam repetierit acutissimi Heinrichii annotationem. De *Mucia* propter adulterium cum C. Iulio Caesare dimissa v. Sueton. in huius vita. Sed *Tertiae* cognomen fuit etiam *Aemiliae* Catonis censorii filio nuptae et *Iuniae,* quae fuit M. Bruti soror, teste Macrobio *Sat.* II. 2.

M. Catonem autem] Fiet latinus ordo verborum, si mutaveris *M. autem Catonem.* HEINRICH.

Neque Pompeius p. adiutorium praebuit] Dubitatum est de forma loquendi, *adiutorium facere,* an esset bonae aetatis, ante Ruhnkenium, qui hoc docuit ad Velleium p. 435. Illuc omnino pertinet optimum exemplum Asconii, hoc loco dicentis, *adiutorium praebere.* HEINRICH. In Pompeii patrocinio multum etiam momenti ponebat Scaurus consulatum petens, sed quantum hac spe frustratus fuerit vide nos in nota ad [II.] §. 32. PEYRON.

Muciam] Scriptura Sigonii, quam posteriores, dum nobis *Mutiam* dant, corruperunt. De hac femina sic Cramerus: „Mucia haec ipsa illa est Tertia, Scaevolae e gente Mucia filia. Tertiae cum praenomen tulerit, habuit praeterea binas alias sorores natu maiores; quod latuit, qui nonnisi duas ab hac diversas exhibet, doctissimum Rupertum ad Pomponii Ench. III, 7. ubi stemma est Scaevolarum. Occurrit eadem Epist. ad Attic. I, 12. ubi verum vidit P. Manutius." De praenominibus feminarum, an fuerint apud Romanos, nec ne; de appellationibus *Primae, Secundae, Tertiae* etc. sintne praenomina, an cognomina, postremo de ratione horum nominum, an ad numerum et ordinem filiarum in eadem

vius fecisse existimaretur, quom eam ipse probasset, quam gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet) neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit.

Post diem autem quartum, quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sulla tum Quaestor, filius Sullae Felicis, frater ex eadem matre Scauri, serv*is* eius vulnerat*is* prosiluit ex lectic*a* et questus est pro*pe* interemptu*m* esse [*a*] competitoribus Scauri et ambulare cum

familia pertinuerit, totidem sunt inter doctiores antiquarios controversiae: de quibus foret longa fabula. Sequitur, ut video, collega meus litteratissimus de praenominibus Sigonium et Reinesium nostratem. At tamen ipse Manutius isto loco ait diserte, Tertiam fuisse Muciae cognomen. Nominabatur *Mucia Tertia*, aut, quod perinde est, *Tertia Mucia*, cognomine praeposito, ut *Crispus Sallustius*, vel *Paullus Aemilius*. [*„Nam satis antiqua debet haberi haec consuetudo cognominis ponendi ante gentis nomen; neque *Fronto Cornelius* appellatur tantum pro eius aevi more, ut ait ipsius Reliquiarum celeberrimus editor Berolinensis p. XIX. not. 1. Multa exempla vel ex Cicerone et Livio collegit Manutius in Epist. ad Famil. II, 8. rationem Graeci ostendunt legitimo usu articuli, ut cum dicunt *Φρόντων ὁ Κορνήλιος*, etc. Adde Ruhnk. ad Vellei. p. 155." HEINR. in *Addend.* p. XXIII. et *indice* p. 103.*]. Deinde quod ibidem de duabus sororibus, utraque natu maiore, propter illud cognomen Tertiae, addit Manutius, id vereor ne Rupertum non tam latuerit, quam non moverit. Sunt enim argumenta minime contemnenda, quibus alii utuntur ad improbandam hanc rationem. Vide Perizonium Animadv. hist. p. 114. edit. Harles. et Stanisl. Santinellum de disciplina et mor. Roman. feminarum, in eius Dissertatt. Venet. 1734. p. 98. Quanquam priorem illam sententiam sequitur etiam Salmasius, locum de nominibus Romanis omnium copiosissime tractans in Commentario inchoato ad Arnobium. HEINRICH.

Acquisisse] Haec forma apud Sigonium est et Hotom. Apud Graev. *acquisivisse*, quod etsi paullo melius est, quam *acquisiisse*, prorsus id absurdum Latinis auribus, est tamen ipsum deterius forma illa, quam reduxi. HEINRICH. Corruptus est versus Virgilii Aen. II, 25. „Nos abiisse rati, et ventis petiisse Mycenas." cuius facile remedium praebent ipsae in libris varietates, quas recenset divus praeceptor meus. Corrigendum: „Nos *et abisse* rati, ventis*que petisse* Mycenas." *IDEM indice* p. 102. *a.*

Ex eadem] *Peyron cum Heinrichio *ex ea*.

Servis eius vulneratis — prope interemtum esse se a c.] Legebant editiones: *servus eius vulneratus prosiluit ex lecticis, et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri.* Cl^us Mai ex fide codicis ambrosiani legit *quod servus eius*, at haec particula corruptelam non sanat. Equidem emendationem admisi, quam ex coniectura Heinrichius

trecentis armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, quom ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi, P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae memoria, ac favore populari, ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

proposuit. PEYR. *Sed ipsum Heinrichium p. 103 *a.* illius *se* adiecti paenitet: citanturque Gronov. ad Liv. XL. 42. Ruhnken. ad Rut. Lup. p. 41. Goerenz. ad II. *de Fin.* §. 50. p. 198. seq. docentes nihil esse rectius magisque Latinum, quam omitti hos accusativos pronominum: nempe reciprocorum. Add. idem V. D. ad II. *fin.* 27, 88. extr. Plaut. *Poen.* V. 2, 44. *Nega esse,* np. te medicum. Caesar Imp. in epistula Cic. *ad Att. l.* X. *epistulae* 8. adiuncta: *cum ab eorum consiliis abesse* (np. te velle ac debere) *iudicasti.* Cic. ib. XIII. 2. *queritur a dicipulis abesse* (se) *tam diu;* in *divin. in Caecil.* 18, 59. *dicturum te esse audio Quaestorem illius fuisse; in Vatin.* c. 13. extr. *ut tu — parum putares* (te) *testificatum esse.* Gellius X. 19. *Ille non ibat infitias fecisse;* L. Piso ap. eund. VI. 9. *negat accipere.* Liv. XXXIX. 40. pr. *Valerius Antias scribit . . . illum negasse* (se) *unquam vidisse . . et pervelle id videre,* np. *se;* Lucan. IV. 615. cum annot. ad v. 3. Pacuvii in III. *de off.* 26, 98. Ne praepositione quidem *a* opus videtur, cum Dativo *competitoribus* cum Participio passivi verbi iuncto vis eius compensetur.

At] *Ac* Sigonii est: *at* Hotomanni et Graevii. Neutrum puto scripsisse auctorem, sed potius *atque* i. e. et adeo. Legem Iuliam dicit illam nobilissimam de repetundis, latam a Caesare in primo Consulatu a. U. 695. [*694. aer. Capit.*]. Et constat uno Asconio teste, etiam ad patronos pertinuisse hanc legem. HEINRICH. *Haec autem oratio *post* illam legem acta est, et tamen *ante bella civilia.* Ergo intelligitur hic lex iudiciaria, qua Caesar Dictator nimium illum patronorum numerum Pompeii exemplo a foro removit. V. annot. ad *or. in Clod.* VII. 3. — *At post bella* recepi cum Maio. Idem cum Hotomanno et Graevio deinceps: *Fuerunt autem hi sex.* Sed numerale voc. putide adiectum sustulit Heinrichius.

Aedilit. effusae] Erat apud omnes *effusa* iunctum cum *memoria.* Correxi. HEINRICH.

Bis fuisse defensum Scaurum a Cicerone reperio. Semel quum ambitus accusatus esset, quae oratio in commentariis exstitit; iterum, quum repetundarum, quod quidem in hac fuit oratione teste Asconio. Totum, quod dixi, ostendit Quintilianus lib. IV. c. 1. ad finem. *Ne quis apostrophen miretur,* inquit, *idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis,* (*nam bis eum defendit*) *prosopopoeia loquentis pro reo utitur,*

pro Rabirio vero postumo eodemque Scauro reo repetundarum etiam exemplis. De utraque locutus videtur Cicero lib. III. ad Q. fratrem ep. 1. [c. 4.] *Orationes efflagitatas pro Scauro et Plancio absolvi.* Et post: [c. 5. ap. Schütz. 7. extr.] *Scaurum,* inquit, *beneficio defensionis valde obligari.* Etsi enim proclivius est de posteriore accipi, tamen ad defensionis beneficium accommodatius [*nequaquam tamen verius*] est de utraque intelligi. Equidem hanc istam, prae manibus quam habemus, longam nimis exstitisse non existimo. Id ita esse ex Asconio intelligi potest, qui partes orationis assignat, qui versus etiam ab initio et ab extremo numerat. PATRICIUS. Vix erat Scaurus repetundarum crimine liberatus, cum reus ambitus postulatus est ab eodem Triario, aut a L. Caesare. Ita enim Cicero. „Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario aut a L. Caesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? Ne vivam, si scio“ ad Attic. IV. 16. [sect. 5.] „Candidati consulares omnes rei ambitus .... sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit“ ibid. [sect. 6.] „Scaurum Triarius reum fecit“ ad Attic. IV. 17. „Candidati consulares quatuor, omnes rei. Causae sunt difficiles, sed enitemur, ut Messala noster salvus sit, quod est etiam cum reliquorum salute coniunctum“ ad Q. fr. III. 3. Iam vero hae accusationes in Scaurum mihi etiam consilio institutae videntur competitorum, qui invidiam illi creandam curabant comitiorum tempore; neque spes illos fefellit; licet enim ex utroque iudicio absolutus abiisset, haud tamen fasces consulares consequi potuit. Tullianae Orationis pro Scauro ambitus reo nulla fragmenta supersunt, neque magnificas laudes dixit erudita antiquitas; neque enim, ut mea fert sententia, fuit illa iusta atque elaborata oratio, seu quia Tullius patrocinium susceperat clientis, quem revera reum existimabat, seu quia in Messala defendendo potius enitebatur. Contra, alteram pro eodem Scauro repetundarum reo absolutam fuisse atque ornatissimam orationem, evincunt haec Ciceronis loca: *Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi* ad Q. fr. III. 1. [sect. 4.] *Scaurus qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego partem eius ornatissime defendissem* etc.; evincunt etiam fragmenta ipsa, quae sequuntur. PEYRON. *Scaurum de ambitu damnatum exulasse docuimus ad I. *off.* 39, 138. extr.

ORATIONIS

PRO M. AEMILIO SCAURO

FRAGMENTA.

Maxime fuit optandum M. Scauro, Iudices, ut nullo suscepto cuiusquam odio sine offensione ac molestia [*paternae dignitatis splendorem obtinere potuisset. Verumtamen, quoniam ita tulit casus infestus, non recusandum sibi arbitratur, quo minus eadem Fortuna utatur, qua pater: qui saepenumero ab inimicis ad causae dictionem vocatus est*]. I. 1. a.

I. 1. a. *Maxime fuit*] Hoc fragmentum laudarunt Augustinus et Fortunatianus [*?*] in sua uterque Rhetorica, atque ille quidem [*Princip. Rhetor.* sub finem * in Capper. ed. *ant. rhetor. Pithoei* p. 328. *] his verbis. „Sed ut limpidius hoc genus principiandi depraehendatur, dabo exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loqueretur. Erat enim controversia ἀμφίδοξος, quippe quae niteretur dignitate personae M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. Utrumque in principiis statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret, neque tamen largiter nimium, neque exultanter, sed ita ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem. Maxime fuit optandum etc.“ Porro haec esse prima exordii verba cum Sigonio sensit Cl.us Mai. PEYR. *Deficientia verba adieci ex *orationis pro Sulla* principio; reliqua e Valer. Max. III. 7, 7. s. — In proxumo Asconii indicio Ang. Maius edidit *expertus est* pro volg. *erat*.

1. b. Initium expositionis circa versum a primo XL. cum enumeraret iudicia, quae pater Scaurus expertus est.

[*Summum nostrae civitatis virum scimus accusatum a M. Bruto. Extant orationes, ex quibus intelligi potest multa in illum ipsum Scaurum esse dicta. — Falso. — Quis negat? verumtamen ab inimico dicta et obiecta.*]

*** Subiit etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio Tribuno Pl. ***

I. 1. b. * Iudicii repetundarum mentionem huc transtulimus ex *or. p. Fonteio* 13, 28. De iudicio publico, in quod M. Aemilius Scaurus a Cn. Domitio Ahenobarbo vocatus est, v. *or. pro Rege Deiot.* 11, 31. Valer. Max. VI. 5, 5. : Dionis fragmenta Peiresciana ex libris prior. n. C. Pighius in *annal.* III. p. 153. ad a. V. 649. Atque etiam consul designatus a Rutilio competitore, qui repulsam tulerat, ambitus accusatus scribitur in *Bruto* 30, 113.

I. 1. b. Cn. Domitius, qui consul fuit cum Cassio, cum esset Tribunus Pl., iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit ad populum et multam irrogavit, quod eius operâ sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi Romani Deum Penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII absolveretur et in eis pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent. ASCON.

I. 1. b. *Multam*] * Sic Maius. Alii scribunt *mulctam*. Post seqq. *quod — diceret* Peyron vel, quod potius crediderim, ipsius typographus interpunctionem sustulit. Ceterum observa attractionem verbi regentis per orationem oblique inde suspensam, vel secundarium membrum mutatum in primarium ideoque in huius modo positum, ut tota oratio magis confunderetur et conflaretur, pro *quod — essent, ut dicebat*: sicut ap. Iul. Caes. *de b. G.* VII. 75, 5. V. annot. ad III. *off.* 31, 112. p. 397. Krebsii *Anleitung zum lateinisch-Schreiben* ed. III. p. 300. Krüger in Seebodii *Archiv für Philol.* 1824. P. IV. comment. LXIV. *über die Verwandtschaft gewisser Attraktionsfälle mit dem Anakoluth* p. 663. Cf. *Pis.* c. 36. f.

A XXXVII] In recentioribus editionibus legitur XXXII. Sed uterque codex ambrosianus cum antiquis editionibus habet XXXVII. Et quidem extra sollemnem numerum τῶν XXXV. aliquam praeterea tribum extitisse exploratum est. MAI. * Sane aliquot annis post novorum civium *octo* (ut scribit Vellei. P. II. 20, 2.) tribus erant additae. Numquam tamen XL tribus fuisse certum est. Itaque *V* detraxi. Sed usi hac oppor-

Ibidem.

2 *** Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, quom iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa. ***

2\. *Reus est factus —, quom*] * Sic Ang. Maius. Volgo *R. factus est —, quum.*

P. Rutilio] * *Rufo.* Huius innocentia laudatur II. *off.* 13, 47. pr. in *or. pro Rab. Post.* 10, 27. et ap. Paulum Orosium *histor.* V. c. 17. p. 334. ed. Haverc. ubi v. Fabricius. *Non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam* (np. voluit), *quam simplex ratio veritatis ferebat*, testibus Cic. *de or.* I. 53,

2\. Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum

tunitate paullo aliter, quam placuit Cl. Peyroni p. 223. — 234., supplere conabimur lacunam *Milonianae or.* 12, 33. extr. ante verba: *Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnia omnibus minabatur.* Periit quidem infortunio quodam hoc ipsum folium rescripti codicis Taurinensis; sed tamen lacunae indicium admirabili sagacitate Peyron investigavit atque invenit hoc, codicis nescio cuius, ex quo ceteri omnes manarunt, unum folium fuisse mutilum, ita ut in utraque pagina totidem fere versus sibi adversi interierint. Nam quae restant codicis folia, ea manifestant incepisse amissum illud intermedium c. 10. §. 29. a vv. *sunt, partim, cum ad rhedam pugnari viderent;* pertinuisse autem usque ad alteram illam lacunam, quam ad *or. in Clodium* p. 90. s. in annot. ad *schol.* I. 8. et indicavimus et supplevimus e proximo et contermino folio rescripto, cuius, ut reliquorum, descriptio indicat in deperdito illo fuisse fere quinque versus amplius, quam in ed. Patav. ad usum Delph. a. 1754. in 4. vel sex versus amplius, quam in Ernesti ed. mai. excusi habentur. Lacunam ipsam Peyron vidit supplendam esse fragmento *or. pro Milone* ap. Scholiastam Ambros. ad *interrogationem de aere alieno Milonis* IV. 2. (quod Maius ed. Mediol. 1817. p. 97. ed. Halens. p. 512. non recte a commentario distinxerat tamquam ex hac ipsa interrogatione excerptum IV. 3.) atque *reticentiae* exemplo ap. Quinctil. *instt.* IX. 2. iunctis. Principium autem abruptum coniecturam dirigens cll. locis *or. pro Mil.* 32, 87. extr. 33, 89. supplet hunc in modum: „*Atque per*“[multas leges praeter ius et aequitatem excogitatas quum recitare possem, unam tantum exponam, iudices, ceterarum omen atque firmamentum. Ille enim maiora suis legibus suffragia, atque latrociniis arma comparaturus constituerat, ut servis, qui privata dominorum voluntate manumissi in libertate morabantur, iusta libertas, ac civitas Romana cum suffragio in rusticis tribubus ipso iure daretur.] „*An huius ille* [np. P. Clodius] *legis, quam Clodius* [np. S. Clodius] *a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset vivo Milone, ne dicam consule? De*

8 Ibidem.

* Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publi-

229. a. in *Bruto* 30, 115. Quinctiliano *instt.* XI. 1, 12. et Valer. Max. VI. 4, 4. Et hunc *virum non saeculi sui, sed omnis aevi optimum* (censore Velleio P. II. 13, 2.), quoniam post consulatum a. V. 648. gestum Legatus (non, ut Ascon. ad *divin. in Caec.* c. 17. scribit, *Quaestor*) Q. Mucii Scaevolae Proconsulis a. V. 657. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat, interrogatum lege repetundarum a. V. 660. maximo cum gemitu ci-

reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit constantia et animi magnitudine, ut Caepionem contra reum detulerit et breviore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam

nostrum enim omnium —: non audeo totum dicere. Videte quid ea vitî lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprachensio est. Tum demum addita videntur illa *Et aspexit* etc. Ego vero, quoniam illud supplementum in ipsius Peyronis editione p. 256. s. alterius in adversa pagina (c. 13. §. 34. pr.) lacunae spatium duobus versibus longiusculis excedit, sic malim: „*Atque per*" [omnis tribus distributis (vel *divisis*, ut loquitur Liv. IX. 46.) libertinis servos ille omnis, qui in libertate morarentur, lege nova additurus erat, ut ipsi cum ingenuis aequaliter suffragia ferrent.] „*An*" etc. vel, si plura desideras, sic: „*Atque per*" [niciosae, iudices, et exitiabiles leges apud eum inventae sunt, non solum ut libertini per omnis tribus distribuerentur, verum etiam ut omnes, qui in libertate morarentur, servi cum ingenuis aequaliter suffragia ferrent.] „*An*" etc. Scholium enim ad eiusd. *interrogation.* IV. 1. non sic restituimus cum Peyrone p. 232. „*Laturus autem de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut et ipsis cum ingenuis aequaliter pertineret;*" sed duce Asconio ad *Milon.* 32, 87. extr. „*ut et ipsi cum ingenuis aequaliter ferrent*". Totidem enim litteras evanidas neque plures punctis notavit ipse Peyron p. 230. Alioqui facile posset: „*aequaliter per* [XXXV tribus distribuerentur]".

2. *Glaucia*] * Nescio quo errore Maius et cum eo Peyron ediderint *Claudia Gracchia* et deinceps *continentia* pro *constantia*, nec non seqq. *contra reum* contraxerint in *contrarium*. De *Servilia* lege lata a Glaucia Praetore a. V. 653. aliisque repetundarum legibus exposuimus ad II. *de off.* 21, 75. p. 146. Iuncturam atque ordinem fragmentorum ex *lege Servilia* ap. Fulv. Ursinum in *legibus et senatus consultis, quae in veteribus quum ex lapide, tum ex aere monumentis reperiuntur*, adiunctis Ant. Augustini *de legibus libro* Rom. 1583. 4. et in Augustini *opp.* T. I. post p. 164. num. VIII. XI. (XIII.?) XIV. XII. X. IX. sagaciter eruit vir consultissimus Clemens Aug. Klenzius, iuris antecessor Berolinas, qui b. Hauboldo in praefatione ad *institt. iuris Rom. privati historico-dogmatt. epitomen* p. V. laudatur primus animadvertisse frusta aeneae tabulae, olim in mu-

cae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario Tribuno Pl. est non multo ante.*

[*Huius multorum calumniis vexati viri filium, Iudices, nunc invidi atque inimici ignominioso repe-*

vitatis damnaverant equites, penes quos iudicia erant Gracchanis legibus: ut legimus in Flori *epit. Liv. lib. LXX.* Cf. Cic. *pro Font.* 13, 28. Exuli autem *Asiam petenti omnes provinciae illius civitates legatos secessum eius opperientes obviam misisse* narrantur Valerio Max. II, 10, 5. Cf. Cic. *pro Balbo* 11, 28. Tacit. *ann.* IV. 43. extr. Eius *exilium*, quae Ciceroni (*in Pis.* 39, 95. cf. Seneca *ep.* 67. med.) *maior iudicum et rei publicae poena visa'st quam Rutili*, exempli loco de bonorum exitibus malis afferunt Cic. *de nat. deor.* III. 32, 80. et Seneca *de tranq. an.* c. 15. *de benef.* V. 17. *de provid.* c. 3. post med. *consol. ad Marc.* c. 22. post in. *de vita beata* c. 18. Eidem *ep.* 24. post in. et Ovidio l. I. *ex Ponto ep.* 3, 64. laudatur *non usus reditus conditione dati* a Sulla. Locus luculentissimus extat in Dionis fragg. Peiresciamis ex libris prioribus n. CVI. s.

diceret, M. quoque Drusum Tribunum Pl. cohortatus sit, ut iudicia commutaret. ASCON.

3. Italico bello exorto cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius Tribunus Pl. legem tulit, UT QUAERERETUR DE IIS, QUORUM OPERA CONSILIOVE SOCII CONTRA POPULUM ROMANUM ARMA SUMPSISSENT. Tum Q. Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse se occasionem opprimendi eius egit, ut Q. Varius Tribunus Pl. belli concitati crimine adesse

seo Petri Bembi servata, hodie vero per diversa gazophylacia publica dispersa, exhibere continuas huius legis reliquias.

Drusum Tr. Pl.] * a. V. 662. L. Martio Philippo, S. Iulio Caesare COSS. *de or.* I. 7, 24. pr. M. igitur Livio Druso M. Aemilius auctor fuit, ut *senatui priscum restitueret decus et iudicia ab equitibus ad eum transferret ordinem.* Paterculus II. 13, 2. Quippe Drusus μόνος ἔδοξεν ἔσεσθαι προστάτης τοῦ συγκλήτου teste Diodoro Sic. T. II. p. 611. ed. Wesseling. *Senatui iudicia permisit. — Senatus permissis iudiciis exultabat; sed societatem cum equitibus aegre ferebat,* ut scribit S. Aur. Victor *de vir. ill.* 66. Cf. Orosium V. 18. et Wetzelii *Erklärende Anmerkungen zu Cicero's Brutus*, append. I. de personis dialogi in libris de oratore §. 8. p. 298. — 302.

3. *Q. Varius*] * Sucronensis, *propter obscurum ius civitatis* Hybrida *cognominatus, Tribunus Pl.* (a. V. 663.) *legem* (de maiestate) *adversus intercessionem collegarum perrogavit, qua iubebat quaeri, quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent*, adiuvantibus equitibus, qui se iudices hac lege senatores potentissimos quosque evertendi spem nacturos esse sperarent. Valer. Max. VIII.

tundarum iudicio perfundere voluit. Eius causam ut reciperem, hoc clarissumi patris memoriae debere me existumavi.]

4. a. Dicit iterum de patre M. Scauri.

***Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit**

apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem arcessitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum; deinde accepto respondendi loco dixit: „Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait concitasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est; utri vos, Quirites, convenit credere?" Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam Tribuno dimitteretur. ASCON.

4. a. Possit aliquis quaerere, cur hoc dixerit Cicero, quom Scaurus patricius fuerit; quae generis claritas

6, 4. Appian. ἐμφ. I. 37. Nempe Liviam legem iudiciariam belli Italici s. Marsici causam existumatam esse docuimus ad II. *off.* §. 75. extr. adde Plin. *H. N.* XXV. 5, n. 14. sect. 21. De illo anno Cic. in *Bruto* 89, 304. *Exercebatur una lege iudicium Varia ceteris propter bellum intermissis, qui* (pro *cui*. Vid. obs. ad *or. pro Tullio* 54. extr.) *frequens aderam; quamquam pro se ipsi dicebant oratores non illi quidem principes, L. Memmius et Q. Pompeius, sed oratores tamen, teste diserto uterque utens Philippo.* Ib. 305. extr. *Iam consequente anno Q. Varius sua lege damnatus excesserat.* Fuerant autem Druso inimici *Caepio* (testibus Plinio *H. N.* XXVIII, 9, 41. XXXIII. 1, 6. Pseudo-Cic. *pro domo* 46, 120. Aur. Victore c. 62. et Dione in fragmento Peiresciano CX.), qui *nimis equestri ordini deditus a senatu dissedisse* dicitur in *Bruto* 62, 223. pr., itemque *Q. Varius*, qui eum ferro sustulisse ferebatur secundum Cic. III. *de nat. deor.* 33, 81.; ergo uterque etiam illius adiutori M. Aemilio Scauro. De huius in iudicio libertate et gravitate cf. Quinctil. *instt.* V. 12, 10. Valer. Max. III. 7, 8. Aurel. Vict. *de vir. ill.* 72, 4.

Arcessitus] * Maius ed. *accersitus*, itemque in Asconii scholio ad fr. 5. V. not. ad *ep.* 16. *lib. I. ad Att.* orationi *in P. Clodium* praemissam §. 14.

Concitasse] * Maius *convocasse*. Illud vero proprium est seditiosorum et i. q. *sollicitasse*.

4. a. * Cf. Cic. *or. pro Murena* c. 7. extr. *Eiusdem animi atque ingeni est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem no-*

posse Virtutem sine praesidio Fortunae, quo contendisset, labore et constantia pervenire. *

Et quoniam congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum et varietate: [*his si* *universe*' *potius quam argumentis ad singula respondero; videar causae atque officio meo satis fecisse. Nihilo minus tamen totam causam, Iudices, explicemus atque ante oculos ex-* 4. b.

4. a. *Quo contendisset*] *Maius et Peyron: *quo contendissem.* Sed sic dictum oportuit *contenderem.* Plutarchus *ἀποφϑ. βασ. α'.* p. 204. E. refert Ciceronem adulescentem flagrantem studio laudis pollicitum esse *τὸν Κικέρωνα ποιήσειν τῶν Σκαύρων ἐνδοξότερον.* Scauri patris *tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta sane utiles* laudantur in *Bruto* 29, 112. Cf. Valer. Max. IV, 4, 11. Idem vero Sallustio in *Iugurtha* c. 15. notatur *impiger, factiosus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans.*

4. b. *Illud fragmentum, quo *Cicero pro Scauro reprachendit adversarii confusum criminationem,* ut testatur Iulius Severianus in *Syntomatis rhetoricae* cap. *de disponendis criminibus* in Capperonnerii *Rhetoribus* p. 334., videtur locum sibi vindicare ante criminum refutationem. Nescio vero, unde Maius et Peyron p. 94. habeant lectionem *congesta est.* Revocavi etiam Pithoeanam lectionem *non distinctione.* Ceteri praeeunte Heumanno *non* mutarunt in *quam.* Vocem *universe* huic orationi ascribit Charisius lib. II. ap. Putschium p. 198. Supplementum adiecimus ex *or. pro Rosc. Am.* 12, 34. extr. cl. *divin. in Caecil.* 14, 47.

etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus (ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam) honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit. ASCONIUS.

minis, quam non acceperit, tradere et, ut Scaurus [consul factus a. V. 638. aerae Capitol. iterum 645. non 646. eiusd. aerae], *memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare:* ubi Aug. Matthias, Asconii memor, comparat Plutarch. *de fort. Rom.* II. p. 318. C. (T. II. p. 805. ed. Wytt.) *Αἰμίλιος δὲ Σκαῦρος ἐκ ταπεινοῦ βίου καὶ ταπεινοτέρου γένους καινὸς ἄνθρωπος ἀρθεὶς ὑπ' αὐτῆς (τῆς Τύχης) Προγράφεται τοῦ μεγάλου συνεδρίου,* i. e. *princeps senatus legitur* a. V. 638. a L. Metello et Gn. Domitio censoribus LXII. lustro condito.

positam consideremus. Ita facillume et quibus de rebus nos dicere oporteat et quid vos sequi conveniat intelligetis].

4. c. *Bostarem igitur quendam Norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum* [*Triarius criminatur huius malitiosis blanditiis e fuga revocatum atque hospitali mensae adhibitum veneno ab hospite necatum esse et*] *prius illum sepultum, quam huic coenam sublatam.*

1. [*Quae veneni dati suspicio, Iudices, primum quam levis sit, statim apparebit, si considerare volueritis, ex quibus causis mors saepe eveniat repentina.*]

* * * * * * * * *

4. e. [*In ea Scaurus fortuna erat constitutus, ut non modo suas possessiones facillume*] *retineret (id quod praecipue semper studuit),* [*verum etiam*
*A" *nova posset acquirere potius*] "bona, quam quod habebat *veniret*. Age dum, ego defendi Scaurum, Triari; defende tu matrem [*Bostaris, quam ipsam arguo huic culpae esse affinem.*] * * * * * *

4. c. *Haec laudantur a Severiano p. 337. *Responsurus autem adversario, primum id, quod ille posuerit, verbis infirmioribus pronuntiato: quae vero incredibilia visa fuerint aut imbecilla, ita universa ponantur, sicut ab adversario dicta sunt; ut est illud, „Bostarem — adventum"; et infra addit etiam augendi criminis causa „Prius illum sepultum* etc." Apparet iam e seq. fragmento crimen veneni Bostari coenanti a Scauro dati. An vero caedes illa facta sit, cum Praetor provinciam peragrans Norae esset, quod Heinrichius p. 40. a. apparere iudicat, nobis quidem non liquet. Negare tamen non possumus non magis, quam affirmare ita factum esse. Ceterum *elicere blanditiis* dicitur Praetor alicui insidias struens *ad Q. fratr.* l. I. *ep.* 2. §. 2.

4. d. *Ad hanc orationis partem videtur respici a Martiano Capella *de rhet.* ed. Capperonn. p. 411. cap. *de quaestione rhetoricae . . . infinita:* quo teste *in Scauriana interposita disputatione tractatur „ex quibus causis mors eveniat repentina."* Plin. VII. 53, 54.

4. e. Haud dubie hariolatio me fefellit. Nam verum hic quasi in puteo demersum fuit. Sed invidiam (opinor) non habebit, quod coniectandi aleam experti sumus, ut aliquis certe sensus emergeret. Prius fragmentum suppeditavit Fronto *de orationibus* p. 240. et in exemplis *elocut.* s. v. *studeo* p. 394. ed. Maii Rom. (1. autem ed. Mediolan. p. 543.) ubi tamen in duob. codd. pro

relicta illic uxore ipse fuga sibi consuluit, quem ad modum castores, ut aiunt, a venatoribus] *redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur!*

p. 16, facetis verborum lusibus indulgens lepide εὐθυῤῥημονεῖ, ut in frumentaria provincia quam libidinis voluptatisque fructum frumentum potius imperatum doceat, immemor ille famosissimarum istarum mulierr cularum *Pippae*, *Tertiae* atque *Nicae*, quas item in frumentaria insula aemulis viris remotis Praetor secum habuisse accusatur l. V. *in Verr.* 31, 81. s. *Dandi* verbum hac quoque in re sollemne est, ut apud Plaut. in *Trin.* III. 2, 65. (690.) Sed faciliorem viri eruditissimi error habet excusationem, cum dubitatio, quae etiam tum locum habebat, nunc demum evanuerit inventis his, quae II. §. 5. ex. dicuntur.

7. De Castoribus loquitur, de quibus in hunc modum Plinius VIII. 30. [sect. 47.] *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari. Castoreum id vocant medici*, SIGON. Castoris hanc esse naturam etiam Iuvenalis non dissimulavit in Satira [*XII. 34. ss. ubi cff. Scholiasta et Cramerus*] *qui se*

Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculi.

Huius fragmenti ita meminit etiam Servius *Georg.* I. [59.] *Fibri*, inquit, *canes sunt Pontici, quorum testes apti sunt medicamentis, propter quod*, [*melius alii legunt: *propter quos**] *ubi se quaeri sentiunt, eos secant. De quibus* [*al. *De his**] *Cicero: Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime petuntur* [*Servii edd. *expetuntur**]. Apertius autem Isidorus lib. XII, c. 2. [n. 21.] Testatur enim ex Scauriana sumptum esse. Non possum autem hoc loco praetermittere quae scribit Plinius de elephantis lib. VIII. c. 3. [sect. 4. extr.] in eandem prope sententiam, *Circumventi*, inquit, *elephanti a venantibus, primos constituunt, quibus dentes sunt minimi; postea fessi impactos arbori frangunt praedaque se redimunt.* Haec Plinius. Quod nisi esset aperta Servii et Isidori sententia, de *Castoribus* hic a Cicerone sermonem esse, dubitare sane potuissemus, an non de elephantis haec prolata fuissent. Nam et apud Plinium, qui de elephantis loquitur, verbum est *redimere*, idem illud quo hic Cicero utitur. PATRICIUS. Ceterum inter nostros physiologos constat illam opinionem veterum de Castoribus meram esse fabulam, praesertim quum castoreum illud quod dicitur non testiculis fibrorum, sed potius aliis quibusdam vesiculis contineatur. SCHUETZ. *Cf. Plinius XXXII. c. 3. sect. 13. Fateor autem potuisse hoc fragmentum etiam supra in exordii prima lacuna poni: si quidem hoc dixit Cicero, id agere accusatores, ut Scaurus aut infamia aut metu perculsus vota spesque consulatus deponeret, quemadmodum castores etc. cf. II. §. 34. ex. Sed tamen *testiculorum* comparatio magis convenire videtur spoliis uxoriis, quam consulatui et Scauro candidato, quem indecorus hic iocus risui exponeret.

8 [*Sed ut Scaurus omnium hominum dissolutissimus libidinosissimusque semper fuerit: tamen incredibile dictu est, Iudices, quod Triarius addidit, Arinis uxorem Praetoris licentia adactam esse, ut iniuriae remedium morte ac suspendio quaereret. Hic enim primus et cum bestiis communis homini ad omnem vitam tuendam appetitus a Natura datus est, quo ipse sibi conciliatur et commendatur ad se conservandum, alienatur autem ab interitu iisque rebus, quae interitum videantur afferre.*]

II. 1. a. Circa tertiam partem a primo.

* Sic, inquam, se, Iudices, res habet. Neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est.*

1. b. [*Sed tamen id ita esse exemplis probari potest. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata civis, se ipsa interemit. Hic dolor causa civitati libertatis fuit. Ac ne fortissimi quidem viri nisi in extrema necessitate alicuius dedecoris evitandi causa mortem ultro oppetiverunt; ut P. Crassus Mucianus cum Aristonico bellum in Asia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in praesidio habebat, inter Elaeam et Zmyrnam exceptus, ne in ditionem eius perveniret, dedecus arcessita ratione mortis effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum usus fuerat, narratur in unius barbari oculum direxisse, qui*

8. *Locutiones a nobis in hoc fragmento adhibitas suppeditavit Cic. l. III. *in Verr.* 56, 129. sententiam de prima commendatione Naturae *de fin.* l. III. 5, 16. V. 9, 24. cl. II. 20, 66.

II. 1. a. *Sic, inquam, . . . quaesitum ab aliis est*] Hucusque verba Tulliana huius loci praetermittuntur ab utroque codice ambrosiano. Ea tamen occurrunt nobis inferius n°. 2. MAI. [* Nescio quo iure V. D. hoc fragmentum ab oratore haud dubie omnibus exemplis praemissum continuarit proxime subiectis 1. b. cum e scholio ad n. 2. ab editoribus erutum sit, in quo ipse Asconius dicens *in eadem hac oratione ante* indicare videtur quaedam interiecta, quae e Valer. Max. III. 2, 12. interposuimus.*] Haec ex Asconii fragmentis exscripsi, simulque praemittenda duxi. Nam, ut viderat Sigonius [in notis ad Asconium ad h. l.]. „Haec exempla sunt eorum, qui sibi in bello

vi doloris accensus latus Crassi sica confodit, dumque se ulciscitur, Romanum imperatorem maiestatis turpitudine liberavit. Ostendit Fortunae Crassus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluisset; quoniam quidem iniectos ab ea libertati suae miserabilis laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit donatumque se iam Aristonico dignitati suae reddidit.] * Illa audivimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P.

manus attulerunt, ut P. Crassi, qui in bello Aristonici in Asia captus, barbarum, a quo captus erat, ut se interficeret, provocavit; aut alterius P. Crassi, qui in dominatione L. Cinnae, ne in manus inimicorum incideret, sibi mortem conscivit. Quos tamen neque M'. Aquillius, neque Iulii duo, neque M. Antonius potuerant imitari. Hoc est autem, quod scribit Quintilianus l. IV. c. 1. [p. 225. ed. Bip.] Ciceronem pro Scauro repetundarum reo usum esse exemplis". Atqui Tullius in primo Taurinensis codicis fragmento de voluntaria morte disserit; paria ergo paribus coniungenda duxi. Hanc vero crediderim postremam fuisse partem disputationis, in qua Tullius quaerebat *ex quibus causis mors eveniat* [**eveniret**] *repentina*. Enimvero hanc sibi proposuisse quaestionem cum praesensum est ex indole causae, in qua de repentina morte Bostaris, et uxoris Arinis cognoscendum erat, tum conceptis verbis tradit Marcianus Capella inquiens [lib. V. cap. *quaestio rhetoricae aut finita* etc.]: „An aliud in Scaurina succurrit, quum, interposita dissertatione [* edd. habent *disputatione* *], tractatur ex quibus causis mors eveniat repentina?" Quae quum ita sint, atque Asconius tradat *circa tertiam partem a primo* versu haec locum habuisse, iam quisque videt tertiam Orationis partem a nobis desiderari. Dixerat paullo supra Sigonius exempla a Quintiliano commemorata esse intelligenda de hac interposita dissertatione; mihi vero Quintilianus innuisse videtur Orationis exordium. De exordiis enim toto illo capite disputans, post laudata prima verba Declamationis Sallustii in Ciceronem, et Ciceronis in Catilinam, subdit: „Ac, ne quis apostrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae caussa est in commentariis [nam bis eundem defendit] prosopopoeia loquentis pro reo utitur; pro Rabirio vero Postumo, eodemque Scauro reo repetundarum, etiam exemplis; pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione." Sane exordium Orationis pro Rabirio Postumo habet exempla, quae Tullius concludit inquiens *Sint igitur similia, iudices, parva magnis;* a partitione exorditur Oratio pro Cluentio. Itidem ergo exordium Scaurinae a Quintiliano indicatum fuisse credo. PEYRON. * Recte. Modo distinxisset V. D. repentinae mortis naturalis cau-

II. 1. b. Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in domina-

Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse. *

2 **Statim.**

At neque illius Crassi factum superioris iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari; * [*sed memoriam iuventu-*]

sas et voluntariae mortis. V. I. 4. *d.* Quamquam fateor posse intelligi exempla accusationum, cum in exordio enumerentur iudicia, quae pater Scaurus expertus est.

P. Crassum] Hunc in seditione Marii *suapte interfectum manu* dixit Tullius de Orator. III. 8. [§. 10.]. Meminerat autem, ac pene viderat casum, qui anno U. C. 667. contigerat. PR. *Cf. *or. pro Sextio* 21, 48. extr.

2. *Illius Crassi . . . superioris*] Hunc ergo superius commemoraverat. P. Crassum Mucianum divitem, captum in bello Aristonici, operam dedisse, ut a barbaro interficeretur, cum Asconio narrat Valèrius Maximus III. 2. 12.; mitto enim aliorum scriptorum sententias, quas legesis in Adnotat. ad Velleium Pat. II. 4. Porro haec audiverat Cicero, quippe quae ante se natum evenerant. PEYRON.

Manius Aquilius] Hic consul anno U. C. 652, tum legatus in bello Mithridatico [Epitome Liviana LXXVIII.], atque adeo iisdem honoribus usus, ac Crassus Mucianus, fuit *in bellis fortissimus*, ut illum *multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum*, *quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat*, *iudicio* liberaverint iudices [Cicero pro Flacco 39, 98.]. Varia de Aquilii morte memoriae sunt prodita. Diodorus Siculus [Fragmentis libri XXXVII.] perhibet violentas in se manus intulisse, ut propositos cruciatus fugeret; quam sententiam refutant cum Diodori adnotatores, tum maxime hic Ciceronis locus. Vana etiam narrat Velleius [II. XVIII. 3.] scribens a Mytilenaeis M'. Aquilium vinctum Mithridati fuisse traditum, cui [**quibus**] *libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio re-*

tione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum et collegam suum Cn. Octavium occidit. ASCONIUS.

2. Haec verba, quibus Cicero nunc utitur, AC [*at*?] NEQUE, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia NEQUE est coniunctio disiunctiva et semper postulat, ut rursus inferatur, ut quom dicimus *neque hoc neque illud.* Quo autem casu acciderit quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim quom adiecerit illam appositionem et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui et atten-

2. *Illam appositionem*] Scil. eam quae est in verbis: *Quid vero* . . *alterum Crassum* etc. SCHUETZ.

"tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foeda-

stituta est. At Appianus *de Bello Mithr.* 21. [p. 670.] refert Mithridatem, a quo Aquilius vivus fuerat captus, iussisse vinctum hunc asinoque impositum circumvehi, tum Pergami aurum liquefactum in os eius infundi; nec a Valerio longe abit Posidonius apud Athenaeum V. 50. ed. Schweigh. [*T. II. p. 320. c. 14. pr. p. 213. ed. Lugd.*] Quam probrosissimam Aquilii mortem innuisse mihi Tullius videtur his verbis *pro lege Manil.* 5. [§. 11.]: „vos eum regem [*Mithridatem*] inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani, consularem, vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit?" Aquilium ergo vivum a Mithridate captum, atque post exquisita supplicia necatum, cum potioribus auctoribus credebat Tullius, recteque adeo urgebat exemplo Crassi. Paria enim erant omnia, pares honores, par casus, uterque in hostis manus venerat vivus; at illud fuit dissimile, quod Crassus, morte in se provocata, remedium turpissimae captivitatis quaesivit, contra Aquilius, vir cetera fortissimus in bellis, per summam animi imbecillitatem, *cum sibi gloriose extingui posset, Mithridati maluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem?* uti apposite de Aquilio scribit Valerius [IX. 13. 1.]. Cum itaque de Aquilio merito pronunciari possit memoriam virtutis suae, rerumque gestarum, senectutis dedecore foedasse, atque Asconius tradat paullo post illa verba *potuit imitari* haec sequi: *Quid vero? alterum Crassum,*

dendum esse valde puto. Moveor enim merito viri auctoritate; neque ignoro aliquando hoc verbum NEQUE vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: *Sic, inquam, se, Iudices, res habet. Neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est.* Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum et tamen post secundum aliquid inferri. Nam cum dixerit, *neque hoc a me novum disputatur:* infert, *sed quaesitum ab aliis est.* ASCONIUS.

Moveor enim merito] *Maius *merita*, ut iungatur cum *auctoritate*.

Sed hoc loco et sine etc.] Clar^us^ Mai monet ab altero codice Ambrosiano totam abesse hanc particulam orationis *sed hoc loco* etc., alterum vero codicem legere *sed hoc loco ut sine praepositione illius verbi videamus esse positum, et tamen quo sit secundum* etc. PEYRON. *Deinde Schützius: *Nam quum d i x i t.* Sed *cum* pro *licet* posita asciscit Subiunctivum. Nullo autem modo (id quod ipse Asconius sensisse videtur) prior locus huic potest comparari, cum ibi *neque* sequentia copulet cum *praepositione*, h. e. cum praecedente sententia. Hic autem notandum erat *ἀνακόλουθον*. Sequitur enim cum *ἐνεργείᾳ* quadam *Quid vero alterum Crassum . . num . . potuit imitari?* Negatio autem compensatur interrogando per figuram. Cf. obs. de abrupta oratione per formulam *Quid ergo est?* ad or. *pro Tullio* §. 5.

vit. Quid vero alterum Crassum temporibus iisdem — num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus
8 M. Antonius potuit imitari? Quid? In omnibus monu-

tum persuasum habeo prima Taurinensis fragmenti verba . . . . *tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit* de Aquilio esse intelligenda. PEYRON. *Malui supplere *iuventutis* quam *virtutis*, ut rite responderet oppositio *senectutis*. Fortasse etiam propter v. *foedavit* cum illo Genitivo verius iunxeris *laudem* vel *gloriam*, quam *memoriam*. Cf. I. *off.* c. 33. extr. Etenim ad *or. p. Tullio* §. 49. observavimus quam delectatus Cicero sit contrariorum comparationibus. Sic V. *in Verr.* 38, 99. *Aratorum liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant —, eosne in insula Cereris natos, ubi primum fruges inventae esse dicuntur, eo cibo esse usos, a quo maiores eorum ceteros quoque frugibus inventis removerunt?* Ad *M'. Aquilii* supplicium cum dolore et cruciatu alluditur l. V. *Tusc.* 5, 14.

Quid vero?] Haec servaverat etiam Asconius. PR. *Interrogationis signum hic sustuli, ut appareret pleonasmus suspensae interrogationis, deinde alio modo, quam quo inchoata esset, absolutae. Cf. §. 32. et quae in Seebodii nova bibliotheca critica 1823. n. 3. p. 298. sq. observavimus de locis l. *de nat. d.* I. 23, 63. pr. 28, 78. pr. 29, 82. 31, 88. (cll. 12, 29. extr. 42, 118. s.) II. 3, 8. pr. Agrar. II. 17, 45. (64. ed. Beck.) Sic implicata interrogatio II. *divin.* 9. uno tenore per totam paene §. 23. inde a principio protrahitur. Et sic distinguendum erat *de or.* I. 37, 171. 39, 176. — 178. pr. 180. pr. *Tusc.* III. 32, 78. pr. I. *de re p.* c. 35. pr. 39. *Quid domi — pluresne praesunt negotiis tuis? . . Quid totam domum — num quis alter praeter te regit? de divin.* II. 9, 22. *Quid igitur* (*ut omittamus superiores*) — *Marcone Crasso putas utile fuisse?* Multa possem addere, sed sufficiat ablegasse ad ea, quae docte disputavit *Car. Frid. Aug. Fritsche Coniectan. in N. T. specimine* I. in *addendis* ad p. 36. not.

Temporibus iisdem] Mortes M. Antonii, germanorum fratrum C. et L. Iulii, atque P. Crassi ita narrat Appianus [*de Bellis Civ.* I. 72.], ac si eodem anno U. C. 667. contigissent. Horum etiam virorum fata coniunxerat Cicero de Oratore III. 3. [§. 10.], ut beatam fuisse mortem L. Crassi evinceret, qui hosce horribiles miserosque casus haud viderat, P.

Summo imperio] Asconius legit *summo ingenio*, quo M. An-

Quid vero — imitari?] Hic „*alter Crassus*" idem est, de quo supra diximus. ALTERUM autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit Pon-

Similis est orationis conformatio *de or.* II. 11, 48. *Nam et testimonium saepe dicendum 'st* —: ubi debebat sequi *et mandata exponenda.* Pro hoc c. 12. pr. *Quid, si mandata sint exponenda?* 78, 319. *Sic et facile reperientur.* Respondere debebat *et momenti aliquid afferent.* Sed post parenthesin sensum particulae *sic* repetit voc. *ita.* I. 49, 214. *Nam et civitatum regundarum oratori gubernacula sententia sua tradidit* . . . vo-

mentis Graeciae (quae sunt verbis ornatiora quam re-

tonium fuisse praeditum saepe testatus est Cicero, in primis vero *de Oratore* III. 4. [§. 16.] Sed, hac admissa lectione, sequeretur voluntariam mortem ex ingenii vi ita esse repetendam, ut quo maiore quis polleat ingenii acie, eo aptior sit ad animam ultro proiiciendam; quod vereor, ne probent omnes. Illa enim melius est arcessenda ex animi, ut dicere amant, magnitudine servitutis ac dedecoris impatiente, quae ex educatione, patriae institutis, religione fingitur, atque laudibus exemplisque confirmatur, minimum vero ex ingenio meditationibus subacto, cuiusmodi illud erat M. Antonii. Sane Tullius in Iuliorum fratrum ignobili dedecore ponit mortem expectasse, cum essent genere atque rebus gestis *clarissimi;* par ergo probrum Antonio obiectat, quod vir *summo imperio* praeditus sicariis Marii servilem poenam dederit. Summum autem imperium cum Tullius plus semel tribuat Quinto fratri Asiae Praetori, adeoque nulla militari potestate insignito, tum potiori iure dicendus erit tribuisse Antonio viro consulari, qui Ciliciam Proconsul rexerat, atque censuram Romae exercuerat. PEYRON. *Acute haec esse disputata fatemur. Praetulimus tamen lectionem *ingenio*, utinam recto ingenio usi! Nam optumo quisque et splendidissumo ingenio longe honestam mortem vitae cum ignominia et dedecore anteponit. V. de *magnitudine animi existente ex ingenio bene a Natura informato* I. *off.* 4, 13. extr. cum annot. de ipso autem Antonio Plutarchum in *Mario* c. 44. Valerium Max. VIII. 9, 2. IX. 2, 2.

tifex Maximus et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum dicit, duos Caesares fratres Caium et Lucium significat: ex quibus Lucius et praetor et consul fuit; Caius aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpitio Tribuno fuerit. Nam et

luerat addere *et philosophiam.* Sed cum ad priora refutanda abripi se passus esset: illis verbis hic omissis ad quaestionem de philosophia c. 51. demum transit. Ibid. 50, 217. vv. *eademque ratione dicantur et quos φυσικούς Graeci nominant iidem poetae* continuanda erant sic: *et philosophi iidem geometrae aut musici:* quod nunc alia orationis forma usus adiicit. His exemplis, quorum observatio debetur acumini A. Matthiae in Friedemanni et Seebodii *Miscellaneis criticis* Vol. I. P. I. p. 677. adde illud *de re publ.* I. 3. *Hinc enim illa et apud Graecos exempla — quae nata et frequentata apud illos etiam in gravissumam civitatem nostram dicuntur redundasse*, notatum C. F. A. Fritzschio *de nonnullis posterioris Pauli ad Corinthios epistolae locis diss. II.* p. 14. ubi egregius interpres verissume docuit eandem loquendi consuetudinem non tam mirandam quam sedulo observandam esse, quippe ex intimis rationis humanae depromptam quasi recessibus.

bus) quis invenitur, quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse

„*ignóminiae dolôre*“ (ut ait poëta) „*victor insolens*
***se victum non potuit pati,*“**

3. *Ut ait poëta*] Quis iste sit Poëta mihi non liquet. Frustra inter Ennii fragmenta locum quaesivi. PR. *Non mirum. Nam poëta ille, cuius distinximus versus, nisi omnia nos fallunt, fuit Pacuvius in *Teucro*, qui sine Aiace contra patris conditionem a Troia reversus sic salutasse videtur patrem:

Quam té post multis túeor tempestâtibus!

ut citatur a Nonio in vv. *Tempestas* et *Tueor*. Interpellatum vero a patre credo his, quae afferuntur ibid. in v. *Accepso:*

Haúd sinam quicquám profari
priusquam accepso quód peto:

ut interiecta aliqua percontatione de Aiace haec ap. Cic. *de or.* II. 46, 193. locutus videatur cum gravi indignatione:

Ségregare abs te aúsus aut sine illo Salamina ingredi
Néque paternum aspéctum es veritus, quem aétate exacta índigem
Liberûm lacerásti, orbasti, extinxti, neque fratris necis
Néque gnati eius párvi, qui tibi in tutelam est tráditus?

Excusandi se gratia respondet Teucer:

Nihilne ad te de iúdicio armorum áccidit?
Ignóminiae dolôre etc.

Omnino enim et metrum iugulatur hiatu et sententia pervertitur, ut adhuc legitur in *oratore* 46, 155. s. de neutris in Genitivo inusitatius contractis: *quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter „armum iudicium,“ etsi est apud eundem* (np. Pacuvium): „*Nihilne ad te de iúdicio armum * áccidit?*“ *quam* „*armorum*“ *Iam* (*ut censoriae tabulae loquuntur*) „*fabrum*“ *et* „*procum*“ *audeo dicere, non* „*fabrorum*“ *et* „*procorum*“. Mirum sane, si is, qui totam fabulam inscripserit *armorum iudicium*, (e qua tamen fabula hunc versum, in quo aperte res dudum facta comme-

sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura consul fieret: cui quom primis temporibus iure Sulpitius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poëta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur *Julii*. Et hi autem Iulii et Antonius ab satellitibus Marii sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset. ASCONIUS.

Cum Crassus – casum sua manu praevenisset] *Aliter narrat Florus III. 21, 14. *trucidantur Crassi pater et filius in mutuo alter alterius aspectu.*

praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multavit? At Graeculi quidem multa fingunt: apud 4 quos etiam *Cl*eombrotum Ambr*a*ciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quo acerbitatis acce-

moratur, depromptum esse neque Henr. Stephano ad *Fragg. poëtar. vett. Latt.* p. 256. neque Schützio ad l. c. crediderim) idem igitur poëta si adeo reclamante versus mensura scripserit *armum.* Ceterum assutà vv. *quam armorum* continent variantem eamque veram lectionem, alieno autem loco interposita expulerunt veram ibi quidem codd. Palatini et Pithoeani lectionem. Corriges igitur: *Et sic est apud eundem:*

„*Nihilne ad te de iudicio armorum accidit?*"

Iam „*centuriam*" (*ut censoriae tabulae loquuntur*) „*fabrum*" *et* „*proletarium*" *audeo dicere, non* „*fabrorum*" *et* „*proletariorum*". Ne virgines quidem, opinor, nobis *centuriam procûm* antiquantibus bellum movebunt, nisi forte crediderint a Tullio repudiatam *procorum* elegantiam tamquam rusticitatem, cum ipse in *Bruto* 18, 71. pr. laudarit *carmina, quae in procorum epulis canuntur.* Denique Telamonis Teucrum in exilium abire iubentis vox apud Non. in v. *Facessere* aliter, quam Ian. Mellero Palmerio in *Spicilegiis* p. 160. a. (in Gruteri *thesauro crit.* T. IV. b. p. 778.) placuit, corrigenda cum Mercero:

Te repudio nec recipio; natum abdico. Facesse!

De *Aiacis* ingenio v. I. *off.* 31, 113. extr. Seneca *de ira* II. fin. et Archiae *epigramma epitymbion* in *Anthologia Gr. ad Palat. cod. fidem edita* VII. 147.

Themistoclem] Codex *M. Themistoclem;* amanuensis pro more gentis suae perperam praenomen induxit. Legenti locum *de Cl. Oratoribus* 10. 11. [42.] patebit Tullium de morte Themistoclis dubitasse, utrum iste conatum iracundiae spontanea morte sedaverit; an, cum in Attica clam fuisset humatus, rhetores, ut aliquid dicere possent argutius, ementiti fuerint mortem generosam. Neganti enim Attico Tullius respondet *Sit sane, ut lubet, de isto.* PR. *Cf. *Lael.* 12, 10. (§. 42. extr.) Plutarchus in vita c. 31. sub fin. Aliter narrat Diodor. Sic. XI. c. 58. Thucydidem sequitur Corn. Nepos II. 10, 5.

4. *Cleombrotum*] Erat in codice *Theombrotum Ambrociotam.* De eo ita Cicero Tuscul. I. 35. [34, 84.] „Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est: quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro." Vide Callimachi Epigr. XXIV. Ovidium in Ib. v. 493., Lactantium *Divin. Instit.* III. 18, [9. s.] Augustinum de *Civit. Dei* I. 22. PR. *Petri de la Sena *Cleombrotus s. de iis, qui in aquis pereunt* diss. Romae excus. ap. Facciott. 1637. 8. laudatur Bünemanno ad Lactantii l. ubi item libri quidam habent *Theombrotum.*

Non quod] Codex *non quo.* PR. *Hoc ipsum reposui. *Quo* (scil. *modo*) post negationes cum optativo verbi modo iunctum i. e. ac *quasi.* V. *or. pro Tullio* 37. cl. obs. ad §. 6. *de or.* I. 22, 99. *Quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam neque quo* (i. e. *noch auch als ob*) *tuo studio . . . non obsequi vel-*

pisset aliquid, sed (ut video scriptum apud Graecos) cum summi philosophi Platonis graviter et ornate scriptum librum de morte legisset, in quo (ut opinor) Socrates illo ipso die, quo erat ei moriundum, permulta disputat, hanc esse mortem, quam nos vitam putare-

lem .., *sed* .. *earum rerum* .. *inscitia*. III. 24, 93. extr. *Phil.* I. 4, 9. pr. *ad Att.* X. *ep.* 1. post med. *Quod scribis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare;* I. *ad Q. fratr. ep.* 2. c. 2. post in. *Quae feci omnia, non quo me — tota natio delectaret* abrumpitur oratio, ut *pro lege Man.* 24, 70. ubi cf. Matthias.

Librum de morte] * *Socraticum de nece opus* Platonis *Phaedonem* appellat Ovidius in *Ibi* 496.; *librum, in quo moritur Socrates*, Cic. in *Tusc.* I. 43, 102. ex. sed ibid. 11, 25. *eum librum, qui est de animo:* ut Graeci τὴν περὶ ψυχῆς συγγραφήν, s. τὸ περὶ ψυχῆς γράμμα v. βιβλίον, alii *librum de immortalitate animae* v. *animarum*, Graeci τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον περί τε τῆς ἀθανασίας αὐτῆς. Nimirum alii aliter dialogi summarium indicarunt. Vide Fischerum in ed. sua p. 229. s.

Legisset] Codex *leigisset*. PR. * Priscianus l. I. *I quoque apud antiquos post E ponebatur et EI diphthongum faciebat, quam pro omni I longa scribebant more antiquo Graecorum.* Sic quidem inscriptiones Gruteriani thesauri habent p. 205, 1. 509. 510. 512. *PPOXSVMEIS*, p. 449, 12. *DEIXSISTIS*. V. *orthographiam Noris*. c. 4. pr. An vero idem diphthongus etiam pro *E* longa adhibitus fuerit, nescio equidem.

Permulta disputat] * Intellige, *quibus efficiatur*, vel *e quibus intelligatur.* Incommode Peyron distracta voce ed. *per multa disputat.* Hoc autem praesens cum vim habeat praeteriti, ut apparet praecedente *legisset*, sequitur in obliqua oratione optativum tempus, np. imperfectum: *quam nos vitam putaremus.*

Hanc esse mortem] *Ii vivunt qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt: vestra vero quae dicitur vita, mors est.* Somn. Scipion. Lege Platonis Phaedon. [p. 61. C. ss. c. 5. sq.] et Gorg. [* p. 492. E. 493. A. c. 47. ubi cf. Heindorf. p. 156. *]. PEYR. * Iuncus ap. Stob. *Serm.* CXX. p. 611. refert τὸ ζῆν ὑπό τινων ἀποτεθνηκέναι λεγόμενον. Plato in *Cratylo* p. 100. B. C. [§. 37. ed. Heind.] σῆμά τινές φασιν αὐτὸ [np. τὸ σῶμα] εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι, —. Δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα etc. quae respiciens Theodoretus *Graecar. affect. curat.* V. p. 344. (821. ed. Schulz.) haec scribit: Σύμφωνα τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε· μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεόλογοί τε καὶ μάντεις, ὡς διά τινος τιμωρίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται. Ad eosdem auctores provocat Philolaus ap. Clement. *Strom.* III. p. 433. A. ed. Sylburg. Cff. Wyttenbach. ad Plutarch. *de sera numinis vindicta* p. 135. et *Philolaos des Pythagoraeers Lehren, nebst den Bruchstücken seines Werkes von A. Boeckh.* fragm.

mus, quom corpore animus tamquam carcere saeptus

23. p. 181. Mansit igitur in praeceptis Lysidis Pythagorei Epaminondas ille, qui traiectus hasta, ut narrat Valer. Max. III. 2. *extern.* 5. „*Non finis,*“ *inquit,* „*commilitones vitae meae, sed melius et auctius initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.*“ Cic. in *Hortensii* loco ap. Augustin. l. V. *contra Pelagium* §. 78. *Ex quibus humanae vitae erroribus et aerumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates sive in sacris initiisque tradendis divinae mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur verumque sit illud, quod est apud Aristotelem* [haud dubie in *Eudemo* s. libro περὶ ψυχῆς, ex quo fragmentum extat in Plutarchi παραμυθητ. πρὸς Ἀπολλώνιον κζ'. p. 453. ss. (115. *B.* ss.)], *simili nos affectos esse supplicio atque eos, qui quondam, cum in praedonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur: quorum corpora viva cum mortuis adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur: ita nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis, esse coniunctos*: quibus annexum fuisse coniicio fragmentum a Nonio in v. *Appendicis* servatum: *Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus nihilque in eo esse magnum.* Idem in *consolatione*, cuius fragmentum servavit Lactantius III. 18, 18., haud dubie sequitur Crantorem, ut et Plutarchus l. c. et ιά. p. 425. [107. *C.*] sed ιγ'. p. 427. ss. [108. A — E.] idem sequitur Platonem in Phaedone p. 66. *B.* ss. c. 11. Sacris initiisque tradendis hanc doctrinam propagasse Orpheus videtur. Etenim *Thraciae illa natio merito sibi sapientiae laudem vindicaverit, quae natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat,* referente Valerio Max. II. 6, 12. consentiente Archia Mitylenaeo in *Anthologia Gr. ad Palat. cod. fidem edita* IX. *epigr.* 111 vel 31. in *Analectt. Brunck.* T. II. in *Antholog.* Wechel. lib. I. c. 13. p. 27. Idem de *Trausis*, Thraciae populo, testatur Herodotus IV. in *Terpsichora* c. 4. Idem fere ritus obtinet inter Maylaos. Huius et ceterorum cum Orphicorum tum Pythagoricorum dogmatum fere omnium fontem facile se produnt intelligentibus *Upanishada* in *Veda*. V. *Oupnek 'hat* (i. e. *Secretum tegendum*) *opus ipsa in India rariss. contin. antiq. et arcan. s. theol. et philos. doctrinam, e IV. sac. Indor. libr. Rak Beid, Djedjr Beid, Sam Beid, excerpt. ad verb. e pers. idiom. Samskr. vocabb. intermixt. in lat. conv. diss. et annot. difficil. explan. illustr. stud. Anquetil Duperron.* Argent. 801. 4. Comprobat sententiam (apud Stob. *Serm.* CXIX. p. 602. Diog. Laërt. IX. §. 73. pr. Origenem *contra Celsum* l. VII. p. 366.) Euripides in *Phryg.* fragm. 15.

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

et in *Ctesiphonte*: quos versus Cicero latinos fecit in I. *Tusc.* 48, 115. Idem 31, 75. extr. *Quo cum venerimus, tum demum vivemus. Nam haec quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet.* Philo quoque Iudaeus ἀβίωτον βίον saepius eleganter dixit, e. g. l. *de temulent.* p. 211., in l. inscripto *quod omnis probus sit liber* p. 671. et *de in-*

teneretur, vitam autem esse eam, qum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, retulisset. Num igitur ista tua Sarda Pythago-

somn. p. 872. etc. Cff. Gatakeri *advers. miscell. posthum.* c. 10. p. 523. et in primis Pricaei *annot. ad I. Timoth.* V. p. 795.

Corpore animus t. carcere saeptus teneretur] * Legebatur *corpor i.* Sed *E* et *I* litteras in cod. vix dignoscas. Corpusculum hoc *custodiam et vinculum animi* Seneca dixit in *consol. ad Helv.* c. 11. extr. cum Platone, qui φρουράν, δεσμόν, δεσμωτήριον et δέμας ll. cc. φρούριον in *Axiocho* apud Stob. *Serm.* CXX. p. 612. Themistius ibid. *S.* CXIX. p. 604. σῶμα δέμας ὀνομάζουσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν. Δεσμωτήριον, h. e. carcerem, e quo quandoque emissus fuerit, ad superos emicaturus sit animus hospes captivus, corpus vocavit etiam Heraclitus *epist.* V. collect. Ald. P. II. f. 289. Cf. Artemidor. in *Oneirocrit.* III. c. 61. Proiectum corpus emissi animi Lucanus VI. 721. vocat *invisa claustra carceris antiqui.* Per eandem metonymiam *carcerem* s. *vincla* pro *corpore* dicunt ecclesiae patres, Chrysostomus, Ambrosius, Gregorius, Basilius, Augustinus aliique, quorum loci reperiuntur collecti ad Herm. Aug. *pia desid.* l. III. p. 297. ss. Cf. Barth. *adversar.* l. XLII. c. 2. et lib. CXXIII. c. 5. itemque ad Claudian. p. 616. Continuata metaphora s. tralatione mors ἀπόλυσις, solutio e vinclis, dicitur et moriens *hac custodia exsolvi* Senecae *ep.* 79. post med. *consol. ad Polyb.* c. 28. ad fin. Liban. *orat.* III. p. 142. Ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν. Idcirco Ἀπόλλων, *Necivus*, Λητοῦς s. *Sopitiae* filius, ut medicus deus vocatus Παιάν, *Icilius*, est, quod, quos *feriret*, vitae molestiis liberarentur, interprete G. Hermanno *de mythologia Grr. antiquissima diss.* p. XX. פטר, quod pro *mori* usurpant Ebraei, proprie indicat *laxare:* unde פטורים, *dimissi*, *relaxati* (*vinculis*) dicuntur pro *mortuis*, *placide defunctis.* Haec bene ominandi ratio etiam apud sacros N. T. scriptores reperitur, ut Lucam *evang.* c. 2. v. 29. ad quem l. vid. Grotius in *comment.* p. 632. Pricaeus in eod. p. 115. Triller in *obss. philol. in N. T.* Gataker *de stilo nov. test.* c. 7. p. 47. ss. idem ad M. Antonin. XI. 3. p. 319. Barth. ad Claudian. l. II. *in Rufin.* p. 1264. Hugo Grotius *de iure belli ac pacis* l. II. c. 19. §. 5, 3. Ipsam sententiam illustrabit *Axiochus* c. 17. Οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε, οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' εὐκρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν, et Seneca *ep.* CII. post med. *Dies iste, quem tamquam extremum reformidas, aeterni natalis est.* Et aliquanto post: *Tum in tenebris vixisse dices, cum totam lucem totus aspexeris.* Catonis oratio illa ap. Cic. *de sen.* 21, 2. (77. pr.) *Ego vestros patres, P. Scipio, tuque, C. Laeli, . . vivere arbitror, et eam quidem vitam, quae est sola vita nominanda,* plane gemina est loco supra citato e *somn. Scip.* 3, 5. (l. VI. *de re p.* c. 14.) cuius scirpi nodum quaesivit Kunhardtus in Seebodii *bibl. critica* a. 1821. fasc. VI. fastidiens doctissimum interpretem Trillerum, a quo veriora poterat discere.

5. *Ista tua Sarda*] Nempe Arinis uxor, cuius repentinam

ram aut Platonem norat aut legerat? Qui tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id

mortem leviter *quodam loco* suae Orationis attingens accusator [neque enim e re sua erat illam fuse disserere] narraverat *vita illam mulierem spoliari, quam pudicitia maluisse*, ut iudices intelligerent de pudicitia tentatam morte se multasse. Quare Tullius post alias enumeratas repentinae mortis causas (quae pars Orationis desideratur [* At v. I. §. 4. *d.**]) ad voluntariam necem necessario veniens, hanc in Sarda facit improbabilem; 1° ex historia seu [* tum *] latina, seu [* tum *] graeca, quae rarissima refert exempla virorum, qui lucem perosi proiecerint animas; 2° ex illiterato mulieris ingenio, neque enim Pythagoram aut Platonem sibi ignotos legerat, quorum scitis de anima, de morte, de futura animi conditione adeo, uti Cleombrotus, incenderetur, ut vitam fugere vellet; 3° ex causa a Platone commemorata, quae deerat. Deerat etiam illa, quam Triarius praetexebat; ecqua enim in anu deformi esse potest libidinis, aut amoris suspicio? PEYRON. * *Pythagoram* quasi per zeugma quoddam *Platoni* praeposuit pro *Pythagoreis*. Ipse enim Pythogoras nullum doctrinae suae monumentum scriptum reliquerat.

Ita — ut] * h. e. *ea tenus tantum, cum ea restrictione, ut.* V. obs. ad I. *off.* 35, 88. p. 199. s. ib. 33, 80. Nimirum laudant Stoici Pythagorae et Platonis decreta ingenii calumnia in temerariam sententiam detorquentes tamen non nisi τὴν εὔλογον (ἐκ τοῦ βίου) ἐξαγωγήν, de qua disseruit Plotinus *Ennead.* I. 9. V., sis, nos in *excursu* ultimo ad I. l. *de off.* p. 350. — 55. Huius decreti de honesta morte voluntaria, cuius probabilis ratio reddi posset, vindex principalis Chrysippus, ut in multis, vestigia legisse videtur Euripidis in *Hippol.* 404. s. 422. ss. cl. 439. — 450. 474. s. Insanientem Stoicorum atque Epicureorum in errore consentientium sapientiam probavit Cic. *Tusc.* V. 40, 117. ss. 41, 118. *Iniurias Fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.* Ipsi tamen et Stoici et Epicurei cum Pythagora et Platone vetabant ἀλόγως s. ἀλογίστως *excedere*, h. e. ἄνευ πάσης αἰτίας ἐξάγειν ἑαυτόν (ἐκ τοῦ ζῆν), *mortem voluntariam sine ulla iusta causa*, adeoque ἐκ τῆς τυχούσης προφάσεως. V. Epictet. ap. Arrian. *diss.* I. 15, 10. p. 250. ed. Schweigh. IV. 1, 105. p. 556. Olympiodori *in Plat. Alcib. comment.* Part. II. p. 133. ed. Creuzer. Cleomenes Spartanus ap. Plutarchum in *vita* c. 31. sub fin. Δεῖ γὰρ τὸν αὐθαίρετον θάνατον οὐ φυγὴν εἶναι πράξεων, ἀλλὰ πρᾶξιν. etc. Seneca *ep.* 24. ad fin. 35. sub fin. 98. sub fin. ubi de sene dolores patienter tolerante loquitur: *Ipse vitae plenus est, cui adiici nihil desiderat sua causa, sed eorum, quibus utilis est. Liberaliter facit, quod vivit. Alius iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortem fugere, quam ad mortem confugere. Quid ergo? Non, si suadebit res, exibit? Quidni exeat, si nemo iam eo uti poterit, si nihil aliud quam dolori operam dabit?* etc. — Cic. *de sen.* 20, 1. [72. pr.] *Recte . . vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possis:* ubi v. *tuendi* spectat ad *praesidium et stationem vitae, de qua iniussu imperatoris, i. e. dei, decedere vetat Pythagoras*, ut memoratur ib. § 5. [73. pr.] nempe secundum quorundam expli-

contra foedus fieri dicant legemque Naturae. Aliam

cationem φρουρᾶς. Platoni quidem in *Phaedone* c. 6. p. 62. *B.* laudatur ἐν ἀποῤῥήτοις (*in mysteriis Orphicis*, e quibus Pythagorei multa hauserunt. V. Heindorfii annot.) λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν· quod a pietate repetitum argumentum p. 61. D. E. acceptum fertur Philolao, quem Simmias et Cebes audiverant. Sed quamquam Socrates, qui paucos libros lectitasset, dicit ἀλλὰ μὴν καὶ ἐγὼ ἐξ ἀκοῆς περὶ αὐτῶν λέγω· tamen Boeckhio ad *Philolai* fragm. 23. p. 178. Plato in his ironia quadam uti videtur, cum ipse illius librum adhibuisset. Φρουρὰ autem ibi aperte est non *statio militis in praesidio manentis*, ut fere ubique accepit Epictetus ap. Arrianum, sed *custodia et carcer*, ut cum antiquioribus, e. g. Euxitheo Pythagoreo ap. Athen. IV. p. 157. C. (qui l. est classicus), ea de re loquitur Iamblichus in *Pythagorae vita* 36. p. 220. Cic. *Tusc.* I. 50, 118. pr. in *somn. Scip.* 3, 5. — 7. (VI. *de re p.* c. 15.) in *Lael.* 4, 4. (14.). et h. l. §. 5. Zacharias scholasticus in dialogo *de opificio mundi* p. 174. ubi Plato laudatur ἐν ὅλῃ τῇ συνουσίᾳ τὸ μὴ δεῖν ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ Σωκράτους φιλοσοφήσας μήτε φεύγειν τὸν δεσμώτην καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἀλλ' ἀναμένειν τὸν συνδήσαντα, ἵνα καὶ λύσῃ. Olympiodor. ad *Phaed.* p. 2. ed. Mustoxydis: p. 130. ed. Wyttenbach. (qui ipse cf. 335.) Ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλως μὴ ἐξάγειν ἑαυτὸν, διότι Πυθαγόρειον παράγγελμα μὴ ἀποτιθέναι, ἀλλὰ συνεπιτιθέναι βάρη, τουτέστι συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν. Haec autem omnia praecepta acute Boeckhius p. 177. s. iungit cum illo Philolai decrèto, quod exhibet Claudianus Mamert. *de statu an.* II. 7. *Diligitur corpus ab anima, quia sine eo non potest uti sensibus: a quo postquam morte deducta est, agit in mundo incorporalem vitam.* Itaque iucundi omnino peracti labores, sed non ante peractos labores, quos summi Dei arbitrium nobis imposuit, expetenda quies. Immo in aerumnis Alcidae ritu vivendum, ut dulces patientiae ac constantiae percipias fructus: nam ex largiter facta sementi provenit demum messis ubertas. Haec hominum vita lapidis Lydii instar examinare debet virtutem, quae sicut aurum ipsa percussione detersum clarius explendescit, omnibusque scoriis separatis fulgorem spectati auri intemeratum tradere aevo aeterno. Refertur etiam alterum Philolai argumentum a providentia atque imperio deorum ductum, de quo Boeckhius l. d. p. 179. laudat Plat. *Phaedr.* p. 274. A. ibique Heindorfium et Astii *Versuch über Platon.* Idem plane decretum probatur Christi cultoribus. Ita enim Hieronymus in *epist. ad Paulam* de obitu Blesillae sub persona ipsius Dei: *Nullam animam recipio, quae me nolente separatur a corpore.* Add. Augustin. *de civ. Dei* I. c. 40. ss. Hugo Grotius *de iure b. et pacis* l. II. c. 19. §. 5, 2. Gyraldus *de symb. Pythag.* opp. T. II. p. 665. Fabroti *exercit.* V. *de morte voluntaria.* Alexander Aphrodisiensis *in II. lib. Topic.* multis exemplis declarans, quomodo tractari debeat locus a consequentibus, docet posse hoc etiam argumento inde ducto confutari παράδοξον illud Stoicorum, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Quodsi

quidem causam mortis voluntariae nullam profecto iu-
stam reperietis. Atque hoc ille vidit. Nam iecit quo-
dam loco vita illam mulierem spoliari quam pudicitia
maluisse. Sed refugit statim nec de pudicitia plura di- 6
xit veritus (credo), ne quem irridendi nobis daret et
iocandi locum. Constat enim illam cum deformitate
summa fuisse, tum etiam senectute. Quare quae po-
test, quamvis salsa ista Sarda fuerit, ulla libidinis aut
amoris esse suspicio?

Ac ne existimes, Triari, quod adferam in dicen- 7
do me fingere ipsum et non a reo causam cognoscere:

enim eam vim habeat virtus, ut sola sufficiat ad beate vivendum: consentaneum sit non dari unquam iustam causam sapienti vitam abrumpendi. Sin agnoscatur iusta causa lucem sponte deserendi: non praestet destituta aliis bonis virtus vitam beatam. Quomodo enim, qui beatus esset, fugere vitam recte posset? Illi autem εὔλογον ἐξαγωγὴν admittebant neque concedebant adversari ipsam sententiae illi suae magnificae, qua magnopere delectabantur et propter quam ceteris philosophis se praeferri volebant. Negabant enim *summum bonum, h. e. honestam vitam, tempore aestumari*. Vid. Seneca ep. 74. post med. Cic. *Cat. mai.* 19, 13. s. [70.] *de fin.* III. 14, 45. extr. 46. Plutarch. περὶ Στωϊκ. ἐναντιωμ. p. 1046. C. et doctiss. Horatii interpres Obbarius ad *epist.* I. 106. p. 90. Ceterum adeas C. F. Stäudlinii *Geschichte der Vorstellungen u. Lehren vom Selbstmorde*, Gottingae ap. Vandenhöck et Ruprecht. 8.

Aliam quidem causam] Nisi quam Deus dederit. Ita enim Cicero *Tuscul.* I. 30. [§. 74.] „Cato autem sic abiit e vita, ut causam moriundi nactum se esse gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare: cum vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis, nae ille medius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit; nec tamen illa vincla carceris ruperit, leges enim vetant, sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit". PEYRON.

Iecit] *Sic correxi pro *legit*. An accusator testimonium recitavit? Poteram *collegit*, h. e. suspicionibus arguit; vel *dicit*; sed facillume *I* pro *L*, *C* pro *G* accipi potuit. *Iniecit* pro *obiter tetigit* est in *or. pro Tullio* §. 35. Sallust. in Iugurtha c. 11. *Inter alias res iacit.* Optume hoc convenit primis vv. §. 6.

6. *Salsa*] *i. q. apud Senecam *controvers.* XV. (l. II. 7.) p. 193. ed. Bip. *exquisito in omnes facetias sermone:* qualis Sallustio in *Cat.* 25. describitur Sempronia illa.

7. *A reo causam cognoscere*] *Cic. in *or.* 35, 122. *Tractatio igitur rerum efficit ammirabiliorem orationem* (*nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur*): ubi Hauffium interpretem nostra-

explicabo tibi quae fuerint opiniones in Sardinia de
istius mulieris morte (nam fuerunt duae), quo etiam fa-
cilius“ [*hi et Scauri innocentiam et testium tuorum* “T*
audaciam cognoscere possint et eorum, quae facta
8 *sunt, indignitatem. Sardae istius maritus Aris*
*A“ *matrem Bostaris*] “(te dixi, libidinosam atque inpro-
bam matrem) infami ac noto adulterio iam diu diligebat. Is cum hanc suam uxorem anum et locupletem et molestam timeret: neque eam habere in matrimonio propter foeditatem neque dimittere propter dotem volebat. Itaque compecto cum matre Bostaris consilium cepit, ut uterque Romam veniret; ibi se aliquam rationem inventurum, quemadmodum illam uxorem duceret, con*fir*mavit.

tem latuit *tractationem rerum*, quae sine philosophia et peritia iuris civilis etc. recte fieri non potest, opponi simplici *cognitioni rerum*, np. in facto positarum, quas facillume patronus potest a cliente *in cubiculo suo discere*. V. infra h. *or*. §. 26. Ideoque haec *sine arte appellantur* in *oratt. partt.* 14, 48. De his autem, quae artis sunt, v. Quinctil. IX. 2. p. 130. 133. ed. Bip.

8. *Te dixi libidinosam*] In postremis superioris fragmenti verbis Tullius promiserat se explicaturum, quae fuerint opiniones in Sardinia de morte uxoris Arinis; duas vero esse statuerat. Proximum ergo sequi debet hoc fragmentum, in quo duplicem opinionem exponit. PEYRON. *Nos lacunam explevimus ad similitudinem *orationis pro Rosc. Am.* 5, 14. extr. Cf. infra h. *or*. §. 13. Prima annexi fragmenti verba ut parenthesin facerem movit me urguentis vox *dixi*. Cramero et Schützio videbatur distinctio maior ponenda post *dixi*, cum, quae sequuntur, per se iustum sensum fundant.

Diligebat is] Heinrichius conicit legendum *diligebat Aris;* haud video corruptum esse locum. PR. *Quemquamne non sentire, quam claudicet pron. *is* in clausula? Praeterea haec necti non possunt cum seq. enuntiato causali. Sed cohaerent haec: *cum — timeret: . . . volebat*. Itaque placuit nobis locum distinctione iuvare. Pronomen novam ducit sententiam.

Uxorem anum] *Est appositio, ita ut alterum substantivum adiectivi locum tenere videatur, sicut l. III. *de off.* 31, 112. p. 396. *adulescens filius*. V. Ruddimanni *institt. grammat. lat.* T. II. p. 4. not. 4. ed. Lips.

Compecto] Plautus in *Pseud.* I. 5. 129. *Si sumus compecti, sive consilium umquam inivimus*; quam vocem a verbo *compeciscor* derivandam esse censet Cl[us] Mai, atque de nefariis consiliis saepius usurpari docet Heinrichius [*Cramerus*]. Affine verbum *depeciscor*, nec non *depectus* sunt apud Ulpianum, Gellium, Apuleium. PEYRON.

Confirmavit] Litterae NFIR evanidae sunt; extrema tamen lineamenta N et R deprachendi possunt. PEYRON.

Hic opinio fuit (ut dixi) duplex, una non abhorrens a statu naturaque rerum, Arinis uxorem pelicatus dolore concitatam, cum audisset Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Romam se contulisse, ut, cum antea consuetudo inter eos fuisset, tum etiam nuptiis iungerentur, arsisse dolore muliebri et mori, quam id perpeti, maluisse; altera non minus veri similis et (ut opinor) in Sardinia magis etiam credita, Arinem istum testem atque hospitem, Triari, tuum proficiscentem Romam negotium dedisse liberto, ut illi aniculae non ille quidem vim adferret (neque enim erat rectum 9 10

9. *Ut dixi*] *§. 7.

A statu] Codex *astatunatunaturaquaererum*. PEYRON.

Arinis ux. paelicatus dolore concitatam] Quinque haec verba laudat Priscianus ed. Putschio [*lib. VI.*] p. 689. qui *pellicatus* scribit, uti recentiores amant secuti graecum exemplar παλλαξ. Tamen editiones Gellii IV. 3. legem Numae referentis habent PELEX. Ceterum amanuensis saepe diphthongos inscite obtrudit. In codice erat *concitata*. PR. Cf. Interpretes ad L. 144. *Dig.* [L. t. XVI.] *de V. S.* et Menagium *Amoen.* c. 30. CR. *Diphthongum removi. Liquidas litteras prisci geminare non solebant. Vv. *Arinis uxorem* ex h. or. citat Priscianus etiam lib. VII.

Metus et fugae] Priscianus lib. VI. p. 689. ed. Putschio haec verba Scaurinae refert: *Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere coactus*. Scilicet Triarius hanc speciem obduxerat Romano Arinis itineri, quod, cum dare noluisset frumentum, simul timens iratum Praetoris animum, clam ex Sardinia Romam fugere coactus fuisset. PR. Nempe ista sunt ducta ex propositione adversarii. Nunc redit defensor longe aliam causam illius metus atque fugae. Elegantiam praepositionis *cum* in hoc genere elocutionis refert ad quandam indignationem Muretus ad Catull. p. 864. Opp. itemque Ruhnkenius in Praef. Schelleriana p. VII. Difficile est, dissentire cum his viris, quos non aliud quam aemulari posse velim. Sed tamen ubicunque considero vim eius praepositionis sic positae, ibi invenio contemtus significationem, non indignationem. HEINRICH. *Nisi omnia me fallunt, hi VV. DD. *illa sua* iunxerunt cum *simulatione*. At vero *illa sua* per urbanum quendam euphemismum ipsa *pellex*, mater Bostaris. Sic *mea tu!* familiariter. Adversarii propositionem v. supra I. 6.

Romam] *Codex *Roma*. PR.

10. *Credita*] *Codicis imago p. 15. c. *CREDITU*.

Neque en. erat rectum patr.] Pro Mur. c. 2. [§. 3.] „Negat fuisse *rectum* Cato, me et Consulem et legis ambitus latorem causam L. Murenae attingere.“ i. e. non conveniens, non aptum personae, indecorum esse dicit. HEINR. Codex *patrone;* quare Cl[us] Mai interpunxit *neque enim erat rectum, patrone*, atque adnotavit: *Nempe o patrone*. Idem tamen in prima editione dederat *patronae*, quae germana est

patronae), sed collum digitulis duobus oblideret, resticula cingeret, ut illa perisse suspendio putaretur.
11 Quae quidem suspicio valuit etiam plus ob hanc causam, quod, cum agerent parentalia Norenses omnesque suo more ex oppido exissent, tum illa est a liberto suspendisse se dicta. Discessus autem solitudo ei, qui

lectio. Neque enim Orator Arinem alloquitur, sed pervulgatam Sardorum opinionem iudicibus exponens vel in re tragica iocatur. Sic paullo infra *ei qui patronam suffocabat*. PEYRON. *Sarcasmus crimen extenuantis apparet etiam in deminutivis, quasi misericors maritus uxori suae parci voluisset neque ei gravius quidquam accidere.

Sed collum .... oblideret] Haec verba servaverat etiam Porphyrio ad Horatii lib. II. sat. I. v. 56. PEYRON.

11. *Norenses*] Nora urbs Sardiniae notissima. Locum *quae quidem ... Norenses* laudat Severianus *Synt. Rhet.* cap. *de coniectura*. PEYRON.

Suo more] Dicit, *suo more*, eo, quod, parentaliorum causa, moris erat Norae, ut incolae omnes oppido exirent; id quod nec Romae fiebat in parentalibus, neque etiam in ullis Graecarum civitatum χοαῖς, vel ἐναγισμοῖς. HEINRICH. Mirum est quantis coniecturis torserint hunc locum docti duumviri Cramerus et Heinrichius decepti a prima Mediolanensi editione, quae dabat *exissent*, *tumulata a liberto*. PEYRON. *Cum tamen Severianus p. 339. ed. Capper. post *Norenses* non addat *omnes*, sed *et reliqua;* cumque litt. *E* et *I* in his codd. simillumae sint: pro *omnes*, *qui* recepi *omnesque* ex Heinrichii coniectura probata etiam Friderico Carolo Wolffio, doctissimo Lycei Flenopolitani Rectori in *obss. critt.* in has or. Flenopoli 1824. 4. p. 10. s. qui Maii editionem adhuc secutus pro *tumulata* substituens latinitati certe convenientius *tum humata* vertit: „*Dieser Verdacht gewann um so mehr Stärke, weil, da die Norenser ihr Todtenfest feierten, und alle nach ihrer Sitte herausgegangen waren, sie damals begraben wurde.*“ Eandem medicinam Tullio adhibuit Steinacker I. *de re p.* c. 12. *Dein cum essent perpauca inter se uno an altero spatio collocuti Scipionique eorum adventus periucundus et pergratus fuisset, placitum est, ut ... considerent:* felicius ille quam Maius ipsiusque praeco Ienanus Zumptius, qui coniecturam suam duplici nixu editam *quoi* (*cui*) probarunt Lehnero pro eo, quod in cod. Vat. scriptum extat manu 1. *Scipioni quo*, altera manu *Scipioni quorum*.

Solitudo]. Codex *solitodo*. PR. *Recte Wolffius *discessus solitudinem* interpretatur penuriam hominum, ob civium discessum exortam, cum Norenses omnes ad parentalia publice celebranda suo more ex urbe exissent, idemque observat Genitivum saepe hanc vim habere, ut indicet, quod cum aliqua re coniunctum sit, sive ad eam pertineat. „Ut enim *Hispaniae flagitia* sunt quae ad Hispaniam pertinent, et *Alexandri scelus Callisthenis*, quod ad Callisthenem spectat: ita *solitudo discessus* ea est, quae cum discessu coniuncta sive ex eo exorta est.“ De significatione voc. *so-*

**patronam suffocabat, fuit quaerenda; illi, quae vole-
bat mori, non fuit. Confirmata vero suspicio est, quod 12
anu mortua libertus statim, tamquam operē confecto,
Romam est profectus; Aris autem, simul ac libertus
de morte uxoris nunciavit, continuo Romae matrem il-
lam Bostaris duxit uxorem.**

**En, quibus familiis quam foedis, quam contami- 13
natis, quam turpibus *de*datis hanc familiam, Iudices! en,**

litudinis idem V. D. comparat *Brut.* c. 63. fin. *erut ab oratoribus quaedam in foro solitud:.* Liv. XXXIX. 18. init. Nep. *Thras.* II. 2. Tacit. *Ann.* XV. 42. Pro ultimo loco Caes. *B. G.* IV. 4., quem reperire non potui, substituo e Cic. l. III. *de fin.* 19, 65. *in summa solitudine vitam agere.* Genitivus est originis vel causae, quo modo *amores obscuritate ignorantiae non obruti* pro notis fabulis amatoriis dicuntur Valerio M. IV. 6. *ext.* 1. Gellius X. 19. *Turpitudinem delicti* (quam habebat delictum) *exemplorum usu* (quem exempla docerent) *et consuetudinis venia* (quam daret consuetudo) *deprecabatur.* Cf. annot. ad II. *off.* 5, 16. p. 35. Imperfecto Indicativi *suffocabat* Wolffius cum G. C. Th. Franckio collega suo agendi voluntatis et conatus significationem tribuit optume interpretatus: „*Die Menschenleere aber nach dem Weggange der Bürger musste der suchen, der damit umging* (v. *geschäftig war*) *seine Gebieterin zu erdrosseln, nicht aber* (nemlich um sich zu tödten) *diejenige, die sterben wollte.*"

12. *Confirmata vero*] *Sic Maius cum Peyrone in cod. imagine p. 16. An igitur in Peyron. ed. p. 76. scioli typographi temeritas substituit *autem?* Tum eadem cod. imago *CO || TINUO* oblitterata, ut videtur, in prioris versus exitu lineola compendiaria.

13. *Em*] Codex prima manu *EM;* tum fuit suprascriptum A, ut esset *eam.* PEYR. *Heinrichius p. 40. b. cum Maio accipit pro *Hem.* Ego vero utroque loco cum Schützio malui *en!*

Datis] Verbum hoc possit defendi fortasse, sed argutius, quam verius. Quod scripserat Orator, truncatum est una fugaci syllaba in principio. Legendum: *quibus familiis quam foedis — dedatis hanc familiam.* Ventum est ad epilogum. Familiis illis duabus, matri isti et Arini, unde summum imminebat reo discrimen, opponit nobilissimam familiam Scauri, ipsum gestu notans, dum ait *hanc familiam* (v. not. ad §. 40. pr.); eoque movere vult indignationem iudicibus, si tanti nominis reus tam foedis inimicis quasi in deditionem concedatur, eorumque odiis ac mendaciis succumbat. Sic saepe reus dicitur *dedi* testibus, praesertim barbaris, tanquam hostibus in potestatem et arbitrium. Et vere emendasse me isto modo, mihimet plane persuadent duo loci, huic gemini, ex Oratt. eiusdem causae, ubi Orator ad iudices itidem. Pro Fonteio c. 14. [§. 31. pr.] „Videte igitur, utrum sit aequius, hominem honestissimum . . *dedi* inimicissimis nationibus, an reddi amicis." Pro Flacco 11. [§. 24.] „Si quem infimo loco natum — defenderem, tamen civem a ci-

quibus testibus commoti de quo homine, de quo genere, de quo nomine sententias feratis! Obliviscendum vobis putatis matrum in liberos, virorum in uxores sce-

vibus deprecarer, ne ignotis testibus, . . . ne hominibus . . . barbaris civem ac supplicem vestrum *dederetis*.“ Similiterque, sed aliunde verbis translatis, rei dicuntur testibus *tradi*, *condonari*, ut in huius Orat. Fragm. Graev. p. 1015. (Ernest. 1058.) [* hui. ed. §. 45. fragm. ult. *] dicit Cicero adversus Triarium: „Haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni sordidissimae genti, ac, prope dicam, pellitis testibus *condonetur*.“ Vide pro Font. c. 15. extr. pro Flacco 22. §. 52. extr. Neque est dissimilis usus verbi *praebere* apud Liv. IX, 17. „Cyrum — quid nisi longa vita — vertenti *praebuit* fortunae?“ HEINR. Heinrichius mavult *dedatis*, nec refragarer; at codex perspicue habet *datis*, nec improbabiliter. Sic pro Mil. 34. [94.] *me senatui dedissem*; vide Garatonium ad h. l. Milonianae. PEYR. * Locus ille nihil probat. Nam *se dare alicui* est ei morem gerere. Heinrichium cum Schützio sequimur propter alterum Coniunctivum *feratis*, qui plane confirmat nostram emendationem *en*. Nam ab *hem* pendere non potest.

De quo nomine] Tria sunt, ut mihi quidem videtur, coniuncta oratorie, *homo* (persona), *genus*, *nomen* (nobilitas). Sic de eadem familia Scaurorum paullo post §. 17. extr. *generi nominique*; sic pro Mur. c. 5. [§. 12.] „laus familiae, memoria *generis*, honos et gloria *nominis*“, et Epist. ad Fam. XV, 10. „Marcellorum *genus ac nomen*.“ Adde, quod supra legebamus apud Asconium in Argum. p. 23. „Scaurus summam fiduciam *in paterni nominis dignitate* — reponebat.“ HEINR. Nobilitatem et merita maiorum Scauri praedicata fuisse a Tullio in hac oratione testis est Quintilianus *Inst.* VI. 1. Confer etiam inferius in fragmentis huius orationis [*post §. 45.*] locum superstitem apud Marcellinum. MAI.

Obliviscendum . . scelera] * Hic demum locus potest Ciceroni vindicare etiam gerundium cum accusativo: et sic I. *de off.* 31, 112. extr. in Gud. 2. extat: *moriundum potius quam tyranni voltum aspiciendum fuit*. Cf. Barthii *advers.* XXV. 3. Ruddimanni *institt. grammat.* P. II. L. I. c. 2. reg. 59. cum not. 2. ed. Stallbaum. p. 251. s. Oudendorp. ad Iul. Caes. *de b. G.* III. 14, 1. extr. p. 147. et Heynium ad Virg. *Aen.* XI. 230.

Matrum] Scilicet matris in Bostarem filium, et Arinis in Sardam [* ? an pro nomine habuit Peyron ? *] uxorem. PEYR. In superiore lacuna periit capitale facinus impiae matris in filium Bostarem. Videtur mater dedisse operam, ut filius occideretur, ne forte ille sibi nuptias cum Arine impediret. Haec igitur nefaria mater Bostaris scelere exaequanda est illi famosae matri Cluentii. MAIUS. * Cf. supra I. §. 4. *e.* Plurium numero pro singulari orator usus est per exaggerationem indignae rei, quemadmodum, ut legimus in *Tusc.* I. 2, 3. *Cato obiecit, ut probrum, M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset. Duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium.* L. Lucilius Iunior in *Aetna* 77. *Mentiti vates Stygias undasque canesque*, np. Cerberum. Hoc fortasse ex imitatione poëtarum

lera? Cernitis crudelitate mixtas libidines, videtis inmanis; duorum maximorum criminum auctores, quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos famata causa est, omni facinore et flagitio deformatos habetis.

Num igitur in his criminibus, Iudices, residet iam 14
aliqua suspicio? Non perpurgata sunt? non refutata?

Graecorum, praecipue tragicorum et Pindari. Similiter Statius *Theb.* IV. 533. *monstra Erebi, Scyllas:* sed hoc perinde est ac si dicas *Cerberum* v. *Scyllam aliaque huiusmodi monstra.* In Cic. *or. pro Rosc. Am.* 24, 66. Orestes dicitur *supplicium de matre sumpsisse deorum immortalium iussu atque oraculis*, h. e. Apollinis (v. Aeschyli *Eumenid.* 206. — 230. Eurip. *Orest.* 279. — 281.): nisi forte dixerit quispiam Apollinem ceterorum deorum fatorumque interpretem. In primis vero frequens haec numeri enallage in voc. *liberorum*, e. g. *pro leg. Man.* 12, 33. *An vero ignoratis . . . ex Miseno eius ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos?* np. Antonii Cretici filiam interprete Plutarcho in *Pompeio* c. 24. Manutius ibi inter alia comparat *or. de prov. consul.* 14, 35. de C. Caesare: *si ad iucundissumos liberos . . . vellet redire.* V. in primis Gellium II. 13. Terent. *Andr.* V. 13. Virg. *Aen.* VI. 825. Similiter ap. Claudian. *de raptu Pr.* I. 195. Ceres Proserpinam vocat *caros uteri labores.*

Inmanis] * Priscam hanc accusativi formam tacito Peyron mutavit in volgarem *inmanes.* Sed v. §. 21. et Norisium in *orthographia utriusque Pisanae tabulae* c. 3. Ceterum placuit mihi *inmanis* et variatam verbi *cernitis* quasi ἀναφορὰν *videtis* referre ad *libidines.* Volgo haec omisso interductu referuntur ad *criminum auctores, quibus criminibus haec famata causa est*, ad quod πολύπτωτον cf. *or. pro Tullio* §. 49. extr. ibique annotata. Tum semicolo dispescitur nova sententia. Ceterum cod. *aput.* De artificio oratoris v. Quinctil. *instt.* V. 7. Bip. p. 275. *Testis,.. si quid in eius vitam dici poterit, infamia criminum destruendus.*

Famata] Verbum, quod barbaricum Cramero audiebat, equidem cum Heinrichio tueor, veluti antiquum, a quo composita *diffamo, infamo* nata sunt. Quorum criminum gratia, haec causa famam obtinuit apud ignaros facti, vel apud homines, qui invidia Scaurum prosequebantur [* perseq. *]. Sane ignari, non secus ac invidi facile fidem accusationibus adiungunt; *incognita causa, probatum illud erat multitudini* Cicero *pro Cluent.* 47. PR. Facile aliquis coniicere possit legendum esse vel *diffamata* vel *infamata.* SCHUETZ.

14. *Residet*] Codex *resit.* Cramerus reponebat *restat:* Heinrichius *residet*, quod aptius videtur. PEYRON. * Mihi vero non item, ut Heinrichio (quamvis docte hoc emendationis subsidium commendet *index* p. 105.), utilis ac necessaria visa est ad corrupta emendanda et restituenda primae syllabae in seq. particula *etiam* geminatio. Immo fortius hic dicitur *iam.* Maio quoque in *indice* s. v. *Resum* vel *resito* videtur legendum *residet iam.* V. l. I. *ad Q. fratr. ep.* I. c. 9. *in ea vita atque iis rebus*

non fracta? Quî igitur id factum est? Quia dedisti mihi, Triari, quod diluerem, in quo *argumentarer*, de quo disputarem; quia genus eiusmodi fuit criminum, quod non totum penderet ex teste, sed quod pon-

gestis, in quibus non potest residere inertiae aut levitatis ulla suspicio. Ante v. *resident* e Peyronis ed. nescio cuius negligentia excidit compellatio *Iudices.*

Argumentarer] Huius vocabuli vix aliquae litterae supersunt in codice. Argumentis fuit utendum. Iam cum argumentum sit *probabile inventum ad faciendam fidem* Cicero *Orator. Partit.* 2. [§. 5.], nequivi rem ad illum certitudinis gradum perducere, in quo nulla superesset suspicio. PEYR. *Videtur V. D. lepidi dicti gratia modestiam prae se ferre. Nam ne argumento quidem opus fuit, cum iam Maius tam sagaciter codicis litteras eruisset, nulla ut resideret suspicio.

Quod non totum p. ex teste] Rursum ego audax, qui finem et modum emendandi non habeam. Sed bene est, si aliis viam meliora monstrandi praeiero. Lego per transpositionem: *quod totum non penderet ex teste;* id enim magis respondet consilio Oratoris, qui omnem testibus fidem abrogaverit. CR. Refert haud parvi, utro modo ponatur *non.* Si postponitur, vim nanciscitur v. *totum*, et sensus est: crimen totum quidem non pendere a teste, sed ex parte tamen. Atqui omnem testibus fidem abrogat. Ergo prius ponitur *non*, ut sensus sit: crimen minime, seu nulla ex parte, pendere a teste. Quod secus est nostra in lingua, quae inversum verborum ordinem tenet: ut, quod Latini dicunt hoc ordine, *totum non*, id ipsum sit, quod Orator dicere non vult, nicht allerdings; at *non totum* plane sit illud, quod vult, allerdings nicht. Advertit hoc quoque A. G. Gehlium, in libro sic inscripto: Ratio ordinationis verbor. priscis Romanis saec. aureo usitatae. Hamb. 1746. Praec. XXII. p. 64. At fugit alios saepe ratio, ut Gronovium ap. Liv. III, 41. in verbis Appii: *Non erit melius*, etc. quem sermonem pro turbato is habet: quemadmodum sunt, qui ad confusas con-

14. Cecidit locus communis duplex: unus, argumentis esse credendum; alter, testibus non credendum. Quis non te*stes* argument*is* [*posthabeat*]? SCHOLIUM PALIMPS. AMBROS. *minutis rudioribus litteris.*

Cecidit] Corrigo: *Sequitur;* quod cum scriptum esset *cecitur*, fecit inde incuria *cecidit.* *S* et *c* litterae sunt affines, ideoque et loquendo et scribendo permutari solent; *c* autem pro *qu* frequens est scriptura in lapidibus et Codd., velut *sicis* pro *siquis*, *Cintus* pro *Quintus.* Vide Scaligeranos Indices ad Gruter. p. 85. col. 1. Sic ipse hic Codex in Fragm. pro Tullio §. 6. *aecum* habet pro aequum, ubi v. annotata. HEINR. *Quid, si idem sit ac *prodiit* ducta vel a sortibus vel a talorum iactu metaphora? Extrema vv. etiam sic poterant suppleri: *Quis non te*stis fidem *argumenti*s exquirat?

deraret iudex ipse per se. Neque vero, Iudices, quicquam aliud in ignoto teste facere debemus, nisi ut argumento, coniectura, suspicione, rerum ipsarum vim naturamque quaeramus. Etenim testis non modo Afer (aut Sardus sane, si ita se isti malunt nominari), sed quivis

structiones talia amandent in Graeca lingua. Apud Cic. de Nat. D. I. §. 123. ubi librarii, praeter unum germanizantem, *omnino nihil* servarunt, vereor, ne cum hoc ordine nuper inversa Latinitas sit. Etiam Ernestium apparet, cum ea in re iudicem agit, non tam Latinae linguae, quam vernaculae, sequi rationes. HEINR. *Ad l. c. e l. I. *de N. D.* cf. ib. c. 2. pr. *Totum non* est *ganz und gar nicht*, *omnino non*, interprete Schützio, qui facit cum Cramero; *non totum* autem valet *nicht ganz*: quod hic verum videtur: non enim in toto genere huiusmodi criminum fidem testibus denegat orator, sed iis tantum, qui argumentis destituantur, ipsi autem argumentis convinci possint mendacii. Et in *or. pro Fonteio* 6, 11. s. ex qua locus in proxuma annotatione affertur, patronus sane prudentiae vindicat *non minimam partem ad unamquamque rem aestumandam*, at non omnes partes: immo volt *ea, quae dicuntur a testibus, coniecturae et cogitationi tradi, quanta auctoritate, . . . quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existumationis bonae, quanta cura, quanto timore dicantur.* Ergo aurium iudicium non excludit.

Ponderaret] „Potest igitur testibus iudex non credere? cupidis et iratis . . . non solum potest, sed etiam debet.. Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unamquamque rem aestimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet; videte ne multo vestrae maiores gravioresque partes sint [*leg. *tenet: nae multo . . sunt**] ad cogitandum, quam ad dicendum meae" pro Fonteio 6. Par est Oratoris querela *pro Caelio* 28. *Haec causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est.* PEYRON.

15. *Aliud*] *Cod. *al*ut.*

Ignoto teste] *A testibus quaeretis ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis?* Cicero *pro Flacco* 3. [§. 6.]. PEYR. *Seneca *controv. XV.* (l. II. 8.) ad f. *Puto, plus creditis* (al. *credi*) *civi, quam peregrino.* Cod. h. l. CO||IECTURA. Laberius quidem ap. Gellium XVI. 7. dixit *coicior.* Sed oblitterata videtur lineola finalis, ut seq. §. in *quidem.*

Afer] Sardos ab Afris originem duxisse [rectius dixisset a Phoeniciis coloniis] narrat paullo infra Tullius. Heinrichius distinguendum esse censet *sane, si ita se isti malunt nominari*, quod adverbium *sane* εἰρωνικῶς dictum esse, ut saepissime, persuasum habet. PEYR. * *Εἰρωνικῶς* sane se ipse corrigit orator, quasi admonitus. Eam correctionem parenthesin fecimus

15. *In ignoto teste*] Quia, si notus testis est, argumentatione non opus sit. SCHOLIASTES PALIMPS. AMBROS.

etiam elegantior ac religiosior impelli, deterreri, fingi, flecti potest; dominus est ipse voluntatis suae, in quo
16 est inpunita mentiendi licentia. Argumentum vero, quod quidem est proprium rei, (neque enim ullam

aliter atque Maius, qui eam incipit a part. *sane*. Cf. §. 42.

Religiosior] Codex *religiosiosior*. PEYRON.

Fingi] In intercisa membrana desideratur littera G. His paria sunt illa Orationis *pro Caelio* 9. „Equidem vos abducam a testibus, neque huius iudicii veritatem in voluntate testium collocari sinam, quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus, signis omni luce clarioribus crimina refellemus.“ Tum *pro Flacco* 10. [§. 22.]. „Bene testem interrogavit, callide accessit, repraehendit, quo voluit adduxit, convicit, et elinguem reddidit.“ PEYRON.

Voluntatis] „De toto genere testium, quam id sit infirmum, saepe dicendum est; et argumenta rerum esse propria; testimonia voluntatum.“ Cicero *Orator. Partit.* 14. Cod. *suiae*. PEYRON.

Mentiendi licentia] Primae vocis litterae TIE evanidae sunt, ita tamen, ut suspicari liceat I et E. Alterius vocis desunt litterae T et A. PR. *Illud iam Heinrichii acumen coniectura assecutum erat, comp. §. 38. extr. et Gr. v. ψευδομαρτυρεῖν.

16. *Quoque deest p. rei; n. e. u. aliut a. v. v. p. rerum; vox est naturae vestigium, v. nota; id* etc.] De hac lectione, quam luculentam vidi in codice Ambrosiano, mihi dubium non est. Clus Mai legit *quo quid est*, absurde. Scilicet confudit vocales figura persimiles I, et E; deinde haud vidit vocalem E, quae lineam claudebat. Vitiatum esse locum suspicatus Heinrichius varias coniecturas proposuit, quin veram lectionem attingeret [*neque tamen . . . mihi Peyroni attigisse videtur*]. Hanc ego declaraturus exscribam Ciceronis doctrinam de argumentis. „*Fil.* Quibus rebus fides fit? *Pat.* Argumentis quae ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis, aut assumptis. *Fil.* Quos vocas locos? *Pat.* Eos, in quibus latent argumenta. *Fil.* Quid est argumentum? *Pat.* Probabile inventum ad faciendam fidem. *Fil.* Quomodo igitur duo genera ista dividis? *Pat.* Quae sine arte putantur, ea remota appello, ut testimonia. *Fil.* Quid insita? *Pat.* Quae inhaerent in ipsa re. *Fil.* Testimoniorum quae sunt genera? *Pat.* Divinum, et humanum. Divinum, ut oracula . . . . Humanum, quod spectatur ex auctoritate, et ex voluntate.“ Iam ad Scaurinae locum venio. Vim testis, quippe ignoti, atque impunita mentiendi licentia utentis, ita infirmaverat Orator, ut pronum esset colligere deesse testem. Subdit porro *Argumentum quoque deest*, quod sit *proprium rei*, nam ut verum argumentum dicatur, esse debet *proprium rei*, seu *insitum*. Quid enim est testis? Vox. Iam vox est naturae vestigium, veritatis nota, neutiquam intimus character, seu argumentum *proprium*; namque hoc probabiliter invenitur ab oratore ad faciendam fidem, tum variat in una eademque re facti: contra testimonium non fingitur ab oratore, sed sumitur; quidquid tandem testimonio dictum fuerit, immutabile manet. Quare si in

aliud argumentum vere vocari potest. Rerum vox est Naturae vestigium, veritatis nota) id qualecumque est,

hoc accusationis genere, quod ex testimoniis, seu argumentis remotis desumitur, vincerer, omnino causa caderem. Sed rem ad argumenta propria revoco. Confer locum *pro Flacco* 10. PEYR. * In hac interpretatione acquiescendum omnibusque iam coniecturis supersederi posse censet censor Darmstadiensis in diario: *Philologisch-pädagogisches Literaturblatt zur allgem. Schul-Zeitung* 1825. n. 5. p. 36. 'Sed profecto perversior interpretatio, etiamsi ingeniosissumi quique omnium gentium homines praemiis invitentur, excogitari vix poterit. Sic enim testibus summa additur auctoritas, omnino detrahitur argumentis rei propriis. Acute quidem clar. Peyron *quoque* refert ad *testem*, quem *deesse* docuerit patronus: quamquam infra demum §. 38. docet *in testibus* illis productis *ne speciem quidem esse aut imaginem testium*. Sed quis ferat *vero quoque?* Deinde quae haec battologia: *neque enim ullum aliud argumentum* [np. nisi *proprium rei*] *vere vocari potest rerum!* Et cuinam probari poterit testem dici *vocem* eiusque *vocem naturae vestigium, veritatis notam?* Quanto melior erat Heinrichii emendatio atque interpunctio! *Argumentum vero, quod quidem est p. rei* (*neque . . potest*) *rerum vox est,* . . *v. nota. Id* etc. Facillume in fine versus post QUIDE aut evanescere potuit lineola litterae *M* vel *N* vicaria, ut praeced. §. in CO || IECTURA. Ipse Maius in *Addendis:* „*Quidem* ego quoque legerim non invito codice. Et sane placet emendatio *quod quidem.*" Placuit etiam Schützio. Nos tamen parenthesin ampliandam duximus, ut post eam redundet pron. *id*, ut l. supra p. 124. not. 1. l. e V. *in Verr.* 38, 99. *N. D.* II. 49, 125. *Basis autem trianguli, quem efficiunt grues, e a tamquam a puppi ventis adiuvatur.* Cf. obs. ad III. *off.* 3, 14. pr. Deinde potest sane construi *rerum vox est vestigium Naturae* et satis eleganter exponi: *vocem, quam res mittunt, secuti poteritis indagare vestigia Naturae s. Veritatis*, ut olim Hercules boum vocem secutus pervenit in Caci latibula. Ego vero malim sic intelligi: *Rerum vestigium est Naturae vox.* Pronuntiatio facit, ut recte accipiantur talia, quale est hoc, atque illud in *Tusc.* V. 2, 5. *O vitae philosophia dux!* I. *de re* p. 37. *num . . barbarorum Romulus rex fuit?* Cf. obs. ad II. *off.* c. 9. extr. Sententia haec est, *vestigia a rebus relicta existumandam esse vocem, quam Natura mittit; per rerum vestigia ipsam Naturam* (h. e. *Veritatem*) *loqui putandam esse.* Optume perspexerat Heinrichius omnem hanc eo pertinere disputationem, ut non debeat causa iudicari ex testimoniis, sed sola ad argumenta interna; haec autem omnino esse argumenta *rei propria*, comp. Quinctil. V. 8, 6. cuius verba V. D. emendat sic: *Argumenta vero reperiuntur aut in quaestionibus, quae etiam separata* (e coniectura pro volg. *separatae*) *a complexu rerum personarumque spectari per se possunt* (e MSS. pro *possint*), *aut in ipsa causa, cum invenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum, sed eius iudicii, de quo cognoscitur, proprium:* et Isidor. *origg.* p. Vulcan. 443, 26.

maneat immutabile necesse est: non enim fingitur ab oratore, sed sumitur. Quare, in eo genere accusationis si vincerer, succumberem et cederem: vincerer
17 omni re, vincerer causa, vincerer veritate. Agmen tu mihi inducas Sardorum et catervas? et me non criminibus urgere, sed Afrorum fremitu terrere conere? Non potero equidem disputare; sed ad horum fidem et mansuetudinem con*fugere*, *a*d *ius iurandum [iudicum, ad]* Populi Romani *ae*quitatem, qui hanc familiam in

unde patet id genus esse probationis, quod artificiale dici solet; quas τῶν πίστεων τὰς ἐντέχνους vocant Graeci rhetores. Credimus etiam Heinrichio modeste affirmanti in primis hunc ipsum locum *orationis pro Scauro* respici a Cic. *partt. or.* 14, 49. illis verbis, quae supra ascripsit Peyron. Ceterum merito Heinrichius laudat rationem Görenzii in loco *Academ.* I. 8, 32. distinguentis hoc modo: *argumentis, et quasi rerum notis* (h. e. signis), *ducibus utebantur ad probandum et ad concludendum id, quod explanari volebant.* Adde denique Quinctil. instt. l. V. c. 7. ed. Bip. 7. *Saepe inter testes et argumenta quaesitum est. Inde scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argumentis dicitur; hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri; argumenta ex natura duci: in his iudicem sibi, in illis alii credere.*

17. *Agmen*] Lege licebat centum et viginti hominibus denuntiare testimonium, totidem vero usum esse Triarium innuit Valerius Maximus VIII. I. 10. PR.

Tu mihi inducas] *Utrumque hoc membrum in interrogatione posui, quae exprimat indignationem, ut *pro Plancio* 16, 40. pr. *pro Sextio* 36, 78. ex. in Terent. *eunucho* IV. 7, 39. V. obs. ad III. *off.* 17, 68. extr.

Confugere] Cl^us^ Mai legebat *confugiam . . aequitatem.* Ego vero in membrana vestigia infinitivi *confugere*, atque litteras *PR* depraehendere videbar;

17. *Agmen tu mihi inducas*] Ex multitudine tollit fidem. SCHOL. PALIMPS. AMBR. *rudioribus litteris in margine.*

Afrorum fremitu] *Sar*dus enim *hom*o di*cere* nesciet bene: fremitu enim verba fundunt. SCHOL. PAL. AMBROS. *rudioribus litteris in margine.*

17. *Cf. § 20. pr. 38. Quinctil. *instt.* V. 7. ed. Bip. p. 274. *Si deficietur* (testium) *numero pars diversa, paucitatem; si abundabit, conspirationem; si humiles producet, vilitatem . . oportebit incessere* (*patronus*).

Sardus] *Sic correxi quod enotatam est a Maio, *Ab*[*sur*]*dus...o dici ne ... et bene.*

hac urbe principem voluit esse, deorum immortalium numen implorare potero, qui semper extiterunt huic generi nominique fautores.

„Poposcit, imperavit, eripuit, coëgit.“ — Si do- 18
*T“ cet tabulis: “quoniam habet seriem quandam et ordinem contracti negoti confectio ipsa tabularum, attendam acriter et quid in defendendo mihi agendum sit videbo. Si denique nitere testibus (non dico bonis viris ac probatis, noti sint modo): quemadmodum mihi

praepositionem *ad* ex ingenio supplevi. Scauri pater summus Urbis vir [Cicer. *pro Fonteio* 13.], cuius *nutu prope terrarum orbis regebatur* [ib. 7.], dictus fuit princeps Senatus, uti Asconius in argumento huius orationis tradit. PR. **Principem et senatus et civitatis M. Scaurum* appellat Cic. in *or. pro Sext.* 17, 39. quem l. citavit Maius. In cod. sunt vestigia litterarum **DUS*U* || .... || *PR* * **ITATEM*. In his agnovi *ad ius iu-*. Cf. *pro Rosc. Am.* 3, 8. *vos idoneos habitos, per quorum sententias iusque iurandum id assequantur; pro Font.* 10, 21. *Cum his vos testibus vestram religionem coniungetis?* et annot. ad III. *off.* 10, 44.

Urbe] Cl^us^ Mai cum legisset *rre*, supplevit *ferre;* equidem insignes vidi has voces in membrana. PEYRON.

18. *Poposcit*] Dare frumentum, quae sunt accusatoris verba. PEYR. *Ad *eripuit, coëgit* potest item intelligi *pecunias* ad redimendas decumas alteras et tertias, omninove *bona*. V. *in Verr. III.* 12, 31. pr. 19, 49. ex. in primis cap. 30. s. De *συναθροισμῷ* v. obs. ad III. *off.* 33, 119. p. 414. Iulio Victori in *arte rhet.* c. 22. p. 109. haec figura dicitur *comma*, concisa in singulas partes brevis oratio. Quinctil. V. 7. ed. Bip. p. 271. *Elevata ab oratoribus scimus . . . tota genera testimoniorum: . . . ut in causis repetundarum, qui se reo numerasse pecunias iurant, litigatorum, non testium, habendos loco.*

Si docet tabulis] *De his instrumentis probandi comp. §. 40. extr. *or. pro Flacco* 17, 39. seq. v. Ludov. Harscher *von Almendingen über die rationes domesticae der Römer zu den Zeiten der freien Republik*, in Caroli Grolmani *Magazin für die Philosophie und Geschichte des Rechts und der Gesetzgebung* T. II. p. 187.—211. Indignatione commotior haec ad iudices loquens orator tertia verbi persona utitur. Mox Taur. *negotii.*

Attendam] Ita legeram in Ambrosiano quod confirmat Taurinensis, atque Heinrichius reponendum esse coniecerat. Cl^us^ Mai *contendam*. PEYRON.

Defendendo] Ita luculenter Ambrosianus, atque Taurinensis. Cl^us^ Mai *offendendo*. PR. *Sed e Taurinensi V. D. p. 19. repraesentavit *DEFENDO*.

Non dico — modo] *Recepta lectio debetur cod. Taurinensi. Nam e superstitibus Ambrosiani litteris *NON*ICO*** || *O***UA || .... || **QUEMADMO non facile quisquam coniectura idem illud eruerit; citius quidem:

19 **cum quoque sit confligendum considerabo. Sin unus color, una vox, una natio 'st omnium testium; si, quod ii dicunt, non modo nullis argumentis, sed ne litterarum quidem aliquo genere aut publicarum aut privatarum (quod tamen ipsum fingi potest) confirmare co-**

non dico auctOritate (vel *fide Omni*) *priUAndos esse, sed quemadmodum* etc. Itaque ceteris huiusmodi supplementis, ubi hariolatio oculorum vicaria est, ipse haud ita multum tribuo, quamvis necessariis.

Sit confligendum] Ambrosianus *confligendum sit*. PEYR.

19. *Natio 'st*] De pari synaloephe *difficile 'st* multa erudite disputans Cl^us^ Niebuhr [*Cicer. Orat. fragmenta* p. 60.] ait simile exemplum *ne ex antiquissimis quidem schedis Mediolanensibus* afferri. Iam affertur ex Mediolanensibus, et Taurinensibus. PR. *Maius in *conspectu orthographiae codicis vaticani Cic. de re publ.* p. 355. haec scripsit: „Aphaeresis ista locum sibi omnino vindicat ubicunque *est* vocalem, sive longa sit, sive brevis, syllabamve *um* subsequitur: — (equidem de *im* syllaba idem valere, suspicor plane, sed exemplum adhuc nullum inveni) — minimeque haesitare debet Ciceronis editor, quin eam ubique reponat: codicum enim inconstantia a sola corrigendi ad recentiorem orthographiam libidine fluxit. Neque ea nonnisi tum admittenda est; quum participium adiectivumque praecedens vinculo quodam indissolubili cum verbo *est* coniungitur, et cum eo coalescit, ut quasi solidum verbum ex hac coniunctione prodeat compositum: (cuiusmodi rem in futuro tempore verborum hispanicae linguae evenisse a Bekkero v. ill. me edoctum esse memini) — ex. gr. *posita st, condita st, nata st, verendum st, plena st.* Nam nihilo secius idem evenit inversione facta, *ratio st inita* (II. 36.), *si boni st viri* (III. 11.): immo quando *est*, cum nullo alio verbo coniunctum, vim habet absolutam: *ita st, inquit Scipio* (II. 21.), *virtutem, quae est una, si modo st, maxime magnifica* (III. 8.) — minimeque dubitaverim hoc ipso loco *quae st* scribere; ut mihi quidem persuasum est alibi *memoriae st proditum*, rectius quam *memoria est proditum*, legi.“ Fortasse. Quamquam non dubitandum st, quin Latine dicatur *memoria proditum*. Ego vero dubitaverim apostrophum adhibere, ubi Graece retracto accentu dicitur ἔστι, vel post unius syllabae voculam, ex. gr. *quae st*. Aliter se habent formulae *si modo 'st, ita 'st*, ubi omnis vis vocis in *si* et *ita* accumulatur. Sollemnis haec aphaeresis est ap. Plautum et Lucretium, e. c. I. 10. 57. 89. 97. 111. 147. 204. 270. 303. 361. s. 365. 386. 390. 400. 505. 507. 512. s. 540. adeoque elisa lit. *M* *fatendu 'st* 463. *videndu 'st* 467.; et 526. *distinctu 'st; 545. genitu 'st;* sed 382. s. *privandum 'st, dicendum 'st;* 378. *receptum 'st;* 189. *manifestum est.* In Verrii Flacci *fastis Praenestinis* m. Aprili ad d. IIII. K. Mai. scriptum est *DEDICATA. ST.* sed duobus versibus post *DEDICATA. EST.* Copulatio, cuius mentionem iniecit Maius, ustitatissuma 'st in v. *potesse, posse, potest* etc. et tamen Lucretius V. 1. dixit *potis est.*

mantur; quo me vertam, Iudices, aut quid agam? *A "Cum singulis disputem? quid? * „non habuisti quod A* dares?" — Habuisse se dicet. — Quis id scit? Quis id indicavit? Non fuisse causam? — Finget fuisse. Quî refellemus potuisse, non dare si noluisset? Vi ereptum esse dicet. Quae potest eloquentia disputando

Quid? Non habuisti quod dares? . . . Quid id sciet? Quis iudicabit non f. c.?] Iam fingit Orator se cum uno alterove teste disputare. Non habuisti frumentum quod dares Scauro reposcenti? et cetera, quae recte constituta exhibet Taurinensis. In editione Mediolanensi tempora erant turbata *dicit, sciet, iudicavit, fingit, diceret.* Recogitanti vero tantam esse figurae affinitatem inter vocales I et E, ut facile fucum legenti faciant; tum B et V non figura tantum, sed sono plus millies permutari in codicibus saeculo decimo anterioribus; tandem [*denique*] schedas Ambrosianas exhibere *dicet*, neutiquam vero *diceret*, apparebit Ambrosianum cum Taurinensi consentire. Erravit tamen Ambrosianus in verbis *quis id iudicavit*, perperam alterum *id* inferciens ex superiore linea traductum; erravit quoque Cl^us Mai legens *quem refellemus . . . noluisse . . . ut ereptum*, nam sine ulla dubitatione vidi *qui refellemus . . . noluisset . . . vi ereptum.* Ipse etiam exscripsi *se noluisset*, cum forsan codex habeat *si.* PEYRON. *Interductum, quo Peyron ante hanc part. *si* distinxerat, retraximus ante vv. *non dare*, quae cum vi praeposita non debebant iungi cum v. *potuisse*, np. *dare.* Nam *non dare si noluisset* i. e. q. *si vel maxime voluisset.* Priora etiam sensu (nisi forte me fugit) cassa corrigi poterant, *Quid, si non h.* hac sententia: *Quid dices, si planum fecero te ne habuisse quidem frumentum, quod dares poscenti atque imperanti, ideoque nullo modo ereptum esse posse?* v. p. *Flacc.* §. 34. s. Part. *si* non opus, si quis maluerit distinguere *Quid?* et cum Heinrichio corrigere *Num* —? vel citra interrogationem *Non habuisti, quod dares.* Tum Taur. *QUISIDISCIET.* Scripsi *Quis id scit*, np. *te habuisse frumentum in penu?* Deinceps secutus vestigia Ambrosiani scripsi: *Quis id indicavit*, nempe *Scauro?* Seqq. verborum ellipsis sic supplenda: *Estne credibile, „non fuisse caussam"* (np. *indicandi*) *et tamen rem per malitiam esse Scauro proditam?* Sic infinitivus in admirantis interrogatione ponitur in *Bruto* 61, 219. pr. *Verr.* V. 6, 14. *Tantumne vidisse in metu periculoque reipublicae?* Ceterum apposite Heinrichius observat, in his iudiciis, quae maximam partem crimina avaritiae continebant, pleraque illuc solere redire, quod in provinciis homines coacti sunt *dare;* et ipsum hoc, *dedimus*, saepe audiri in querelis testium: comp. *or. pro Flacco* inprim. c. 10. §. 23. et c. 17. §. 40. Maii lectionem sequenti paullo clariora fore haec videntur constituta hoc modo. *Quis id sciet? quis id iudicabit non fuisse? Causam fingit fuisse* (scil. cur non daret). *Qui eum refellemus? Potuisse non negat dare se: noluisse ut ereptum esse diceret.* Mallem certe: *Quî refellemus potuisse? Non dare se noluisse;* [subau-

20 **ignoti hominis impudentiam confutare? Non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione et cum expresso, coacto sollicitatoque periurio subtiliter nec acu quaedam enucleata argumenta conquiram; sed contra im-**

dies *sed*] *vi ereptum esse dicet.*

Ignoti hominis] Qui dicitur *ignotus homo*, et cuius *impudentia* arguitur, sane non est diversus ab illo, qui bis appellatur *ignotus testis*, §. 15. et 29. prorsus ex more defensionum in his causis repetundarum, ubi in testibus, peregrinis plerumque hominibus, toties notatur, quod sint *ignoti*, eisdemque saepe *impudentia*, interdum *os* et *audacia*, exprobratur, ut Asianis pro Flacco [*c. 9. §. 20.] c. 10. et 17. Gallis pro Fonteio c. 10. et al. locis. Deinde *disputare*, *refellere*, *confutare*, verba sunt propria et quasi fixa in contentione patronorum cum testibus. Sic Cicero in eisdem Oratt. passim; sic Quintilian. V, 7, 9. Plin. Ep. III, 9. 24. aliique. Denique Oratori cum teste rem esse, ipsa docet ratio dicendi, conclusiunculis pugnans, plane ut in hoc genere fieri solet, maximeque etiam ille ab uno ad omnes transitus: *Non agam igitur* etc. HEINR.

20. *Periurio*] Testium a Triario productorum, qui, antequam solemne *Arbitror* pronunciarent, iureiurando fuerant adacti. PR. *Seneca *de benef.* VI. 8. *Saepe testis, dum aperte peierat, etiam veris testibus abrogavit fidem, et reum, velut factione circumventum, miserabilem reddidit.* Cf. h. *or.* §. 29. extr. *in Clod.* VI. 2. *pro Rosc. com.* 15, 44. — 16, 47. *pro Sulla* 7, 21. extr. Seneca *de ira* II. 29. Quinctil. *instt.* V. 7. p. 276. Bip. extr. *hinc testes; . . haec se pars iure iurando . . tuetur. Cod. Iustin.* IV. 20. (*de test.*) §. 19. ib. §. 13. *Qui falsa in testimonio protulerit, primum quidem de periurio, deinde falsi crimine convenitur.* *Io. van de Water* lib. III. *obss. iur. Rom.* c. 1. p. 240. ss. Christ. Gottlob. Reinhardt *epist. ad Andr. Flor. Rivinum de testibus iurisiurandi religione arctatis a Constantino M.* [ib. §. 9. pr.], *iisdem tamen iam ante huius tempora in foro Romano iurisiurandi necessitati subiectis*, Hal. 1744. 4. Malblanc *lib. III. doctrinae de iureiurando* c. 6. §. 76. s. p. 298. — 304. aliosque libb. cc. supra ad *or. pro Tullio* §. 24.

Subtiliter] Taurinensis *suptiliter*. PEYR. *Idem l. NEG. ACU* (nisi erravit typotheta p. 20. a.) quod Peyron legit *NEQ.* (*neque*). Revocavi *nec* ex Ambr. Falsum est enim praeceptum de hac aphaeresi non admittenda ante vocalem. V. e. gr. *or. pro Rosc. Am.* c. 1. extr.

Acu — enucleata] Proverbialis locutio, qualis illa: *ad acunculam capitis usque*, in *L.* 1. *C. Th. de repud.* CR. Apud Ciceronem uno tantum loco adhuc extabat acus, in Miloniana, ubi est *vulnus acu punctum*. Sed satis nota sunt illa apud Plautum, *rem acu tangere*, et *acum invenire:* ad quorum similitudinem de minuta et nimia quadam diligentia novatum hoc est aptissime, *rem acu enucleare*. Delitescit tertia acus alicubi apud Ciceronem, quam a nemine dum inventam demonstrabo. De Fin. B. et M. IV, 3. [6.] nuper Goerenzius edidit, acceptum a Marso: *nec more hominum vellentium spinas, ut Stoici, nec ossa nudantium.* Sed libri impressi

petum istam illorum impetu ego nostro concurram atque confligam. Non est unus mihi quisque ex illorum acie protrahendus neque cum singulis decertandum atque pugnandum; tota est acies illa uno impetu prosternenda.

Est enim unum maximum totius Sardiniae frumen- 21

scriptique habent, *hominum de spinas vellentium.* Undenam illud *de*, propagatum per libros? Spinas tenues, cuti infixas, acu evelli, quis nescit? Corrige: *nec more hominum a c u spinas vellentium.* Vox *acu* in praepositionem corrumpi potuit pluribus modis: qua quidem de re admonere peritos non est necesse. HEINR. *Acu rem tetigit V. D. Nam *ossa nudare* ab anatomis tralatum i. e. q. *μικρολογεῖν*.

Impetum istorum] Ambrosianus *impetum istum illorum*, quod orationis impetum frangit. PR. *Immo corroborare videtur.

Confligam] Singula verba comparata ad imaginem pugnae et dimicationis: quomodo in actione adversus testes loqui solent Latini, ut Quintilianus per totum caput de testibus V, 7. Eo pertinet etiam in seqq., praeter alia, v. *protrahere*, quod ipsum sic ponit Quintilian. §. 19., proximum ad illud in Satira Horatii ex certissima Bentleii emendatione, *quemvis media arripe turba.* Exemplum autem cadentis linguae et eius *ἀκυρολογίας*, qua paullatim ad barbariem deducta Latinitas est, habes in hoc verbo apud Iurisconsultum in Digest. tit. de testibus (XXII, 5.) l. 1. §. 2. *ne — superflua multitudo testium protrahatur.* HEINR. *Nulla videbitur adesse barbaries, si longam testium evocatorum seriem patronum quasi triumphatorem concomitantium spectaveris.

Unus mihi quisque] Attende artificium Oratoris, qui cum causae diffideret Scauri, quem forte pluribus videret premi testibus, non, quod oportebat, ad singula testimonia confutanda descendit, sed in omnes hac una spongia utitur, ut Sardos dicat et vel ideo omni fide destitutos. CR. De hoc artificio praecipit patrono Quintilian. V, 7, 23. sic loquens, ut sit credibile, Tullianam ipsi artem ex Oratione hac obversatam esse. HEINR. Ambrosianus *unus quisque mihi.* Lectio Taurinensis longum taedium notat Oratori atque iudicibus devorandum, si testes singillatim protraherentur. PEYR.

21. *Unum maximum*] Augmentum hoc superlativi plane Tullianum. In ipsis huius Orationis fragmentis ex Asconio servatis [I. 5.]: *quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus.* Alia exempla dabunt Interpretes

20. Hoc dicit: cum sint impudentissimi testes, non debere singulis respondere, sed universis simul. SCHOL. PALIMPS. AMBROS. *minutis rudioribus litteris.*

Respondere] *Malim: *responderi.* Quamquam ad *debere* potest suppleri *se.* V. obs. supra ad Asconii *argum.* p. 127. a.

tarium crimen, de quo Triarius omnis Sardos interro-

Epistol. ad Div. I, 9. [§. 37. ed. Kortte.] IV, 7. [* immo 8. §. 1.*] et 13, CRAMER. V. Bentl. ad Horat. A. P. 32. Graeci itidem εἷς μέγιστος, εἷς ἄριστος, ut Hom. Il. XII. 243. Cf. Valcken. ad Herodot. VI. p. 497, 51. et Erfurdt. ad Sophocl. Ai. 1328 [*1327.*] HEINR. *indice* p. 114. a. * Vid. Kortte ad Cic. *ep.* IV. 13, 10. XIII. 43, 2. 45, 1. *Brut.* 6, 25. *pro Planc.* 41, 97. ubi cave cum Ernesto corrigas; *Phil.* II. 3, 7. *N. D.* I. 2, 4. pr. cl. III. *off.* 6, 28. extr. ubi iam mihi recte in Vbaldino libro videtur legi: *omnia incommoda subire . . ., quae vacent iniustitia. Haec enim una virtus omnium est domina et regina virtutum.* Est synesis, qua e contrario vitio repetitur *iustitiae* notio. Cf. I. 9, 23. *Alterum genus assequuntur, in inferenda ne cui noceant iniuria;* ubi cum alterum *iustitiae* genus memorasset, simul oppositum cogitat *iniustitiae*, et ad hoc seqq. retulit: *in alterum incidunt.* Vid. Matthiam *de anacoluth.* in F. A. Wolfii *analectt. litt.* III. p. 12. ss. De assumenda ex contrario saepe notione, quam ut facili cogitatione attento lectori vel auditori occursuram ponere negligit scriptor, exquisita exempla collegit I. F. Wagner in Seebodii *biblioth. crit.* 1820. n. X. p. 853. Voc. *unus* i. e. q. *prae ceteris* cum positivo iunctum II. *N. D.* 29, 74. *in te convenit, unum urbanitate limatum.*

Totius Sardiniae frumentarium crimen] Hinc prorsus apparet, hanc Scauri causam partim saltem fuisse frumentariam, quod nondum liquebat. Nam Asconius in Argumento edito tantum dicit: „Ex praetura Scaurus provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est, et valde arroganter." Liber tertius Ciceronis in Verrem totus est de re frumentaria in Sicilia. In quibus igitur capitibus Tullius Verrem toto eo libro pro Siculis accusavit, in iisdem fere hac Oratione Scaurum contra Sardos defendisse puto. Et bene paulo infra haec causa Sardiniensis a Cicerone comparatur cum Sicula, siquidem idem Tullius in Orat. Pompeiana cap. XII. [§. 34.] Sardiniam et Siciliam inter frumentaria subsidia reip. numerat. Iam praefecti rei frumentariae dicebantur, quibus cura erat conquirendi in provinciis frumenti, quod in horrea publica conveheretur: quod munus quantis criminibus esset obnoxium, facile patet. De frumento decumano, empto et aestimato, deque fraudibus in his exactorum, vide sis iam laudatum Librum III. in Verrem. MAI. Non significat crimen, quo tota Sardinia reum arguat, sed quod sit maximum criminum cunctorum, quae in Sardinia, frumentaria provincia, perpetrari possint. HEINR. Assentior Heinrichio, qui h. l. esse negare videtur ironiam, quam hic invenit illustrissimus Cramerus. Sed verba *totius Sardiniae* et *omnes Sardos* referenda sunt ad eos, qui ex provincia aderant, testes universos, qui a Triario in iudicio interrogati Scauri peculatum in re frumentaria uno ore confirmabant. Quod autem Heinrichius sibi persuasit, Triarium iam ante tempus, a praetore ipsi ad provinciam peragrandam concessum, ut testes inde arcesseret atque in Scaurum inquireret, in Sardinia fuisse, huius rei ne minima quidem causa apparet, nec hoc sumere omnino necesse est. Triario Scauri accusatio, ut Ciceroni Verris a Siculis, haud dubie a Sardis ipsis

gavit, quod genus uno testimonii foedere et consensu omnium est confirmatum. Quod ego crimen antequam attingo, peto a vobis, Iudices, ut me totius nostrae defensionis quasi quaedam iacere fundamenta patiamini.

erat delata. Quo ei negotio commisso, ipse quidem initio ad inquirendum in Sardiniam proficisci statuerat, cui rei peragendae triginta dies a praetore abstulerat. Sed metu agitatus, ne Scaurus interea consulatum obtineret, consilio mutato, Roma non discessit. De quo eum consilio Sardos certiores fecisse, eosque, ut testes idoneos ceteraque omnia, quae ad accusationem probandam valerent, sibi mitterent, litteris suis exhortatum fuisse, atque ipsos clientes votis eius satis cupide respondisse, summa probabilitate licet coniicere. In sequentibus quidem §. 5. Cicero dicit, *Triarium uno teste producto comperendinasse* (lego enim totum hunc locum ex egregia Heinrichii emendatione); sed hoc oratorie dictum est, nec nisi hanc vim habet, ut significet, Triarium in interrogatione testium nimiam adhibuisse festinationem, nec nisi unum ferme testem accurate interrogasse. Itaque non necesse est verba *maximum Sardiniae frumentarium crimen* cum Heinrichio sic interpretari: *maximum criminum cunctorum, quae in Sardinia, frumentaria provincia, perpetrari possint*, sed accommodatius ad sensum sic explicantur: *crimen frumentarium, ab omnibus omnium Sardiniae civitatum legatis ei exprobratum, maximum est.* Unde patet, additionem pronominis *hoc* ante *unum maximum*, quod Heinrichius excidisse arbitratur, minime esse necessarium, cum nequaquam iam ante de peculatu in re frumentaria sermonem fuisse demonstrari possit. Nunc potius demum ad maximum hoc crimen diluendum viam sibi videtur munire. Verba paullo post sequentia *hoc terribile et formidolosum frumentarium crimen*, ad quae Heinrichius ad correctionis necessitatem probandam provocat, nullius plane momenti sunt, cum ibi ad ea, quae ante dicta sunt, respiciatur. Ceterum vocabulum *omnes* tantum ad universos a Sardiniae civitatibus missos legatos referendum est; singuli enim privati nonnulli e Sardis omnino Scaurum laudabant. V. §. 43. FR. C. WOLFFIUS. **Omnes*, quod e Taur. recepit Peyron, cum Ambros. mutavimus in *omnis*: de qua forma v. obs. ad §. 13.

Uno testimonii] Taurinensis *unum*. In Ambrosiano vix supersunt vestigia litterae N. PR. * *Uno* i. e. q. *communi*. Vid. Graev. ad IV. *Catil.* 2, 3. extr.

Peto a vobis] Taurinensis *petavobis*. PEYRON.

Fundamenta iacere] Ambrosianus *iacere fundamenta*. PR. *Quam numerosiorem verborum structuram reduxi. *Quasi quaedam* iunguntur ad mitigandam metaphoram, ut *de N. D.* II. 40, 102. fin. In *Lael.* 13, 48. *virtutem duram et quasi ferream quandam esse volunt*, ubi Schützius cum Ern. *quandam* in ll. quibusdam omissum expulit non melius, quam Olshausen I. *off.* 9, 30. licet ei volgatam tuenti, *quae quasi longo intervallo interiecto videmus*, faveat Calphurnius ad Terent. *Heaut.* III. 1. extr. Utrum enim veri similius est, pronomen, quod „non necessario additur," temere ad-

Quae si erunt, ut mea ratio et cogitatio fert, posita et
22 constituta: nullam accusationis partem pertimescam. Dicam enim primum de ipso genere accusationis; postea de Sardis; tam etiam pauca de Scauro: quibus rebus explicatis tum denique ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.

23 Quod est igitur hoc accusationis, Triari, genus? Primum, ut inquisitum non ieris. Quae fuit ista tam ferox, tam explorata huius opprimendi fiducia? Pueris nobis audisse videor L. Aelium libertinum hominem,

iectum esse, an ut superfluum a sciolo quodam omissum? Ars critica saepe probabilia sequi debet, neque omnia ad necessitatem potest revocare.

Posita] Cum Taurinensi consentit Ambrosianus, quamvis Cl[us] Mai ediderit *postea nec constituta illam accusationis.* Inde illae coniecturae, quibus Cramerus, Heinrichius, et Schütz depravatum locum emendare satagebant. PEYRON.

22. *Quibus rebus explicatis*] *Vim adaugent adiectae cum abundantia quadam particulae *tum denique* II. *or.* 77, 315. De Hellenismo, cuius exemplum v. in Xenoph. *Hierone* VII, 9. egimus ad II. *off.* 5, 16. p. 35. s. ubi *deinde* abundanter subiecta fere i. valet q. *nihilo minus.* Sic *et* abundare videtur pro *statim* posita in Virg. *Aen.* X. 877.

Formidulosum] Sic uterque codex. PEYRON.

23. *Quod est*] Ambrosianus *quodecst.* PEYRON.

Triari genus] Taurinensis *Triarii* casu genitivo, sed improbabili. PEYRON.

Inquisitum non ieris] Reprehendit Cicero Triarium accusatorem, qui damnari Scaurum vellet, licet in Sardiniam ad inquirendum non ivisset. Quod de eodem Triario narrat etiam Asconius in Argumento. MAI. *Idem ed. post haec vv. non punctum sed virgulam interposuit. Sed pendent haec ab ellipsi pronominis *hoc* e precedentibus intelligendi, non a seqq. Aptius certe non interrupta *ἀναφορᾷ* *Quod* — *Quae* distinguatur sic: *genus: primum — ieris?*

Ferox . . . fiducia] Taurinensis *ferax . . . fidicia.* PEYR.

Pueris nobis] * Ne iungas cum *audisse videor*, sed cum oratione obliqua: etsi Cicero hic simul aequales suos compraehendisse videtur ideoque ablativis absolutis sic uti potuit. Verumtamen *nos adulescentes* dicit scriptor de se solo loquens II. *off.* c. 14. extr. itemque *pueris aut adulescentulis nobis* I. *or.* 2, 5. pr. et verbum regens suspensae inde orationi medium interponi observavimus ad I. *off.* 13, 41. p. 103.

Laelium] Ambrosianus, edente Cl[o] Mai *Vaelium* habet; mihi tamen vocalis A dubia videbatur. Contra Taurinensis insignem habet *Laelium*, quod nomen *L. Aelium* quoque legi potest. De Vaelio haec adnotabat

22. Propositio. SCHOLIASTES PAL. AMBR.

litteratum ac facetum, quom ulcisceretur patroni iniu-

Cl^us Mai = Lucem aliquam affert huic loco Cicero ipse in fragmentis orationis *pro Fundanio* cum ait: *Non modo hoc a Villio Annale, sed vix mehercule a Q. Mutone factum probari potest.* Nec non Horatius lib. 1. sat. 2. v. 64. et seqq.

Villius in Fausta Syllae gener, hoc miser uno
Nomine deceptus poenas dedit etc.
Huic si Mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret haec animus etc.

Mihi enim *Muto* in loco Horatiano videtur nomen viri, quidquid ibi contra dicant Acro et Porphyrio, quos recentiores interpretes gregatim sequuntur = Hucusque Vir Cl. Allata Ciceronis et Horatii loca innuunt Villium libidinosum hominem infelicem fuisse Faustae amatorem; dubitari autem iure potest, utrum esset libertinus. Iam si cum Taurinensi legas *L. Aelium*, nomen cum epithetis ipsis recte cohaeret. Nam L. Aelius eques Romanus fuit *eruditissimus et Graecis litteris et Latinis*, Romanae antiquitatis scriptorumque veterum peritissimus, scripsit orationes, Varronem habuit discipulum, eumque Cicero adolescens audire perstudiose solebat, lege Cicer. *Brut.* 56. [§. 205.] Sane habuit servos. Suspicor vero horum unum ceteris ingenio praestasse [* praestitisse *], operamque suam in re literaria probasse patrono; atque adeo manumissum, ut mos erat libertorum, ad patroni praenomen et nomen dictum fuisse L. Aelium. En libertinum litteratum, quem viderat Tullius adolescens. Contra praeplacent [* perpl. *] quae Cl^us Mai de Q. Mutone disputat. Huic a sordidissima libidine agnomen seu cognomen *Muttonis* vel *Mutonis* factum fuisse persuadet codex Taurinensis scribens *Titi Q. Mutonis.* Eundem furem etiam audivisse colligo ex his Lucilii verbis *et Mutonis manum perscribere posse tagacem*, vide Festum Pompeium ad v. *tagax.* PEYR. *Ergo, si lectio certa, nomine gentilitio dicebatur *Titius.* Huic autem praenomen postponitur in Ennii versu ap. Cic. *de re p.* I. 18. et alibi: *Catus Aeliu' Sextus.* Ipse Cic. cognomini tantum distinctionis gratia praemisso postposuit *de or.* II. 64, 260. pr. *Maluginensem illum M. Scipionem.* Itaque hic *Titi* nomen delevi. Ambr. *nomeniquet.*

Ac facetum] Desunt haec in Ambrosiano. Rem facetam ita illustrat Heinrichius = „Nomine delato, Praetor dabat *inquisitionem*, id est, ut olim in foro dicebant, permissionem informandi; et hic noster accusator Mutonis, cum facta in provinciis crimina detulisset, tamen parum definite, in qua provincia deberet potissimum fieri inquisitio, significarat. Ex accusatore igitur quaerebat Quaesitor, *quam provinciam* peteret ad inquirendum, aut, si profectione forte non opus esset, *quam diem testium*, qua praesentes testes exhibere interrogarique vellet.... Iam ille reum contemnens, rogat ioco acerbo, non provinciam, sed *forum boarium*, nec praefinitam diem testium, sed illius diei *horam octavam*, cum, peractis solito tempore diurnis negotiis, posset lustrare forum boarium: ibi inter bubulcos et de sordida plebe circumforaneos facile inventurum se esse, quos dignos Mutone eiusque facinorum conscios proferret. Notat Orator accusatorem *libertinum hominem*, propter impudentiam talis apud Praetorem convicii. De *hora octava* conf. Horat. I.

rias, nomen Q. Muttonis, hominis sordidissimi, detulisse. A quo cum quaereretur, quam provinciam aut quam diem testium postularet: horam sibi octavam, 24 dum in foro bovario inquireret, postulavit. Hoc tu idem tibi in M. Aemilio Scauro putasti esse faciendum?

Epist. 7. 47. et Martial. IV. 8. 4." PEYR. * Add. Schol. Iuvenal. ad I, 49. „*ab octava.* Qui iudicio vacabant, decima hora coenabant. Hic enim ab octava." HEINR. in *indice* p. 106. *a.*

Quom ulcisceretur patroni iniurias] * Ambrosian. *cum.* Sed *ulcisceretur*, utriusque eod. lectionem coniectura occupaverat Heinrichii: nam 1. ed. Mediol. in Ambrosiano perhibebat legi *vices geritur.* Heinrichii interpretatio haec est: „,Homo volebat ulcisci patroni iniurias, i. e. patrono prius factas ab altero: quemadmodum loquuntur Latini, Graecos imitati, imprimisque in hac ipsa voce Tullius. Sic *nostrae iniuriae*, quas nos accepimus, de Invent. Rhet. I. 54. [105.] et Divinat. Verr. c. 20. [§. 66. s.] bis itidem dicuntur *Hispanorum iniuria*, et, *Egritomari iniuriae.* [* Ib. §. 64. *iniurias suas persequi; sociorum iniuriis commoveri.* *] Cf. de eodem usu similium vocabulorum, praeter alios, Muret. ad Cic. Catilin. II. Opp. T. II. p. 583. et Taylor. ad Lysiam p. Reisk. 289. Add. Plin. Epist. III. 4, 6." Idem V. D. in *add.* comparat Tacit. *Ann.* XIII. 44. „Sed libertus suum illud facinus profiteri; se *patroni iniurias ultum esse*," et in *indice* p. 114. b. „Proprium est," inquit, „et Ciceronianum, si quid aliud, de eo, qui aliquem reum agit alterius nomine, *ulcisci*, *persequi*, *iniurias* huius; et sic talis accusator dicitur *ultor iniuriarum* eius; cuius causam agit: ut ipse Orator de se loqui solet in causa Siculorum contra Verrem suscepta. Vid. Divinat. Verr. c. 4. [§. 11.] 16. [§. 53. s.] 18. [§. 60.]" — Postulare licere *pro patrono* ait Praetor in D. III. 1. fr. 1. §. 11.

Nomen — detulisse] * nempe ad Praetorem, ut reciperetur inter reos: ergo i. e. q. *reum fecisse Q. Mutonem.* Haec *nominis delatio* fiebat eo die, quem Praetor dedisset, cum futurus reus postularetur de crimine. V. *ad fam.* VIII. 6, 6. *divin.* 19, 63. pr. *Verr.* II. 38, 94. ubi non post *liceret*, sed sic distinguendum videtur: *ait*, *si liceret nomen absentis deferre*, *se velle.* Cf. Brisson. l. V. *de formulis* p. 467. Dempsteri *antiqq. Rom.* l. IX. c. 19. ed. Col. 645. p. 1480. *C.* — 81. *A. p. Rosc. A.* 45, 132.

Quaereretur] Ambrosianus *quaeretur.* PEYRON.

Quam diem testium] * h. e. quantum temporis, intra quod testes sibi compararet. *Dies* enim feminino genere spatium quoddam temporis (*Frist*) indicat: e. g. *act. I. in Verr.* 2, 6. pr.

Postularet] Taurinensis *postulare.* PEYRON.

24. *M. Aemilio*] Ambrosianus *Aemilio.* PR. Quanta confidentia Triarius ad accusandum Scaurum accesserit, satis declarat Valerii Maximi locus lib. VIII. cap. I. 10. MAI. * Recte idem V. D. in ed. indicaverat interrogationem, quae mixtam indignatione ammirationem exprimit: quae cernitur etiam in pronomine, ut in *Phil.* II. c. 15. extr. c. 17. pr.

— „Delata enim," inquit, „causa ad me Romae est." — Quid ad me Siculi — nonne Romam causam Siciliae detulerunt? Atqui homines prudentes natura, callidi usu, doctrina eruditi. Tamen ego mihi provinciae causam in provinciam ipsam cognoscendam et

Inquid] Ita cod. pro *inquit*, ut inferius *adque* pro *atque*, *ad* pro *at*, *ed* pro *et*: et contra *aput* pro *apud*, *aliut* pro *aliud*, *illut* pro *illud*, quod tamen antiquum scripturae genus constantiam non servat. Immo Marcianus Capella lib. III. cap. *de mutis* diserte ait: „Littera *d* finit articulos neutralis generis, ut *illud*, *istud*: et praepositionem, ut *apud*." Codex tamen noster Tullianus pluribus saeculis ante natum Capellam scriptus est. MAI. *Scripsi *inquit*; quamvis invito etiam Taurinensi. Cf. n. 1. ad schol. §. 30.

Ad me Romae] Verba *ad me* absunt a Taurinensi. PEYR.

Romam] Ambrosianus *Romae*. PEYR. *Distinxit hic *Quid? Ad me?* Melius certe Maius: *Quid? Ad me R.* etc. Sed v. obs. ad §. 8. Et sic distinctionem suspensae confusaeque interrogationis tollas velim I. *N. D.* 31, 87. *Quid solis numquidnam aut lunae aut quinque errantium siderum simile vidisti?* itemque ib. 34, 96. pr. 35, 98. pr. *in Verr.* III. 14, 36. pr. *pro Balbo* 22, 50. (saepius) et in *oratore* 45, 154. *Quid illud non olet unde sit* —? ubi post *Quid* Schützio videntur quaedam intercidisse, quae transitum facerent ad seq. degressionem, aut totum exemplum (nescio unde aut quo consilio) illuc translatum esse. Sed fallitur V. D., cum dicit toto illo capite agi de vitando vocalium concursu. Quid? nonne etiam de contractione sine vocalibus et de fuga litterae vastioris omnique consuetudine elegantiore Latini sermonis agere instituit? Sed nunc hoc agamus. Videbatur patronus aliquid secum auctoritatis ad accusandum afferre, si a provincialibus rogatus ad causam accederet. Vid. *divin. in Caec.* c. 4. s. 19, 63. 20, 64. *act. I. in Verr.* 12, 34. l. IV. 62, 138. II. *off.* 14, 50. Ceterum non defraudandus Ill. Cramerus sollertiae laude, qui lacunam hic in 1. ed. Mediol. (nescio an typographi errore) admissam, sed occultatam, sagacitate ingenii sui depraehenderit.

Atqui homines] Cl[us] Mai *Adque hominis prudentis*, rectius vero in prima editione scripserat *atqui*. Sane Ambrosianus habet *adqui homines prudentes prudent*s*; sed alterum *prudentes* reiiculum est. Taurinensis *usuodoctrina*, vocali O perperam insita. PR. *Ablativus respectum indicat, ut *pro Rosc. com.* 15, 44. *Quid expectas, quam mox ego Luscium et Manilium dicam ordine esse senatores, aetate grandis natu, natura sanctos et religiosos, copiis rei familiaris locupletis et pecuniosos?*

Provinciam ipsam] Sic uterque codex. Cl[us] Mai *provincia ipsa*. Orator exemplum suae inquisitionis in causa Verris oppositurus levitati Triarii, narrat se inquisiturum maleficia Verris in Siciliam navigasse. PEYRON. *Laudo et comprobo editoris religionem, qui recte innuit breviloquentiam. Similiter dici *in potestatem fuisse*, *mihi in mentem fuit*, testatur A. Gellius I. 7. ad f.

25 discendam putavi. An ego querellas atque iniurias "A aratorum non in segetibus ipsis arvisque cognoscerem? Peragravi, inquam, Triari, durissima quidem hieme vallis Agrigentinorum atque collis. Campus ille nobilissimus ac feracissimus ipse me causam paene docuit Leontinus. Adii casas aratorum; a stiva ipsa
26 homines mecum conloquebantur. Itaque sic fuit illa expressa causa, non ut audire ea, quae dicebam, Iudices, sed ut cernere et paene tangere viderentur. Neque

Et discendam] Desiderantur in Ambrosiano. PEYR.

25. *Querellas*] *Quaerella* pro *querela* scribitur constanter in hoc et aliis antiquissimis codicibus quos vidi. Sed diphthongum tollendam putavi propter brevem quantitatem, duplicem l retinendam propter codicum et aliquot etiam inscriptionum auctoritatem. Sic in antiquis Codicibus Ambrosianis saepe vidi *tutella*, *medella*. MAI. *Querella* constanter in MS. Pandectarum Florentino scribitur. Vid. *Brisson. in Parerg.* §. 46. et adde *Reines. Inscr.* XIV, 112. CR. *Quaerellam*, cum diphthongo, uno ex vetere lapide, *querellam* ex multis lapidibus affert in Orthographia A. Manutius. Cf. Forcellin. in Lex. v. *querela* in fi. HEINR. *In Taur. omissa lit. *A* superscripta visitur.

Peragravi] *Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque literas iniuriasque cognoscerem* in Verr. Act. I. 2. [§. 6.], postulaverat autem centum et decem dies, vide ib. Act. II. lib. I. 11. [§. 30.] PR. *Maius citat Asconii *argumentum actionis I. in Verrem*, ubi v. ipsum principium.

Valles — colles] Codex *vallis ... aq. collis*. PR. *Priscam hanc formam cur extrudamus? V. §. 21.

Leontinus] Haec ita laudat Rufinianus n° XXXVIII. „Apud Tullium: Campus ipse me causam paene docuit Leontinus." Atque Fortunatianus *Art. Rhet.* III. p. 91.: *ipse me caussam campus paene docuit Leontinus.* Lege Ruhnkenium ad Rufinianum. Ipse Cicero sic in Verr. Act. II. lib. III. 48.: *Meae diligentiae pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane me multum adiuverunt.* PEYRON.

Adii] Codex *adoii*. [*At p 23. typis exscriptum legitur *ADOI.*] Locus corrupte servatus est in Frontonis *exempl. elocut.* p. 492. litt. A. ed. Mediol. *Adii causas oratorum.* PEYR.

A stiva] Locum servaverat Servius ad Georg. I. 174. his verbis *ab stiva ipsa mecum homines conloquebantur*; de quo ita recte auguratus fuerat Cl[us] Niebuhr p. 31. „in lacuna quae inter 3 et 4 sectionem patet, ea olim locum habebant verba quae Servius attulit: *ab ipsa stiva homines mecum colloquebantur*; aratores scilicet a Verre eversi." PEYRON.

26. *Expraessa*] „Ita res a me agetur, ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi populi Romani interesse videantur" in Verr. act. I. n° 16. [§. 48.] PR. *E cod. repraesentatur p. 24. *Expressa* et deinceps *PAENE* haud dubio typographi errore.

enim mihi probabile neque verum videbatur me, cum fidelissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem, causam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere.

27 Ego, nuper cum Reatini, qui essent in fide mea, me suam publicam causam de Velini fluminibus et cuniculis apud hos consules agere voluissent, non existimavi me neque dignitati praefecturae gravissimae ne-

Fidelissimae] De antiquitate et fidelitate Siciliae copiose dixerat Cicero in Verr. Act. II. lib. II. n° 1. [§. 2.] act. II. lib. III. n° 26. [§. 64.] et postremo. PR. * De causa a cliente discenda patrono cf. supra §. 7.

27. *Reatini*] „His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam contra Interamnates apud consulem et decem legatos; quod lacus Velinus a M. [* M'. *] Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit" epist. ad Attic. IV. 15. Quam causam *nuper* egerat apud Ap. Claudium Pulchrum consulem eodem anno U. C. 699. Lege etiam Varronem de *Re rust.* III. 2. [§. 3.], Tacitum Annal. I. 79. PEYRON.

Qui essent] * Subiunctivo indicatur causa eligendi patroni, ut III. *off.* 1, 3. extr. *Otio fruor, non illo quidem, quo debebat is, qui quondam peperisset otium civitati:* ubi v. *obs.* p. 282. s. E nostro h. l. lux oritur orationi Consulis *in Catil.* III. 2, 5. dicentis *se ex praefectura Reatina delectorum adulescentium opera in republica assidue uti.*

Cuniculis] Codex *cunculis.* PEYRON.

Praefecturae] * Interprete Festo sub h. v. *praefecturae eae appellabantur in Italia, in quibus et ius dicebatur et nundinae agebantur et erat quaedam earum res publica, neque tamen magistratus suos habebant: in quas legibus Praefecti mittebantur quot annis, qui ius dicerent: quarum genera erant duo: alterum, in quas solebant ire Praefecti, qui — populi suffragio — creati erant in haec oppida, Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam; alterum, in quas ibant, quos Praetor Urbanus quot annis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum aliaque complura:* in his *Ulubrae*, quas in clientela Trebatii fuisse testatur Cic. in *epist. ad div.* l. VII. 18. §. 10. s. *ep.* 12. §. 5. ubi a Manutio affertur vet. inscriptio *C. OPPIUS. SP. F. COL. RUFUS. PAGI. MAGISTER. IDEM. PRAEFECTUS. VLUBRIS. IURE. DICUNDO.* Reate igitur fuit ex illo *praefecturarum* genere, quas administrabant Praefecti a Praetore Urbano Roma missi. V. Aldi Manutii *quaesita per epistolas* I. 1. in Gruteri *lampad.* t. IV. p. 180. Praeterea ex illis Festi verbis manifestum est praefecturas a coloniis et municipiis esse discernendas. Poterat tamen idem oppidum et praefectura et municipium esse: municipium quidem, quod iure civitatis vel cum suffragio vel sine suffragio uteretur; praefectura autem, quod eo Praefectus iuris dicundi cau-

que fidei meae satis esse facturum, nisi me causam illam non solum homines, sed etiam locus ipse lacusque docuisset.

28 Neque tu aliter fecisses, Triari, si te id tui isti Sardi facere voluissent, hi, qui te in Sardiniam minime venire voluerunt, ne longe aliter omnia atque erant ad te delata cognosceres, nullam multitudinis in Sardinia
29 querellam, nullum in Scauro odium popu"[li. *Ac* "T*
vide, Triari, quantum praeterea intersit inter meam atque tuam accusationem. Ego non ante comperen-

sa mitteretur nec in ea ipsa magistratus ad ius reddendum crearentur: ut statim oppidum illud Sabinorum *Reate*, unde *municeps Reatinus* in Suetonii *Vespas.* 1. et *Praefectusve eius municipii* in lege Galliae Cisalpinae ap. Hugonem in *Civilist. Magazin.* II. 439. Cf. Dirksenii *obss.* ad eandem legem (Berol. 1812.) p. 1. Etenim inter omnes Italicas civitates praefecturarum conditio fuit ac fortuna durissuma. Quae enim civitates populo Romano iniquae ingrataeve fuissent aut ab eius amicitia defecissent, ubi in potestatem ditionemque essent adductae, *in praefecturae formulam s. formam redigebantur* (Vellei. II. 44. §. 4.). Praefecturae autem formula non longe a provinciae formula videtur abfuisse. Ut enim quot annis in provincias Praetores Roma mitti soliti: sic in praefecturas Praefecti, qui, magistratus fere inferiores, eas administrarent et ius dicerent non secundum leges, sed arbitratu suo. Horat. *sat.* I. 5, 34. seq. Alii tamen in aliis creabantur magistratus, ut in re publica Arpinatium aediles. V. *ad fam.* 11, 6. Everard. Otto *de aedilib. municipibr. et coloniar.* VIII. 7. p. 301. Eiusmodi civitatibus quibusdam in deditionem acceptis ager ademptus, imago rei publicae nulla relicta; civesque erant *dedititii*, quasi servituti damnati. V. Liv. XXVI. 16. Populo Romano quodam modo angarias praestare tenebantur. Cum desiderarentur operae satellitesve, statim hi in urbem erant mittendi. V. Sigonii *lib. II. de antiquo iure Italiae* c. 10.—13. Guil. Goësii *antiquitt. agrariar.* c. 12. in appendice curatae ab ipso ed. *auctorum rei agrariae*; Dempsteri *antiquitatt. Rom.* l. X. c. 22. et Reizii *Röm. Alterthümer* p. 470.

Docuissent] Codex *docuissnet.* PEYR. * Immo p. 24. *b.* repraesentatur *DOCUISSUET.* Paenultima litt. expuncta restitui σύλληψιν. V. obs. ad *or. pro Tullio* §. 33. f.

28. *Cognosceres*] Patet itaque Triarium nunquam in Sardinia querelas Sardorum cognovisse, sed ab iis, qui forte Romae commorabantur; quae erat opinio Crameri. Quare corruit Triarii in Sardiniam profectio, antequam Praetor daret inquisitionis tempus; quod Heinrichius excogitaverat. PR. * Statim post cod. *quaerellam*, ut §. 25. pr.

29. * Prima vv. supplevi e *divin. in Caec.* 11, 35. pr. I. *Act. in Verr.* 11, 33. s. 18, 55.

dinavi, quam, quem ad modum Iuppiter (si poëtarum fabulis credimus) Enceladum deiectum atque semiustum imposita insula operuit vel (ut alii volunt) Typhonem, cuius anhe]*A"litu Aetnam ardere dicunt, sic Verrem operuissem Sicilia teste tota. Tu *uno* coperendinasti *reum* teste producto.

Aetnam] Comparare Tullium suam cum Verre contentionem cum Aetnae eruptione pronum est, et quemadmodum ille Cyclopum fabrica totas urbes obruerit arena, ita se Verrem tota Sicilia teste obruisse. CRAMER. Quare Heinrichius legendum monet *obruissem*, quod satius esset. PEYR. *Et corruptelae suspicio ista improbabilis videbitur consideranti specimen cod. Ambrosiani, in quo hic ipse locus exhibetur, et comparatio ista, quam Ill. Cramerus excogitavit, si minus utroque, uno certe pede claudicat. Itaque aliam exhibuimus similitudinem, qua orator se aequiparat Iovi victori. V. Ovid. *Met.* V. 346. — 355. *Fast.* IV. 491. s. Virg. *Aen.* 578. — 582. L. Lucilii Iunioris *Aetna* 69. — 71. Statius *Theb.* XI. 8. XII. 275. Valer. Flacc. II. 24. — 33. Claudian. l. I. *de raptu Proserp.* 153. ss. Hygin. *fab.* 152. Strabo V. c. 4. p. 401. XIII. c. 4. p. 153. ed. stereot. secutus Pindarum *Pyth.* I. ἐπῳδ. α' — ἀντιστρ. β' vs. 35. — 55. Cf. Orph. *Argon.* 1257. s. (1049. s. Herm.) Callimachi hymn. *in Del.* 143. Eustath. ad *Il. B.* 782.

Tu coperendinasti] Et vetus est quaedam scribendi ratio *coperendinare*, cum *m* littera parum exprimeretur pronuntiando, moxque etiam scribendo omitteretur: quomodo in veteribus inscriptionibus hae formae extant, *Olypus* et *Olipica* pro *Olympica*. Idque ubi annotat Reinesius, ad Inscript. XII, 112. iubet consuli 'de hac re *Eponymologicum* suum, opus multis nominibus expetendum, posteaque locupletatum atque editioni destinatum a Cph. Saxio, quod utinam non diutius pateretur latere haec aetas chartarum prodiga! HEINR. Rationem huius operis Reinesius ipse exponit in Praefatione Syntagmatis Inscript. et persaepe illuc amandat. Extat id hodie in bibliotheca Franequerana, annotatum et auctum per Cph. Saxium: de cuius instituto edendi eius operis vide ipsum in Mantiss. recent. Onomast. p. 46. it. in Act. Traiect. T. IV. p. 107. et 144. Apographum erat in apparatu Dorvillii, qui totus nunc est Oxonii, in publica bibliotheca clarissimae Academiae sub liberali praefectura et custodia servatus, ut Wyttenbachius ait Bibl. crit. P. XI. p. 163. Illustrandae rei epigraphicae destinatus hic labor Reinesii et Saxii fortasse in tenebris non diutius iacebit per illos viros, qui opus nunc moliuntur Borussiae luce dignissimum, Corpus Maximum universarum inscriptionum orbis antiqui. *IDEM* in indice p. 111. s. Codex *totatuocoperendinastiumteste.* Cl^us Mai emendat *comperendinantium*; Cramerus *tota; tu uno comperendinatione teste producto;* Heinrichius, probante Schützio, *sic Verrem obruissem Sicilia teste tota; at tu coperendinasti uno teste producto.* Me vero male habet duplex *at* intra breve spatium recurrens; quare scripsi *tu comperendinasti eum teste producto.* Accusationis genus expendens

At quo teste? Di immortales! Non satis, quod uno;

Orator redarguit Triarium 1° quod in Sardiniam inquisitum non iverit, contra ac [* atque *] ipse fecerat in causa Siciliae et Reatinorum. 2° quod primam actionem ita subdole instituerat, ut causa comperendinata post habita comitia consularia disputaretur. Nam III. Kal. Quint. [Asconius in Argumento] Scaurus Romam rediit ad Consulatus petitionem; coepit ergo invisere prensare amicos, potentes adulari, corrogare suffragia; quod ut senserunt competitores, dicam ei per Triarium inferendam curarunt; hic nomen ad Praetorem detulit; Praetor inquisitionem dedit dierum triginta. Dum ista transigebantur, ventum erat, uti coniicio, ad idus Quintiles, iamque post dies quindecim imminebant consularia comitia. Triarius porro metuebat, ne, si ipse usus triginta diebus in Sardiniam se conferret, Scaurus ea pecunia, quam a sociis abstulerat, emeret consulatum, atque magistratum iniret, antequam de eo iudicari posset [Asconius in Argumento], quod a Scauri patre factum esse recens memoria extabat. Quid ergo? Sustulit inquisitionem, professus se Romae causam omnem facile cognoscere, quin [* nihil attinere *] illam in Sardinia disceret [* discere *]. Tum pridie [* ? *], quam comitia consularia celebrarentur, Triarius defuncturus prima actione, testem unum produxit Valerium, ignotum, ac levem, civitate donatum a patre Triarii, atque, uti mea fert sententia, Sardum; satis, ut appareret, se non verum iudicium instituere voluisse, obruisset enim reum multis testibus, uti Cicero Verrem in prima actione obruerat Sicilia teste tota. Valerio producto, primam actionem sustulit Triarius. Quod qua ratione effecerit perspectum non habeo; fortasse accusationem non dixit, quae erat longa ac perpetua oratio; vel partem tantum recitavit, causatus maiora, quae diceret, se habere, sed non in promptu; certe usus lege Glaucia [* Servilia *] reum comperendinavit, quin [* ne *] iudices sententiam ferrent. Sed cum comitia prorogarentur, accusationem tandem recitavit IV. non. septembris. PEYR. * Voc. *uno* carere non possumus tum propter oppositionem in superioribus, tum propter seqq. *at quo teste? Di immortales! Non satis quod uno.* Facillume paucas litteras supplevi. Nimis indefinitum erat *eum.* Si quis offendatur, quod *uno* cum vi urguendi fortiore altius praeposui: is, si placet, rescribat *Tu* vero *coperendinasti uno t. p.* Nam litt. *M* potest sane suspecta esse codicis specimen intuenti. *De comperendinatione* diss. edidit Io. Alb. Spies Lipsiae 1728. 4. Cf. Perellii lib. I. *investigationum antiqui iuris* c. 4. p. 131. — 157. Erat ea ad ampliorem criminis probationem reique defensionem comparata.

At quo teste] *At* saepe dicitur in vehementiore sermone, velut in loco perapposito pro Flacco c. 4. „De quibus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? *At quos testes?* Primum dicam, Graecos“ etc. HEINR. * Cf. M. Seneca in *controversia* XVI. p. 212. ed. Bip. *Quis testis? immo qui testes? uni enim etiam de minore scelere non creditur; controv.* XX. pr. p. 235. (*excerpt. e l.* VII. *controv.* 5.) *Aliquis uno teste non contentus est? dabo populum.* Paulus in *π.* XLVIII. *t.* 19.

non, quod ignoto; non, quod levi: etiamne Valerio teste primam actionem confecisti, qui patris tui beneficio civitate donatus gratiam tibi non inlustribus officiis, sed manifesto peiurio rettulit? Quod si te omen 30 nominis vestri forte duxit: nos tamen id more maiorum,

(*de quaestionibus*) fr. 20. *Imperator pronuntiavit, . . . unius testimonio non esse credendum.* Cod. Iustinianeus *l.* IV. *t.* 20. (*de test.*) *l.* 9.

Etiamne] *Punctum ante haec vv. mutavi in colon. Faciunt haec enim ἀνταπόδοσιν. Erat *Valerius ascriptitius civis* (III. *N. D.* c. 15. extr.) patroni v. susceptoris sui *gentilis*, ergo *domestica persona*. *Domestica testimonia* (οἰκειακαὶ v. κυριακαὶ μαρτυρίαι *Eclog.* XXI. t. 1. c. 22.) repudiantur ab Iul. Paul. *recept. sent.* V. 15, 1. *Suspectos gratiae testes et eos vel maxime, quos accusator de domo produxerit vel vitae humilitas infamaverit, interrogari non placuit. In teste enim et vitae qualitas spectari debet et dignitas.* π. XXII. t. 5. fr. 5. *Idonei non videntur testes, quibus imperari potest, ut testes fiant.* fr. 24. *Testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit.* Recte Petr. Pithoeus *domesticorum* nomine etiam *clientes* accipit vel *susceptos*. *Collatio leg. Mosaic.* c. 9. Impp. in cod. Iustin. IV. 20. §. 3. *Etiam iure civili domestici testimonii fides improbatur.* Cff. ad has leges allegati scriptores.

Peiurio] A *peiero peiurium*. §. 20. tamen *periurio*. MAIUS. Immo a *peiuro*, *peiurium*. Vide Priscian. I. p. 554. l. 23. HEINR. * Peyron tacito ed. *periurio* contra cod. imaginem p. 25. col. a. lin. paenult. *MA* || *NIFEC*[sic] *TOPEIURIO*. Firmat autem priscam orthographiam *rettulit*, quae ad librorum fidem restituenda etiam in *oratore* 47, 158. „*Effecit, rettulit, reddidit*" *adiuncti verbi prima littera praepositionem commutavit, ut* „*suffugit, summutavit, sustulit.*" Iam exempla posita ad amussim sibi respondent. Schützius haec paullo violentius correxit. Non opus est postremis exemplis *suffugit* etc. praeponi invitis libris *in*. Quod si *prima littera* Ablativus fuerit, ne ante *effecit* quidem praepositionem requiram. Nam ipsa exempla erunt subiecti in Nominativo positi instar. In v. *rettulit* autem prima syllaba producitur; unde, nisi per positionem? Similiter geminatur consona in cod. vat. Cicer. *de re publ.* II. 8. pr. *reccidisset*, alibi *repperiatur*, *reppulisset*. V. Caesellium *de orthogr.* p. 2314.

30. *Omen nominis vestri*] Cur de Valerio hoc, quem dicit *patris beneficio civitate donatum*, ipsis eisdem verbis utitur, quibus vulgo significat peregrinos, alicuius rogatu cives Romanos factos? Sic in Verr. IV, 17. [§. 37.] dicit Q. Lutatium Diodorum Lilybaetanum, *qui Q. Catuli beneficio a L. Sulla civis*

30. *Omen nominis — faustum*] Aput antiquos omni[*bus in rebus et publicis et privatis sollemne erat*],

Aput] *Aput* pro *apud* constanter fere lego in hoc et aliis antiquis Cod. MAI. Vid. Forcellin. h. v. in fi. HEINR. *Seqq.

quia faustum putamus, non ad perniciem, verum ad

Romanus factus est. Aliud est exemplum in Epist. ad Fam. XIII, 30. ubi v. Manutium; it. 35. Quin plura in hisce Fragmentis inf. §. 43. ubi v. not. Adde, quod ipse Cicero nos docet pro Balbo c. 9. [§. 24.] multos ex Sardinia, uti ex ceteris provinciis, stipendiarios fuisse civitate donates. Uno verbo, hic noster homo est eiusdem conditionis, ut Singaius, item peregrinus, seu nominatus postea Cn. Domitius provincialis, ex Sardinia, dictus L. Valerius (v. not. ad Ascon. Argum. p. 122. s.), a Triarii patre, qui ei civitatem impetraverat, fortasse ex militari commoratione in Sardinia de se bene merito. HEINR. Add. Mercer. ad Aristaenet. p. 135. Pauw. et Ernest. ad Cic. Verr. IV. 16. pr. IDEM *indice* p. 108. a. Lege Scholium Ambrosianum, atque adde Tullium ideo scripsisse *vestri*, quia *Valerii* nomine appellabatur cum testis, tum accusator P. Valerius Triarius. PR.

Non ad perniciem, verum] *Suspicor ante *verum* excidisse *valere*, quod verbum in scholio saepe iteratur.

ut etiam ex nominibus sumerentur auspicia. Unde aput eos Consul factus si coepisset colligere milites et novum sibi exercitum scribere, laborabat, ut haec duo nomina

Maius sic supplevit: „*omni*no . . . mos fuit, *ut*“ etc. Sed cum in specimine cod. palimpsesti notata vidissemus plurium litterarum vestigia, superiora inseruimus.

Haec duo nomina] Pronomen *hic* demontrat quod sequitur: sequuntur autem haec quidem, quibus res eget, nomina, nec tamen, ut debent, continuo, sed inferius inculcata alieno loco. Adhibendum igitur erit lenissimum illud transpositionis remedium, quo legatur: *laborabat, ut haec duo nomina prima induceret, Valerius, Statorius.* [*Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. 107. et Porson. in Praef. Hecubae p. Lips. XIII. qui hanc dicit tutissimam corrigendi rationem. Add. Schaefer. in Ind. Lat. HEINR. in *indice* p. 113. s.*] Festus v. *Lacus:* „Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus, ominis boni gratia, ut in dilectu censuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.“ Recte scriptum, *dilectu.* Vide Festum in *Dilectu militum*, et ibi annotata. Quid vero est hoc de lacu dictum, *locatur eruendus?* Tacet in eo Ios. Scaliger; loquitur Lipsius l. c. et vult corrigi, *fruendus.* Sermo est de lacu, qui locatur ad piscandum; piscatorum autem est lacum verrere, everrere reti, quod recte hinc dicitur verriculum, everriculum. Vide omnimo Brissonium de Verb. signif. v. *Everriculum.* Itaque certissima ratione scribamus apud Festum: *locatur everrendus.* HEINR. *Evitavi transpositionis necessitatem introducta parenthesi. Offenderent etiam secundum illam rationem Nominativi *Valerius, Statorius.* V. quae subtilius et circumspectius quam E. Epkema sive, quo ille praeside disputavit, Everwinus Wassenbergh in diss. *de transpositione* etc. quam Friedemannus et Seebodius] in *Miscellan.* Vol. I. P. I. p. 141. — 157. recudi curarunt, Godofr. Hermannus *de emendationibus per transpositionem verborum* disseruit Lipsiae 1824. 4. pp. 16. Nec vero assentimur Huberto Sluitero atque E. H. van Eldikio in Cic. I.

salutem interpretamur. Sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem, quod priorem actionem

Interpretamur] Cod. *interpraetamur*, quod et in aliis vidi mss. MAIUS.

prima induceret, et, si non fuissent his nominibus homines, fingebantur (necesse enim erat, ut haec nomina prima essent in exercitu propter omen), VALERIUS, STATORIUS. Ex VALERI autem nomine hoc omen trahebatur, ut valeret exercitus; ex STATORI, ut staret. Dicit Cicero: „forte tu ideo primum testem induxisti illum propter omen, ut valeret accusator:" et quoniam hoc nomen faustum semper a maioribus putatum, ad salutem magis debere valere, non ad perniciem. SCHOLIASTES PALIMPS. AMB. *minutis rudioribus litteris*.

off. 4, 12. pr. facta transpositione refingentibus: *Natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitae societatem impellitque, ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit; ingeneratque in primis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt; ob easque causas studet* (??) *parare ea, quae suppeditent et ad cultum et ad victum, nec sibi soli, sed coniugi* etc. Sic desit subiectum, quod *studeat parare*, np. *homo* v. *hoc animal.* Ceterum Peyron h. l. tacito scripserat *Valerius et Statorius*, sed v. obs. ad §. 35. De more antiquo Rom. illustr. Cramer provocat ad Lipsium *de milit. Rom. lib.* I. dial. 3. in f. Add. Turnebi *adversar.* XXIII. c. 12. col. 756. De nominibus bene vel male ominatis v. etiam Vossii *institt. orat.* I. 5, 17. Caussinum *de eloq.* IV. 39. Burmannum ad Quinctil. III. 8. Spanhem. *de numism.* diss. X. Scaliger. *exercit.* 266. vel Lipsium ad Taciti *histor.* IV. c. 53. p. 322. ed. Gronov. et cum Festi l. c. cf. Plauti *Pers.* IV. 4, 73. Huc etiam pertinet locus Cic. e l. II. *de N. D.* II. 3, 9. ex. *nulli viri vocantur:* ubi qui vv. subiecta *ex quo in procinctu testamenta perierunt*, utpote a Grammatico (nescio quo aut cur) assuta, damnarunt, scilicet ut a Cicerone ἀναχρονισμόν removerent, quasi eo, de quo loqueretur Cicero, tempore non dum desissent testamenta in procinctu, cl. *de or.* I. 53. ipsi miro ἀναχρονισμῷ Ciceronem aequalem fecerunt Catoni illi Censorio. Aptissume vero ista cohaerent. Etenim in committendis proeliis funestum omen, quod nuncupandis heredibus militum in procinctu stantium datum videri poterat, mox obruebatur bonis ominibus nominum virorum, qui vocabantur, ut obviam irent hosti. Adde Plin. XXVIII. 2, 5. Wagnerum *de consecratione templorum R.* 729. Lips. §. 32.

Valeret accusator] Oratio videtur postulare, aut *valeres*, aut *accusatio*. CR. * Aut hoc voc. a glossatore additum est pro teste.

Putatum] * Schützius tacito correxit *prolatum*. Cur?

totam sustulisti, illud patefecit et illustravit, quod occultum tamen non erat, non esse hoc iudicium iudicii sed comitiorum consularium causa comparatum.

31 **Hic ego Appium Claudium consulem fortissimum atque ornatissimum virum mecumque (ut spero) fideli in gratiam reditu firmoque coniunctum nullo loco, Iu-**

Prior. actionem t. sustulisti] Iudicia paene omnia apud Romanos in duas actiones dividebantur. Siquidem lex erat, ut post primam actionem secunda posset institui, in qua iterum actâ causâ, demum sententia ferretur. Utriusque exemplum est in Verrinis. Nam post primam actionem fingit Cicero adesse in iudicio Verrem comperendinatum, ideoque in eum secundam actionem intendit quinque libris constantem. Videndus Sigonius de Iudiciis Lib. II. cap. XIII, — XXI. MAI. Fuerat quidem comperendinatum, ut supra patuit §. 29. et nonnisi post comperendinationem erat secunda actio. In utraque autem actione primo loco accusatorem et secundo defensorem dixisse, contra dissentientes multis et, ut mihi quidem videntur, sat firmis ad probandum argumentis contendit Ferratius Epistol. in Cicer. Oratt. I, 9. Sed *tollere actionem* quid aliud potest esse, quam quod semper est, διαγράψασθαι τὴν δίκην, τὴν κατηγορίαν? Igitur sic mecum colligo. Dixerat modo Cicero, Triarium primam actionem *confecisse* non uno teste, sed pluribus [* immo uno Valerio *]. Iam rursus dicit, eundem priorem actionem *sustulisse*, idque fecisse festinantem comitiorum causa. Utrumque qui potuit simul recte dici? Potuit nimirum, si quodammodo fieret utrumque. Ne multa, concludo, *confectam* fuisse primam actionem sola testium [* unius testis *] interrogatione, *sublatam* autem non dicta a Triario accusatione; quae erat longa et perpetua oratio, cui multis saepe interpositis diebus omnes deinceps, et rursus saepe diversis temporibus, rei patroni respondebant. Ergo non bis in hac causa utrimque peroratum est, sed semel tantum. Atque fecit hoc Triarius non novum; licebat sane accusatori in illo liberali liberae reip. iudiciorum ordine; et licuit ipsi Ciceroni in Verrina causa, quin ante Ciceronem aliis in civitate principibus. Nimis obscure rem tangit Sigonius de Iudic. II, 17. Sed vide ipsum Cic. in Verr. Act. I. c. 18. §. 55. et ibi Asconium, apud quem exemplum extat Consularium duorum, qui cum accusarent L. Cottam (Aurelium Cottam, reum item repetundarum. V. Appian. B. Civ. I, 22.) non usi sunt oratione perpetua, sed interrogatione testium totam causam peregerunt. HEINR.

Comitiorum cons. causa] Hoc dicit Cicero: Triarium eam dicam Scauro impegisse, ut eum consulatu, quem petebat, excluderet. Quod confirmat Asconius in argumento. MAI.

31. *Mecunque*] Ita cod. *mecunque*. Sane Capella lib. III. cap. *de semivocalibus* ait: „*M* mutatur in *N* nonnunquam, ut cum dicimus *nunquis*.“ MAI.

Spero] Cod. *supero*. MAI.

Coniunctum] De simultatibus et reconciliatione Ciceronis cum Appio Claudio vide epistolas plures Libri III. *ad Familiares*. Et

dices, vituperabo. Fuerant enim eae partes aut eius, quem id facere dolor et suspicio sua coëgit, *T" "aut eius, qui has sibi partes depoposcit, quod aut non animadvertebat, quem violaret, aut facilem sibi fore in gratiam reditum arbitrabatur. Ego tantum dicam, 32 quod et causae satis et in illum minime durum aut asperum possit esse. Quid enim habet turpitudinis Appium Claudium M. Scauro esse inimicum? Quid avos

quidem *pro Milon.* XXVII. §. 75. scribit Cicero: *Appium fratrem* (*P. Clodii*) *hominem mihi coniunctum fidelissima* [**fidissima**] *gratia.* MAI. Hoc ipso anno U. C. 699. Cicero ad Lentulum scribebat: *Certiorem te per literas scribis esse factum, me cum Caesare et cum Appio esse in gratia.* ad famil. I. 9. [§. 8.] Et ad Quintum fr. II. 12.: *De Comageno rege . . . . mihi et per se, et per Pomponium blanditur Appius.* Hic itaque annus finem dedit simultatibus cum Appio, quae P. Clodii causa susceptae, ad multos annos fuerant productae. Nam anno 702 haec Tullius in Epistola ad Appium [ad famil. III. 1. §. 4.] scribebat: „Perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, et gratia, et celebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam.“ Sed amicitia refrixit anno 702, quo Tullius in provincia Ciliciae proconsul successurus erat in locum Appii; eo spectant pleraeque epistolae libri tertii *ad famil.* Sed haec triennio post Scaurinam Orationem contigerunt. PEYRON.

Quem quom *id f. doleret*] Cl[us] Mai edidit *dolor et suspicio sua.* Equidem deprachendi hanc luculentam lectionem *doleret suspicio sua;* atque ex ingenio supplevi *quom* ob affinem *quem* facile a librario praetermissum. Eo vero lubentius hanc lectionem amplector, quo magis comparata est ad simultates Appii excusandas; illas enim gerere dolebat, quare non ex animo susceperat, sed ex suspicione sola. PEYRON. *Maii emendationem sequor. Nam, quantum observavi, Cicero non solet sic loqui: *id facere doleo* aut *me id facere dolet.* Aliter se habet *me id fecisse dolet.* V. *addenda.*

Aut non animadvertebat] Taurinensis *aut animadvertebat.* PR.

In gratiam reditum] Taurinensis *reditum in gratia.* PEYR.

32. *Avos*] sic uterque codex pro *avus.* PEYRON. Nota primo scripturam veterem, uti §. 11. [*corruptam*] *solitodo* necnon *de aere alieno Milonis* II. 6. *voltus* pro *vultus:* et *pro Sylla* X. 1. *tribunos.* Ipsa porro res ex historia satis patescit. Appii enim Claudii, de quo in hac oratione sermo fit, avus aut proavus Appius ille Claudius est, qui consulatum anno Urbis DCXI [*aerae Varr.*] gessit, et Salassos gentem alpinam domuit. Is autem Appius competitor fuit P. Africani minoris in censura, quam hic, repulso Appio, administravit anno DCXII. Convicium Appii competitoris in Africanum refert Plutarchus in *Aemilio Paulo* sub finem, nec non in *praeceptis gerendae reip.* ed. Paris. 1624 t. II, p. 810. MAI. *Adiectum genitivum *eius* cod. Ambros. excludit. Recte *avos* accipitur pro *proavo.* V. annot. ad *or. in Clod.* 5, 3. p. 109. Ceterum *uo* pro *uu* scribitur in *quom.*

eius P. Africano non fuit? Quid mihi ipsi idem iste? Quid ego illi? Quae inimicitiae dolorem utrique nostrum fortasse aliquando, dedecus vero certe
33 nunquam attulerunt. Successori decessor invidit et

V. Maii conspectum orthographiae codicis vaticani *libb. de re publ.* p. 364. *b.* Sic *compascuos*, *arduos* et in *perpetuom* in vetustis monumentis legi testatur Norisius in *orthogr.* c. 5. sub fin. *Tribunos* in nominativo ad similitudinem Graecae flexionis scriberetur. Vix recte.

Mihi ipsi] Cl^us Mai legit *ipse*. Equidem vidi *ipsi* in Ambrosiano, cui suffragatur Taurinensis. PEYR. * In fine h. §. Taur. *numquam*.

33. *Successori*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *successum*. Scauro successionem in consulatu petenti invidit decessor Appius; atque adeo voluit illum esse maxime offensum, quo magis ipsius [Appii] memoria excelleret. Enim vero successor, adepto Consulatu, ulturus inimicitias decessoris solebat ei dicam aliquam impingere, maxime in assignanda proconsulari provincia; hanc vero si non impegisset, eo magis excellebat memoria decessoris, utpote viri inculpati. Ingeniose simul, simulque cum exquisita in Appium adulatione haec esse dicta quisque videt. PEYR. * Sed non minus malitiosa contumelia in eum, qui arguitur, ne sibi Scaurus succederet, excitata hac causa eum aliquo aut metu aut infamia percellere voluisse. Nam serius incidisset in senatusconsultum Turpillianum *qui accusatorem summisisset aut instigasset aut qui mandasset alicui et instruisset eum ad accusationem capitalem dando probationes, allegando accusationes, et merito*, ut placet Marciano in *x*. III. t. 16. fr. 1. §. 13. ubi in seqq. videtur corrigendum: *nam deficiendo crimini, quod movet et eximendo se periculo calumniae vel desertionis, merito calumniantis et desistentis poenae subiici* (pro volg. *poena subdici*) *debuit, nisi subornatus accusator probaverit crimen, quod intendere suscepit.* Ceterum haec non recte referuntur ad animi magnitudinem, qua Appius integritatis sibi conscius consulatus successorem ad inimicitias provocare voluerit. Immo *offensio* dicitur pro condemnationis aut certe iudicii subeundi ignominia, ut I. *de rep.* c. 3. *offensio Ahalae*, cl. *or. pro domo* 32, 86. ut II. *legg.* 17, 43. *offensio iudicii*. Successio autem intelligitur potissumum in provincia. Quamquam etiam ad consulatum referri potest cum Wolffio. Idem V. D. offenditur voc. *decessoris*, quod serioris Latinitatis vocabulum nusquam in Ciceronis scriptis legi dicit, cum, si bonae notae vocabulum esset, in re toties designata saepius a Cicerone usurpatum fuisset. „Ita totum hunc locum," inquit, „corrigendum censeo:" *Successor quod esset invidit, et voluit eum quam maxime offensum, quo magis ipsius memoria excelleret.* Interpretor: *Dass er sein Nachfolger sein sollte, beneidete er, und wünschte dass er so anstössig, als möglich sein möchte, damit das Andenken an ihn selber desto ausgezeichneter wäre* (da man ihm nämlich nichts Nachtheiliges nachsagen könne). Talem sensum hic requiri puto. Scaurus Appio, quemadmodum in

voluit eum quam maxime offensum, quo magis ipsius memoria excelleret: res non modo non abhorrens a consuetudine, sed usitata etiamnum et valde pervagata. Neque vero tam haec ipsa cotidiana res Appium Claudium illa humanitate et sapientia praeditum per se ipsa movisset, nisi hunc C. Claudi fratris sui

Sardiniae administratione successerat, ita etiam, ut in consulatu succederet, operam dedit. Hanc ei successionem invidit Appius, infestus ei fortasse, quod quae ipse in provincia instituisset, minus curasset. Emendationi meae optime videntur convenire verba seqq. *res — usitata etiamnum et vulgata.* Hoc enim saepe usu venire solet, ut successori is, qui in munere antecesserit, invideat, illumque sibi meritis et fama cedere cupiat." At vero hoc ipsum parum Latinum est: *in munere antecedere.* Contra sollemniter dicitur *decessio* vel *decessus* pro abitu magistratus e provincia, atque ipse *decedere.* V. Schützii *index Latinitatis* s. his vocc. P. II. p. 18. *Decessor* opp. *successori* in Taciti *Agricola* 7, 4. Appium Pulchrum ante Scaurum Sardiniae praefuisse testatur Plutarchus in *Caesare* c. 21.

Et voluit] Copula *et* abest a Taurinensi. PEYR. * Non male; quippe in verborum chiasmo. Similiter in bimembri oratione copula omissa est §. 10. extr.

Memoria excelleret] Sic Taurinensis; at Ambrosianus perperam *memoriam lacesseret.* PR. *Seqq. *res* etc. faciunt appositionem totius sententiae superioris: ut *de divin.* II. 1, 3. *his libris annumerandi sunt sex de re publica, quos tunc scripsimus, cum gubernacula rei publicae teneremus: magnus locus philosophiaeque proprius* etc. quae appositio spectat ad librorum illorum summarium. Cf. l. I. pr. et *de off.* III. pr.

Etiam et valde pervagata] Ambrosianus *etiamnum et vulgata.* Utraque lectio a Cicerone profecta videtur; nostra diligentior. Ita pro Planc. 19. optimus codex Bavaricus, aliique libri *pervagata declamatione* legunt pro eo quod est in vulgaribus editionibus *pervulgata declamatione.* PEYRON.

Tam] Taurinensis *tamen.* PR. *Deinde Ambros. cod. *cottidiana.* V. annot. ad *or. pro Tullio* §. 54.

C. Claudii fratris sui] Palimpsestus ambrosianus evidenter habet *hunc* ·C· *Claudi* etc. At in Asconii codd. ambrosianis nec non in eiusdem editionibus legitur, *nisi hunc Claudii* omisso praenomine. Et quidem facile fieri potuit ut in codicibus una e tribus continuis *C* praetermitteretur. MAI. Ecce praeter binos, quos adhuc e vetustate novimus, Claudios, Appium hoc ipso anno consulem, et Publium Ciceronis inimicum, iam tertium fratrem certo tenemus Caium, tum quidem in Asia pro Praetore morantem, sed, uti Scaurus, deliberantem de petendo consulatu. CRAMER. Iam iste Caius innotescebat [*innotuerat*] ex argumento Asconii ad Miloniariam [*sic*]. PEYR. Asconius memorat C. Claudium, fratrem Clodii, ac duo eius filios, Appios Claudios (maiorem et minorem,) in Argum. Milonianae, p. 184. Hotom. [*529. ed. Schütz.*] Dio Cass. XXXIX, 21.

34 competitorem fore putasset. Qui sive patricius sive plebeius esset (nondum enim certum constituerat): cum

eundem Praetorem a. U. 698. quin pro Praetore Asiae praefectum Pighius ad ann. hunc, T. III. p. 399. ex Epist. ad Att. IV, 15. [sect. 2.] sed deceptus falsa lectione, quae aliquando ex *rhetore* Clodio fecit *Praetorem*. Adde Manutium in Epist. ad Fam. VIII, 8. et Reinesium ad Inscript. VI, 116. HEINR. *Aphaeresin in genit. *Claudi*, probavi cum cod. Ambrosiano. Cf. 39. *pro Tullio* 3. 5. 7. 19. 21. 25. 34. 48. 53. s. Praefat. ad T. I. ed. *de off.* p. IX. et *orthographiam Noris.* c. 2. §. 3. sub f.

Competitorem] Praestat universam historiam comitiorum consularium anni U. C. 699. exponere, ut sequens locus de Appio Claudio superioribus adnotatoribus non bene compertus illustretur. PEYR. *Vid. *Excurs. V.*

34. *Nondum enim*] Ita Taurinensis et Asconius; Ambrosianus *non enim*. Mordet P. Clodium, qui, ut tribunus plebis crearetur, e patriciis exierat in gentem fonteiam per adoptionem. Iam vero quamvis consulatus fuisset plebeiis communicatus lege Licinia, patricii tamen plebi praestabant, quia illum *nobilitas inter se per manus tradebat* Sallust. Iug. 63. Caius ita-

33. 34. Circa medium: „*Neque vero haec ipsa quotidiana . . nisi hunc Claudii . . certum constitutum erat; cum illo . . putabat*] Fuerunt enim duae Clau-

---

34. *Sive patricius sive plebeius*] [*Centum Senatores creavit Romulus, mox totidem adlegit:*] postea Tarquinius Priscus addidit alios centum [*eosque*] conscripsit. Eone vocabulo conscriptis patribus dicti sunt

34. *Centum senatores cr. R.*] *Haec tantum Maius in 1. ed. supplevit; in 2. adiecit „*mox totidem adlegit,*“ nimirum ex Sabinis teste Dionys. *antiq. Rom.* II. 12. 47. Sed aliter ipse Cicero II. *de re p.* c. 20. *L. Tarquinius . . duplicavit illum pristinum patrum numerum et antiquos patres maiorum gentium appellavit, quos priores sententiam rogabat; a se adscitos minorum:* cl. Liv. I. 17. 35. *centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati*, et Aurelio Victore c. 6.

Tarq. Priscus — conscripsit] Contra fidem hoc aliorum scriptorum. Sane si Livium audimus, Priscus rex, quos in Senatum adlegit, *de plebeiis* sumsit, *conscriptorum* autem nomen Bruti tempore demum invaluit. CRAMER. *Nimirum, si fides Livio II. 1. et Tacito *ann.* XI. 25. quibus tamen Maius opposuit Dionysium Halic. *antiq. Rom.* III. 67. Alii aliter variant. Vid. praeter intt. ad Livii l. c. Octaviani Gentilii *de patriciorum origine, varietate, praestantia et iuribus libb. IV.* Rom. 1736. 4. et *de senatu R.* tum P. Manutii, tum Io. Sarii Zamoscii libb. recusos in Graevii *thesauro antiqq. R.* T. I. p. 893. — 970. Maioragii librum repetitum in Poleni supplemento eiusd. thesauri T. I. denique Bachii *hist. iur.* l. II.

hoc sibi contentionem fore putabat; Appius autem hoc

que sive patricius esset ob generis vetustatem, sive plebeius ob fratrem Clodium, putabat sibi cum hoc Scauro contentionem fore; Appius vero putabat *hoc* Caio Scaurum [*immo fratri cum Scauro contentionem fore *hoc*, i. e. *tanto**] *maiorem etiam*, meminerat enim patricium fuisse in Pontificatus petitione, Saliatu, ceterisque. At Caius ne patricius esse desierat, quia Clodius frater ad plebem migraverat? Num Appiorum gens Scaurinae genti cedebat cum generis antiquitate, tum meritis maiorum? Tullius ergo haec de genere patricio disputans, revera innuebat Memmium et Domitium plebeios homines, quibus adeo gravis erat competitoris Scauri nobilitas, ut necessarium foret hunc percellere metu, aut infamia, qua ab insita nobilitatis commendatione deiiceretur. PEYR. Plebeium de patricio se fecit P. Claudius. Cicero autem num [*an*] id ipsum facturus sit C. quoque Claudius dubitare se fingit iocans, quoniam is P. erat frater, uti Asconius explicat. MAI. *Hoc quidem verius. Nimirum *esset* post *si* vel *sive — sive* ponitur pro *foret* v. *futurus esset*: ut semper optativi imperfectum, pro futuro plsqpfcti autem plusquamperfectum (e. g. h. §. extr.) in obliquae orationis protasi, ubi in apodosi sequitur futurum.

Certum] Ita indubie; quod adverbii instar occurrit etiam apud Horatium Serm. L. II. 6. 27. *quod mi obsit clare certumque locuto*. PEYRON.

Sibi contentionem] Ita Taurinensis et Asconius. Ambrosianus ex superiore linea adsci-

diae familiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia; quae Pulchrorum, patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium, cum quo in gratiam non

Lusit in Claudium] Nempe in P. Claudium perpetuum Ciceronis inimicum. MAI.

conscripti? Post placuit populo addi familias plebeias ad senatum et facti sunt senatores plebei. Tria sunt ergo genera, quae venerunt ad senatum: primum patrum genus, secundum conscriptorum genus, tertium plebeium. Sed conscriptorum et patriciorum unum est meritum. Non licebat patricium petere tribuniciam potestatem; sed si plebeius esset, petebat. Patricius senator fuerat Clodius [* *qui eiecit**] in exilium Ciceronem. [**Nam**]

c. 1. §. 12. Heinrichio hic videbatur corrigendum; *eoque vocabulo conscripti patres sunt dicti conscripti*. In specimine codicis videmus evanidas litteras notatas, quas tamen legerat ipse Maius.

Petebat] An *poterat?* CRAMER. *I. e. q. *petere solebat*. Nam non solum poterat, verum etiam debebat, ne ullum honorum plebeiorum gradum praetermitteret.

Qui eiecit] *Maius scripserat *qui pepulit*. Deinceps *Nam* scripsi pro *Isti*, quod voc. Maius in

maiorem etiam, quod illum in Pontificatus petitione,

scens incommodum *certum* habet *sibi certum contentionem.* PEYR. *Nescio an corruptum voc., cum glossator ad *contentionem* ascripsisset *certamen* vel *certandum.* Maio videbatur corrigendum *certam.*

redierat. Nam *Caius* P. Clodii [erat] frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, se quoque dubitare adhuc dixit. ASCONIUS EDITUS.

Nam quia C. Claudius *P. Clodii erat frater*] Corruptus videtur in editionibus hic locus nempe: *Nam quia is ·P· Clodii erat frater.* Quam lectionem si retineremus, Claudius quidem, cuius ante tria verba mentio fit, non Publius sed Caius esset, quod a veritate abhorret: siquidem Publius erat inimicus Ciceronis. Codicum quoque ambrosianorum alter habet: *namque is in ·P· Clodii frater erat.* Alter vero, *nam quis is ·P· Clodii erat frater.* Iam quod editiones a codicibus discrepant, atque ipsi codices inter se, id scilicet argumento est, locum in mendo cubare. Nostram autem emendationem satis commodam visum iri speramus. MAI.

Vulgatus textus habebat *Nam quia is* P.; ambrosianorum vero Codicum, monente Cl° Mai, alter legebat *Namque is in P.*, alter *nam quis is P.* Iam Heinrichiu adnotaverat pronomen *is* pertinere ad Caium fratrem. Cl^us^ vero Mai emendaverat *C. Claudius*; equidem scripsi *Caius.* Appius ipse, praeter duas sorores, *duos fratres* testatur sibi esse apud Varronem *de Re Rust.* III. 16. 2. PEYR. De Caio sermonem esse, nemo dubitare potest, quem quidem Cicero, invidiae causa aut dicit, aut fingit, quemadmodum alter frater [* alterum fratrem *], ad plebem transitum cogitasse, vere transiisse non dicit, quod, nescio an recte dixerit Scholiastes. CRAMER. * Dicendum erat: „quod an recte dixerit Scholiastes nescio" vel, „quod nescio a n n o n [v. *n u m*] recte dixeris Asconius." At vero non dixit. Nam seq. *qui* pertinet ad *P. Clodium.* Contractis voculis *quia* (v. *que*) *is* reposui *Caius.*

Se quoque dubitare adhuc] * np. *transiretne* per arrogationem *in plebeiam familiam.*

Claudi tres erant senatores fratres: unus, qui modo Consul est; alius, qui Asiam tenebat praetorio imperio; tertius ille Claudius, qui se de patricio plebeium fecerat.

1. editione notaverat tamquam quod legi non potuisset. Non potest pron. *isti* respicere ad tres Claudios non dum memoratos.

Tertius ille Claudius] Narrat Cicero Pro Domo sua ad Pontif. XIII. et XIV. P. Clodium in gentem Fonteiam per adoptionem transisse, ut e patriciis videlicet exiret, et tribunus plebis fieri posset. [* Cicero quidem in textu loquitur non de Publio sed de C. Clodio, quem iorulariter fingit fratrem imitari transeun-

in Saliatu, in ceteris meminerat fuisse patricium.

In saliatu] Hinc notandum voc. *saliatus:* quod cum careret adhuc idoneo auctore, Ciceronem nunc habet, ocius addendum Lexicis. HEINR. * Itemque eiusdem monetae voc. *potentatus* e I. II. *de re p.* c. 8. pr. Cf. Patric. ad h. or. §. 46.

Pontifices non fiebant, nisi te patriciis. Certi pontifices in saliatu mensam et in ceteris quibusdam sacerdotiis,

do ad plebeiam familiam. MAI. in *addendis.**] Asconius ad Or. contra Pison. ed. Leid. [Hotom.] p. 162. ait, se iam saepe significasse P. Clodii Appium Claudium fuisse fratrem. Tum duas familias Claudias, alteram patriciam alteram plebeiam, nominat idem Asconius in Fragm. Commentarii ad Orat. pro Scauro p. 188. s. MAI. Historiae potiores sunt, quam ille pro Domo sua declamator, auctores Dio XXXVII, 51. et ceteri, quos indicat ibi Fabric. De duabus familiis Claudiis conf. Marclandum ad Declamat. Pseudociceronis de Harusp. resp. c. 6. HEINR. * Add. interpp. ad I. *or.* 39, 176. pr. et de adoptione *or. in Clod.* III. 1. ibique *schol.* 2.

Pontifices — de patriciis] Nimirum ante L. Ogulniam, quae vel pontificatum cum plebe communicasse dicitur. Quae sequuntur, oppido multa habent, aut valde obscura, veluti illa de mensa in saliatu, quae memoriam dapum epularumque Saliarium, non dico, quam bene, excitare possunt; aut vehementer nova atque inaudita vixque vera, qualia Lex, e qua non licuerit duos patricios Coss. esse, deinde illud, priores Coss. creari plebeios, serius patricios, quodque hi nihilominus meliore loco fuerint, quam illi, itemque, quod Scaurus migraverit ad plebem; aut denique alia plane absurda, quo pertinet, quod, cum dixisset, licuisse ambo Coss. plebeios creare, idem tamen dicat, necesse fuisse, ut unus de plebe, alter de patribus fieret. CR. Hunc quidem Aethiopem non erit melius lavisse. Sed ineptam duntaxat *mensam* tollamus. Corrigendum: *Certi pontifices in saliatu manebant.* HEINR. * In pontificibus errorem agnosco. Nam ex parte dimidia tantum erant patricii. V. Alexandri ab Alexandr. genial. dier. II. c. 8. *Salii* autem utique fuerunt *patricii* teste Dionys. Halic. l. II. c. 70. V. Baumgarten-Crusium *de sacerdotibus Rom.* Lips. 1803. 4. p. 39. Quod dicitur de *certis pontificibus in saliatu mensam administrantibus*, hoc plane convenit cum testimonio Dionis l. III. pontifices saepe septemvirûm munus obisse. Hi autem ludorum epulare sacrificium faciebant. V. Nieupoort. *antiqq.* sect. IV. c. 2. §. 8. De tota re iuvabit comparasse *or. pro domo* 14, 37. de Clodio, qui per calumniam e patriciis exierat: *Probate genus adoptionis: . . . patricius nemo relinquetur. Cur enim quisquam velit angustiorem sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium cum possit venire; quia patricio non sit locus, non venire?* §. 38. *Ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum neque flamines nec salios habebit nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes:* ubi I. A. Ernestus mire cum nostro scholiasta consentiens explicat *angustiorem esse patricio consulatus petitionem,* „quia duo plebeii esse

Quam ob rem se Consule neque repelli fratrem volebat neque, si patricius esset, parem Scauro fore videbat,

Si patricius esset] *Si* pro etiamsi, ut multis iam notatum est, v. c. Fornerio ad L. 239. Dig. de V. S. et Herm. Cannegietero Obs. II, 8. CR. Adde, praeter alios, Ruhnkenium ad Velleium p. 215. HEINR. *V. ad §. 41. Hic vero acceperim pro *si quidem* hac sententia *nisi se in adoptionem dedisset*. Noluit sic dicere, quia sequitur alia exceptio cum part. *nisi*. Ante *si* pron. *ipse* e Taur. additum exclusi cum Ambros. Nam contra huius loci sententiam referretur ad ipsum Appium, non ad fratrem.

quae solent administrare patricii, ubi administrassent haec sacerdotia, fiebant consules. Lex erat autem [* *Licinii* *] *St*olonis, ut unus fieret de patriciis, alius de plebeis. Lex etiam erat, ut liceret duos plebeios esse, non liceret duos patricios. Ergo necesse fuerat, [*ut*] unus fieret plebeius, unus patricius. Priores quidem consules fiebant plebei, sed patricius administrabat inita sacerdotia, [*seroque*] perveniebat ad consulatum. Contra plebeius cito veniebat. Sed melioris loci est patricius consul, quam plebeius. Scaurus [* *adhuc* * *pa*]tricius fuerat. [* *C. quoque* *] Claudius, qui frater est Claudi

possint et necessario unus saltem de plebe, patricius non item."

Solent administrare] *Sic tacito Maii ed. 2. At 1. *solebant*.

Stolonis] *Sic correxi pro *colonis*, quibus (me Dius Fidius!) irreptitiis fauens Maius ex ingenio praeposuit verbum *fauens*. Ego pro hoc voc., quod Maius legere non potuit, substitui *Licinii*. Poterat item *Licinia*. Indicatur nempe paucis VV. DD. cognita illa de *consulum utique altero* (pro quo hic dicitur *alius*) *ex plebe creando* lex tribunitia C. Licinii Calvi *Stolonis* perlata a. V. 386. V. Plutarchus in *Camillo* cap. paenult. Liv. VI. 35. 42. VII. 1. 21. Zonaras VII. c. 24. s. *Beaufort sur l'incertitude de l'histoire Romaine*. II. c. 10. Niebuhrii *Röm. Geschichte* T. II. p. 339. — 342. 449. s. Ergo desinamus iam in ipsa antiquitate antiquitatis fidem desiderare.

Lex etiam erat] *Livius l. VII. c. ult. refert a. V. 411. plebiscito cautum, *uti liceret consules ambos plebeios creari*. Primum duo plebeii consules facti sunt a. V. 538. sed alter vitio creatus, teste eod. XXIII. 31. Vid. Niebuhr l. c. p. 451. s.

Necesse fuerat, ut unus fieret] *h. e. *dumtaxat* (certe) *unus*. Maius voc. *ut*, ambiguis litteris scriptam notavit punctis suppositis.

Inita sacerdotia] *Cod. *innita*. Satius duxi expungere litteram temere iteratam, quam inserta syllaba cum Maio scribere *infinita*. Fortasse corrigendum „*administrabat antea sacerdotia, deinde perveniebat*." Cod. *perbeniebat*.

Scaurus antea *patricius fuerat . . . Ambo patriciis* e familiis *migraverant . . . ant ad m . . . . . . orare*] *Maii hoc priorum verborum supplementum historiae cum repugnet, po-

nisi hunc aliquo aut metu aut infamia perculisset. Ego id fratri in honore fratris amplissimo non concedendum putem, praesertim qui, quid amor fraternus valeat, 35

35. *Fratri in honore*] Taurinensis *fratrinhonore*. PEYRON. *De coniunctivo *putem* v. obs. ad *or. pro Tullio* §. 29. p. 42. Interrogationis signum post hoc v. positum removi ad finem totius sententiae.

Qum] Ambrosianus *qui*. PR. *Hoc reduxi. Vid. III. *Catil.* c. 9. extr.

Consulis, aeque patricius fuit. Ambo [**e**] patriciis [**exire dudum**] *pa*raverant, [**ut citius pervenir*]ent ad m[*agistratum*: **poterant enim in plebeias familias mi*]grare qui patricii erant. Clodius nondum [**consulatum**] *aude*bat conpetere. [**Eo magis Appius Claudius Consul adiuvandam petitionem frat*]ernam putabat C. Claudio, ut perven[*iret**] adhuc ad consulatus petitionem de gradu patricio. Scauro autem [**ambo**] erant [**eo h*]os[*tiliore* **ani*]mo, [**quod C.**] Claudi[*us, sive**] patricius esset an plebeius, si[*bi* **cum hoc contentionem fore puta*]bat nec sciebat quid [* *eligeret potius.**] Nam si per[*mane*]bat [*patricius*]: patricius et melior erat [* *Scaurus. De plebei*]o gradu petere consulatum non poterat [**Claudius, nisi si ad plebem transisset.**] At inveniebat ante se Scaurum. Ideo vo*le*bat accusationem intendere Marco Scauro, quod ei non poterat conpetere aut quasi patricius aut quasi plebeius. SCHOLIASTES PAL. AMB. *minutis, sed quadratis litteris* *).

terat sane suspectum facere scholiastam. In priore ed. duae litt. *gr* verbi „*migraverant*" in ambiguis relinquebantur, in 2. vero totum voc. antecedens *familiis*. Itaque in his supplendis sententiae potius probabilitatem, quam singulas litteras secuti sumus. Postrema, si malueris, per me licet legas sic: „Poterant enim genus eiu*rare*" v. „P. e. a plebeiis adoptari pontificio iu*re*."

Sive patricius esset an plebeius] *Sic hae particulae sibi respondent in Taciti *ann.* XI. 26. pr. XIV. 59. pr.

Si permanebat] *Maii ed. *si pec . . . bat.*

At inveniebat ante se Scaurum] *Nempe, quia melioris loci erat patricius consul.

*) Quod scholium adeo est oblitteratum, et superinductione scripturae alterius obrutum, ut Cl^us^ Mai integrum haud potuerit describere. PEYR. *Nos quas lacunas a Maio relictas supplevimus, asteriscis indicavimus. Speramus vero emendationibus nostris (si modo haud nimis improbabiles repperiantur) scholiastam a gravissumorum duumvirûm notis censoriis liberatum esse.

paene praeter ceteros sentiam? — At enim frater iam non petit. — Quid tum? Si ille retentus a cuncta Asia supplice, si a negotiatoribus, si a publicanis, si ab omnibus, sociis civibus, exoratus anteposuit honori suo

Paene] Ambrosianus *pene* absque diphthongo. PR. *Obscoene!

Quid tum?] *est formula ex concessis quidquam, quod sibi adversetur, effici negantis. V. *Tusc.* 37, 106. pr. Sic *quid postea* in or. *pro Tullio* §. 54.

Retentus a c. Asia] Recole superius scholium, ubi iste Claudius dicitur Asiae praefuisse praetor. MAI.

Si a negotiatoribus] Taurinensis *ianegotiatoribus.* PEYR. *De *negotiatoribus* v. praeter annot. ad II. *off.* 14, 58. p. 281. Franc. Mengotti diss. *del commercio de' Romani della prima guerra Punica a Constantino.* Padova. 1787. 4. cl. *Memoria apologetica del commercio e della coltura dei Romani da Romulo a Constantino, in proposito delle asserzioni de' Mengotti e Andres, dell' Ant. de Torres.* TT. II. Ven. 1788. 91. 4. Greg. *Fierli sul governo dei Romani relativamente alle arti et al commercio;* in *Saggi di dissertazioni acad. pubblicamente lette nella Accademia di Cortona* T. IX. (Florent. 1791. 4. p. 177. — 203. I. F. *Bilhon du gouvernement des Romains considéré sous le rapport de la politique, de la justice, des finances et du commerce,* (Paris. 1807. 8.) Part. IV. p. 253. — 307. *Del comercio de los Romanos des de la primera guerra de Cartago hasta Constantino el Magno, por Don Antonio Zacharie de Malcorra y Azanza* T. I. Valladolid 1812. 8. Ἀναφορὰ particulae *si* hic fere pro *quod* positae, adhibetur in cumulandis iis, quae κατὰ μερισμὸν enumerantur: ut §. 41. *or.* I. 58, 250. extr. *in Vatin.* 16, 39. *Parad.* VI. 1, 5. in precibus *pro Mur.* 40, 87. 41, 90. pr. ubi in apodosi item saepe repetitur v. *sit* v. *date.* Sic iteratur coni. *cum* l. I. *in Verr.* 32, 82. *Parad.* IV. 3.

Ab omnibus sociis, civibus] *Cives, socii* iunguntur sine copula. Legitur ap. Velleium I, 4, 1. „Athenienses in Euboea *Chalcida, Eretriam* colonis occupavere.“ Ad hoc Ruhnkenius: „Editor Basil. inseruit copulam *et.* At sic etiam I, 14. *Ariminum, Beneventum* coloni missi. II. 20. *Mario, Sulpicio.* Ibid. *auctoritate, gratia.* De copula inter duo substantiva omissa vide Drakenb. ad Liv. I. 59.“ Qua copulae ellipsi apud ipsum Cic. vix quidquam est crebrius, eaque res nuper animadversa ad locos multos librorum philosophicorum. HEINR. Deploratum locum Velleii huc addam, ut emendem, II. 105. [§. 1.] „Intrata protinus Germania, subacti — Attuarii, Bructeri, recepti Cherusci gentes.“ In postremis vitium agnoscunt viri summi, Lipsius Ruhnkeniusque, sed non tollunt. Sigambros non potuisse praetermitti a Velleio, primus praeclare intellexit Henr. Dieter. Susius, ICtus Hamburgensis, praematuro fato litteris, quas eximie colebat, ereptus, cuius aliquot coniecturas cum eruditis communicavit clarissimus noster amicus, Io. Gurlittus. Quid multa? Legendum: *recepti Cherusci, Sigambri.* Coeptum hoc vitiari, cum, in simili sono syllabarum *ci* et *si*, noto compendio scriptum esset *Cheruscigambri:* in quo cum mox geminatio negligeretur, qui ne-

commoda salutemque provinciae: propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari?

Quamquam in istis omnibus rebus, praesertim 36
apud homines barbaros opinio plus valet saepe, quam res ipsa. Persuasum est Sardis se nihil Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint;" "T*

scirent, quid sit *gambri*, scripserunt *gentes*. IDEM in *indice* p. 103. s. *Cf. §. 40. In primis hoc ἀσύνδετον usitatum est in disiunctorum, quae per partt. *et — et*, *tum — tum* vel *pariter ac* distinguenda erant, coniunctione. Et sic legerim equidem l. I. *de re p.* c. 36. *unum omnium deorum et hominum regem esse omnes*, *docti indocti*, *consentiunt*, cum in cod. sit a 1. manu *omnes doctique expoliri*, a 2. *docti indoctique expoliri*, quae Maius in *add.* sic corrigit *docti expolitique*. Voc. *expoliri*, pro quo Wolffius improbabiliter rescripsit *ex poëtis*, Lehnerus abiecit. Uterque legit *docti indoctique*. Heinrichius *indocti doctique*. Nam in talibus solent contraria potius iungi: ut *N. D.* I. 17, 44. *de divin.* I. 1, 2. pr. Sed copula repudianda fuit. V. Sallust. *Iug.* 51. pr. obs. ad Cic. *off.* I. 17, 56. ex. add. ib. II. 11, 40. pr. *Brut.* 50, 188. (coll. *or.* 38, 131.) *Fin.* II. 26, 85. pr. ubi pronomine, quod concinnitatem perimit, sublato, restituendus senarius: *At* „*quicúm ioca*, *seria*" (*ut dicitur*), [„*quicum*] *árcana*, [*quicum*] *occulta ómnia*." *Tusc.* V. 26, 73. *honesta turpia irrideat.* Liv. IX. 3. *Armati inermes*, *fortes ignavi*, *pariter omnes capti atque victi sumus.* Plato in *politiae* l. III. c. 10. p. 899. ed. Steph. ταύτας δύο ἁρμονίας, βιαίον ἑκουσίον, δυστυχούντων εὐτυχούντων, ἀνδρείων σωφρόνων αἵ τινες φθόγγους μιμήσονται. Sunt etiam verba sollemnia, quae unius notionis partes indicant et quasi per appositionem ἀσυνδέτως coniunguntur, ut *patres conscripti*; *usus fructus*; *sarta tecta*; *ruta caesa*; *iter actus*. V. *leg.* III. 3, 6. Noodtii *comment. ad Pandect.* *VIII.* t. III. p. m. 216. Hugonis *Geschichte des Röm. Rechts* §. 47.

Putas semel exulceratum] Cl.us Mai legit *putassem et exulceratum*, quod latinae aures respuunt. Ipse legi in Ambrosiano *putassemelexulceratum*; maxima vero affinitas inter T et L editorem Ambrosianum fefellit. Taurinensis habet *putassentvelexulceratum*, vel etiam *putassenivelexutceratum*; iam cum male me habeat *putas seni vel exulceratum*, praetuli Ambrosianam lectionem. PEYRON.

36. *Apud*] * Codd. *aput*.

Persuasum est . . . . detraxerint] Tres hi versus erant editi etiam inter fragmenta Orationis huius, desumpti nimirum ex Arusiani Messi, seu verius Frontonis, *exemplis elocutionum*, a quo libello olim inedito multa sumpsit Sigonius quum Tulli fragmenta congereret. Eum libellum denique nos edidimus cum reliquis Frontonis operibus, quorum vide paginam 508. in littera D. MAI. Apud Sigonium in Fragm. Cic. non extat hic locus Sigonio necdum cognitus: sed legitur in Fragm. inde a Gronovio, ni fallor, cum nomine hoc, *Fronto*. At Cl. Maius prodit auctorem Arusianum Messum.

multorum etiam spe commodorum praemiorumque

Quae res sic se habet. Diu erat notus libellus MS. hoc fere titulo: *Arusiani Messi V. C. Or.* (Oratoris, i. e. Rhetoris, non *Gr.* tanquam Grammatici, quod alii falso substituunt, corruptum etiam rursus in *Cr.* V. Ruhnk. Praef. ad Rut. Lup. p. XXVI.) *Comitis primi ordinis, Quadriga, s. Exempla elocutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, per litteras digesta.* Quem libellum ineditum apud Clericos Regulares Neapoli sibi visum memorat Io. Rhodius in Lex. Scrib. p. 344. descripserat cum aliis Grammaticis Nic. Heinsius, et eius testimonio frequenter utitur in Virgilio; habebat, ut videtur, ex Heinsii apographo, Ruhnkenius, ex eoque locos Sallustii profert ad Vellei. p. 151. 240. 300. et 365. habuit item a Godofr. Graevio, Io. Georgii fratre, Consule Lipsiensi, A. Stubelius, qui cum discerptum stulto instituto vellet inserere suis locis a se edito Bas. Fabri Thesauro, sic fecit, ut post ipsum etiam is pro non edito esset habendus. Coeperat denique edere P. Bondamus, ICtus Ultraiectinus, cuius Annotationes et duo folia typis descripta commemorat Cph. Saxius, Onomast. P. I. p. 511. Adde Burmann. de vita N. Heinsii, ante huius Adversaria p. 9. eundemque in Praef. Virgil. p. 41. Illum libellum in quibusdam Codd. delegari ad Cornelium Frontonem, disco ex Io. Rhodio l. c. Proditum est ergo hoc fragm. ex isto libello Elocutionum; et hunc tandem nuper integrum publicavit Cl. Maius coniunctim cum Frontone ex Codice Ambros. Sed hoc totum ἕρμαιον, tam exspectatum, haec cum scriberem, nondum videram. HEINR. Nactus sum interea opus Frontonianum: quo video plane confirmari, quae dixi de illo Orationis pro Scauro fragmento. *Exempla elocutionum*, Cornelii Frontonis nomine, edita sunt P. II. inde a p. 483. et hoc fragmentum p. 503. Admonet editor, quod in editione Fragmentorum eius Orationis hunc locum dixerit ex Arusiano Messo fuisse petitum, id fecisse se recentiori opinioni optemperantem: sed Frontonis esse, non Messi (immo, Messii), haec Exempla elocutionum, docuisse sibi videri in Monito praemisso. Occupavit ibi duntaxat vir diligentissimus pleraque eorum, quae ego attuli de historia huius libelli. IDEM in *indice* p. 102. b. * Maius iterum edidit cum *Frontonis et M. Aurelii imp. epistolis et fragg.* Rom. 1823. Dudum ante Maium apographum d'Orvillianum editioni paraverat adiectis Laurentii van Santen obss. Io. Aloys. Martyni-Laguna, multis exemplis (ut ipse mihi litteris significavit) locupletius. Sed post obitum viri in relictis chartis nihil inventum est; superstes tamen opus illud incendio fuerat. Frontoni falso tribui hunc libellum asseruit Niebuhrius, V. Perill., p. XXXI. s. suae editionis *reliquiarum Frontonis.* In quadriga illa hunc Ciceronis locum: *Neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat*, e Cic. libro *de suis consiliis* depromptum suspicor, fortasse etiam pro *Gabinio* reducendum in vacuam sedem *Catilinam* auctore ipso Tullio in I. *invectiva* 7, 17. cl. II. 6, 12. extr.

Praemiorumque] Ergo Appius, qui de Scauri fama detractum volebat, ut fidem suam Memmio ac Domitio datam facilius liberaret, simulque ipse novorum consulum ope Ciliciam sortiretur, multa promiserat commoda

ducuntur; omnia Consulem putant posse, praesertim ultro pollicentem. De quo plura iam non dicam. Quamquam ea, quae dixi, non secus dixi, quam si eius 37
frater essem, non is, qui et est et qui multa dixit, sed

atque praemia Sardis accusatoribus. PEYR. *In fine §. Ambros. habet *pollicente*. Sed lineola extremae litterae facile potuit oblitterari. Atque ipse Maius ed. *pollicentem*. Callide hic agit orator consulis potentiam in invidiam vocans. Nam (ut ait Seneca *de benef.* VI. 8.) *quosdam ipsa, quae premebat, potentia eripuit.* Quinctil. V. *institt.* 7. ed. Bip. p. 274. adversus testes: *Proderit causas, propter quas reum laedant, exponere;* ib. p. 277. *dicitur . . testem* g r a t i a, *metu*, p e c u n i a, *ira*, *odio*, a m i c i t i a, a m b i t u *fieri*.

Plura iam non dicam] Possem enim plura dicere, sed quae in Appium essent aspera; quamquam ea quae dixi tanta dissimulatione obvelavi, ac si eius frater essem. Non is frater Clodius, qui et revera est Appii frater, et multa quovis tempore dixit imprudentissime; sed is frater, cuiusmodi ego esse consuevi in fratrem meum coniunctissimus, eiusque famae studiosus. PEYRON.

37. *Non secus*] Ambrosianus *nonsesecus*. PEYRON. Cramerus, quid sibi velint verba *nec is qui et est et qui multa dixit*, nescire se, ingenue fatetur, aliisque se doctioribus emendanda relinquit. Heinrichius, lacunam hic esse suspicatus, de duobus Appii fratribus loqui putat Ciceronem, quid inter utrumque intersit, indicantem, cum in alterum, P. Clodium, vehementius invehat, suarum cum eo inimicitiarum et eius in ipsum Appium fratrem orationis saepe acerbae mentione facta, de altero vero, C. Claudio, benignam dicat sententiam. Ego vero hic nihil deesse, et de solo, P. Clodio, Ciceronis inimico, cuius iniuria Appio inlata, etiam *pr. Mil.* c. 27. fin. memoratur, sermonem esse arbitror. Itaque haec verba sic corrigenda censeo: *non is qui ille est, qui nunc is dicitur*, aut melius fortasse: *is qui ille est, eum qui nunc se dicit.* Totum locum ita verto: *Wiewohl ich das, was ich gesagt, nicht anders gesagt habe, als wäre ich sein Bruder, nicht ein solcher, wie derjenige ist, der jetzt ein solcher genannt wird, oder der sich jetzt einen solchen nennt* (obgleich er keine brüderliche Gesinnung hegt), *sondern wie ich selber gegen den meinigen zu sein pflege. Is qui* idem hic significat, quod *talis qualis*, ut saepe. V. *Att.* l. VI. 3 [med.]: *sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Att.* l. VI. [*VII.*] 8. [init.] *Itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis.* Cicero autem non uno loco in eximio suo in fratrem amore praedicando sibi placet. F. C. WOLFFIUS. *V. §. 35. IV. *Catil.* 2, 3. *Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear.* Heinrichius apposite comparat *or. pro Mur.* c. 4. in fi. §. 10. Videtur mihi quidem seqq. tecte in praevaricationis suspicionem vocari *P. Clodius*, qui Scauri patronus (teste Asconio supra p. 127.) dixerat ante Ciceronem. Nam etiamsi plures dicebant, perorationem tamen nostro omnes relinquebant: de quo gloriantem videmus ipsum in *oratore* 37, 130.

is, qui ego esse in meum consuevi. Generi igitur totius accusationis resistere, Iudices, debetis, in quo nihil more, nihil modo, nihil considerate, nihil integre; contra improbe, turbide, festinanter, rapide omnia conspiratione, imperio, auctoritate, spe, minis videtis esse suscepta.

Nihil more, nihil modo] Ambrosianus *nihilmodenihilmodo*. Cl[us] Mai emendabat *nihil moderate*. Verum cum quatuor sequantur adverbia *improbe turbide festinanter rapide*, ita ut *improbe* et *turbide* opponantur adverbiis *integre* et *considerate;* tum duo adverbia quaerenda sunt, quae ex adverso respondeant postremis *festinanter* et *rapide*. Ego vero auctore Cl° Niebuhr in literis ad me nuperrime datis, scripsi *nihil more, nihil modo*, quae verba coniungit Cicero *pro Murena* 34. [§. 72.] scribens: „Etsi hoc factum a Murena omnino, Iudices, non est; ab eius amicis autem *more et modo* factum est." PEYRON. *Wolffius concinnitatis gratia malebat deleri voc. *festinanter* a voc. *rapide* significatione parum diversum; ego vero *rapide* mutari in *cupide*, quod opponatur superiori *integre:* ut inter se respondent *more* (qui omnibus adhuc probatus est) et *improbe*. Quinctil. *instt.* I. 3. Bip. p. 26. *ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat.* Ib. v. 7. iterum iterumque *cupiditas laedendi* dicitur testes facere suspectos, et hac or. §. 38. *cupiditas suscepta spe praemiorum*. Cf. *pro Fonteio* 6, 11. pr. 10, 22. f. 16, 35. pr. In primis frequens ἀναφορά negationis *nihil*, e. c. *or.* I. 10, 42. *Verr.* IV. 5, 10. V. 4, 9. *pro C. Rab. perd.* 1, 2. extr. *Catil.* I. 3, 8. f. III. 11, 26. *Mur.* 17, 36. pr. *Phil.* I. 13, 33. *Att.* I. 13. post med. *nihil come*, *nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum*, *nihil illustre*, *nihil forte*, *nihil liberum*. 14. med. *nihil constantius, nihil severius, nihil fortius*. IX. 10. post in. *nunc mihi nihil libri, nihil litterae, nihil doctrina prodest. Fin.* II. 1, 3. *N. D.* I. 7, 18. 26, 72. 33, 92. *Tusc.* I. 27, 66. pr. V. c. 7. pr. *off.* I. §§. 29. 67. 68. (ubi cf. annot. p. 158.) 109. pr. 136. f. 148. f. 151. f. II. 36. f. III. 34. 87. f. 100. pr. *Parad.* V. 1, 5. 6. 2, 1. 10. VI. 1, 2. 3. 3, 7. f. et in interrogatione post *nihilne* principio I. *Catil.* de quo l. vid. Quinctil. *instt.* IX. 3. Bip. p. 160. Sic alibi repetitur adi. *nullus* (e. g. hac. or. §. 28.), *nemo*, *nunquam*, *non* itemque interrogativa. Sed ante *omnia* hic virgulam sustuli, ne opus esset Kreyssigio, Cramero, Heinrichio et Wolffio auctoribus hanc vocem geminari; quamvis elegans sit illa coniectura. Facit enim ἀναφορά interdum chiasmum. V. praeter clar. Goerenzium ad *fin.* V. §. 95. Heinrichio laudatum *Verr.* V. 54, 141. *Cogere eum coepit, cum ageret nemo, nemo postularet.*

Conspiratione] Conspirant Sardi in tesimonio dicendo. Imperio et auctoritate utitur Appius consul. Sperant Sardi promissa commoda, Memmius et Domitius pactum consulatum, Appius provinciam Ciliciae. Idem consul, atque canditati terrent atque minantur Sardos [* Sardis *], ni obtemperent. Atque haec de toto accusationis genere Orator dixit; iam ad alterum, quod supra n° 23. proposuerat, caput transit, nempe ad Sardos testes. PEYR.

Spe minis] Ambrosianus *speminhis*. PEYRON. *Accusator, subscriptores et testes minantur Scauro, ni desistat petitione consulatus. Cf. §. 34. f.

Venio nunc ad testes, in quibus docebo non modo nullam fidem et auctoritatem, sed ne speciem quidem esse aut imaginem testium. Etenim fidem primum ipsa tollit consensio, quae *labefacta* est conpromisso Sardorum et coniuratione *rogitata*; deinde illa cupiditas, quae suscepta est spe et pr*omissione* pr*aemio*rum; postremo ipsa natio, cuius tanta vanitas est, ut 88

88. *In quibus . . nullam fidem*] * *n*. XXII. t. 2. fr. 2. *In testimoniis dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est.* fr. 3. pr. *Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusque; — an honestae et inculpatae vitae, an vero notatus quis et repraehensibilis; an locuples vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat* etc.

Patefacta] Cl^us Mai legit *late facta:* fateor litteram P dubiam esse posse. PR. * Est Crameri emendatio. Nos: *labefacta.*

Conpromisso] * Cod. orthographiam edd. mutarunt in *compromisso.*

Recitata] Cl^us Mai legit *regitata*, atque edidi *rogitata.* Quare Heinrichius adnotabat consensionem testium fuisse effectum compromissi et coniurationis, quae late facta es[*se*]t per provincias Sardiniae [* 41. *]. Atqui seu accusator, seu subscriptores in Sardiniam inquisitum non iverunt; atqui, uti superius monui, Sardi Romae degentes corrogati videntur. Cum itaque codex, auctore Cl° Mai, habeat *regitata*, seu, uti vidisse videor, *recitata*, delegi hanc lectionem, ex qua apparet Triarium recitasse Sardorum omnium testimonium unica syngrapha iisdemque verbis conclusum. PEYR. * Nescio, quo modo recepta a Peyrone lectio non dum mihi satis faciat. Correxi *quae labefacta est . . . coniuratione rogitata*, h. e. cum interrogarem testes facto quasi compromisso coniuratos eosque ita aggrederer, ut parum constanter responderent eorumque fides vacillaret. Quinctil. V. 7. Bip. p. 272. „*Providendum, ne . . inconstans . . . . testis sit. Turbantur enim et a patronis diversae partis induuntur in laqueum et plus depraehensi nocent, quam firmi et interriti profuisset, . . . si quid titubaverint.*" p. 276. „*Illud Fortuna interim praestat* (rei patrono), *ut aliquid, quod inter se parum consentiat, a teste dicatur: interim, . . ut testis testi diversa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc . . etiam ratione perducet.*" — *Labefactare conspirationem* dixit Cic. *in Catil.* IV. c. 10. f. V. *addenda.* Deinde cod. *PR********PR**MIORUM.*

Ipsa natio] Saepe Cicero in Sardos invectus est. In Oratione *de prov. cons.* VII. dicit eos *mastrucatos latrunculos* (fuit autem mastruca Sardiniense vocabulum scorteae vestis). In epist. *ad famil.* lib. VII. 24. [§. 3.] de Tigellio Sardo ait: *In lucris pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua.* Ibidemque [§. 6.]: *Habes Sardos venales alium alio nequiorem.* Tum IX. 7. [§. 5.] de Sardinia ait: *Nec ullum habet* [Caesar] *praedium deterius, sed tamen non contemnit.* Quintilianus *Instit.* XI. 1. sub finem [§. 89.] ait: „*Quod ad exteras nationes pertinet, Cicero varie: detracturus Graecis testibus fidem, doctrinam iis concedit ac literas, seque eius gen-*

libertatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licen-
39 tia distinguendam putent. Neque ego [*dico*] Sardorum querellis moveri nos numquam oportere. Non sum aut tam inhumanus aut tam alienus a Sardis, praesertim cum frater meus nuper ab his decesserit, cum rei *frumentariae* Cn. Pompei missu praefuisset: qui et ipse illis pro sua fide et humanitate consuluit et eis vicissim
40 percarus et iucundus fuit. Pateat vero hoc perfugium

tis amatorem esse profitetur: Sardos contemnit, Allobrogas ut hostes insectatur." Quorum primum fecit in oratione *pro Flacco*, alterum *pro Scauro* (qui locus Ciceronis hactenus latuerat in ambrosiano codice), tertium *pro Fonteio*. MAI. *Idem Quinctil. V. 7. Bip. p. 271. *Specialiter quidem* (testes), *sed tamen multos pariter invadere patroni solent. Nam et gentium simul universarum elevata testimonia ab oratoribus scimus.*

39. *Neque ego*] Cl^us Mai ex coniectura legebat *aio oportere*. Heinrichius idem additamentum deprachendit in voce *ego*, atque reponit *Neque aio Sardorum*. PEYR. *Miror acutissimum Heinrichium hic carere potuisse pronomine neque usum esse artificio suo geminationis: de quo cf. obs. ad §. 35. *pro Tullio* §. 21. pr. Cum *E* et *I*, *G* et *C* litterae in cod. vix discernantur: facile post *EGO* omitti potuit *DICO*. Quamquam mallem ante *oportere* positum, ut *in Verr.* V. 50, 133. *Non ego securi nego quemquam feriri debere; non ego metum ex re militari... tolli dico oportere.* — Tum Ambros. *quaerellis.*

Frumentariae] Huius vocis feliciter a Cl^o Mai suppletae vix tenue vestigium superest in codice = Vide epistolas plures Marci Ciceronis lib. II. ad *Q. fratrem* in Sardinia degentem. Iam vero ex hoc loco orationis patet, quod olim Paulus Manutius in commentario ad epist. I. huius libri II. opinatus fuerat, Q. nempe Ciceronem non alia quam rei frumentariae causa a Pompeio in Sardiniam fuisse missum. Et quidem Pompeium praefectum fuisse rei frumentariae patet ex orat. *pro Domo X.* MAI. Immo vero vid. Manutius in Ep. ad Fam. I, 9. [*§. 17. ed. Lips. P. I. p. 89. s. †*] et ad Q. fr. II. 6. HEINR. *Contra cod. fidem Peyron scripsit *Pompeii*. V. §. 33. extr. Niebuhr ad *fragg. or. pro M. Fonteio et pro C. Rabirio* p. 110. et 112. ad c. 2.

40. *Vero*] Non uti adverbium habet Heinrichius, sed *dolori* iungit, ut sit verus dolor oppositus simulato. PEYRON. Accipio *verum dolorem* (non adverbium *vero*), coniunctum cum *iustis querelis*, et illum ipsum pro eo, qui vulgo est iustus dolor. *Verum*, ut *veritatem*, pro iusto et iustitia dici, nemo dubitat; idque etiam nimis sedulo docuerunt tum iurisconsulti tum philologi, velut Muretus Opp. T. III. p. 542. I. F. Gronov. ad Senec. de Ira II, 29. Forner. Rer. quotidian. I, 19. Atque *verus dolor* est in lege Cod. Iust. IX, 9, 30. *quos verus dolor ad accusationem impellit.* Sic Graeci ἀληθής et ἀλήθεια. Neque impediam, si verus dolor intelligatur oppositus simulato, ut *veros dolores* dicit Quintil. VI, 1, 28. et 2, 26. *veritas morum*: quod fortasse est aptius illi in §. seq. *Nunc est una vox*, etc. Rursus

dolori, pateat iustis querellis; coniurationi via intercludatur, obsaepiatur insidiis; neque hoc in Sardis ma-

hoc perfugium dicit Orator de iudicio, manu demonstrans consessum iudicum. Sic §. 13. *hanc familiam*, monstrans praesentes. Et *hi* saepe in orationibus iudices sunt, ut apud Atticos οὗτοι. §. 17. *ad horum fidem et mansuetudinem confugiam:* quo nihil est propius *hoc perfugium* huius loci. Fragm. pro Tullio §. 6. *ut his aliquid ad iudicandum relinquas.* Denique optimus sui interpres Cicero in Cluentiana c. 3. [§. 7. s.] „magna me spes tenet, si — omnia dicendo consequi potuero, *hunc locum consessumque vestrum* tandem eius fortunae miserae multumque iactatae *portum ac refugium* fuisse.“ HEINR. Adde exemplum e Flacciana [c. 2. pr.] §. 3. et 4. IDEM in *indice* p. 109. *b.* De pron. *hic* in orationibus cf. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 113. et Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 222. cum quorum virorum sententiis, si rem propius spectas, nec mea discordat, nec Abrami, quam Ruhnkenius vituperat. — *Τάδε, ταῦτα, haec,* dicunt loquentes de praesente reipublicae statu et imperio, idque cum gestu quidem, sed qui animum prodit magnitudinis sensu ac reverentia plenum: quod restituendum Caesari ap. Sallust. Catil. c. 51. sub fi. ubi nunc legitur: „Profecto virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.“ Praecessit *imperium;* nec Latinum quidem est *ea parta.* Corrige, *haec:* quomodo Cato mox loquitur c. 52. „Nunc vero non id agitur, — quantum, aut quam magnificum imperium populi Romani, sed cuius *haec* cumque modi, nostra, an nobiscum una hostium, futura sint.“ Intulit illic inscitia *ea*, pro *haec.* „Perpetuo fere *hi* et *ii*, *his* et *iis* etc. miscentur in Manuscriptis.“ Gesner. in Lexico Scrr. rei rust. Et huius specimina confusionis vidimus in ipsis Ciceronis Fragmentis. IDEM in *indice* p. 110. s. * Add. *pro Quinctio* 1, 5. et obs. ad *or. pro Tullio* §. 38. p. 50.

Obsepiatur] Cl^us Mai legit *obsidiatur*, atque emendavit *obsidietur.* Verbi *obsidiari* forma usum esse Columellam lexica indicant. Quid igitur? An eo passive usus erit Tullius? Mira quoque foret locutio *obsidiari insidiis*, nempe pura putaque tautologia. Quare Heinrichius reponebat *obsidatur.* Atqui ego legi in Ambrosiano *obsediatur;* pronum ergo est *obsepiatur*, quod apprime consonat antecedenti verbo *intercludatur.* PR. Dici quidem recte potest *occulte pontem obsidere* et *itinera insidiis obsidere;* sed *coniuratio insidiis obsiditur* mira est loquendi formula. Tum tota sententia, ex lectione Heinrichii eruenda, Cicerone minime digna est. Qui enim iudices Cicero hortari potest, ut coniurationem vi et insidiis comprimant? Sensus potius *postulare* videtur, ut iudices moneantur, ne accusatorum coniuratione et insidiis in iudicio decipi se patiantur. Ego locum corruptum facillima emendatione persanare me posse confido. Sic enim corrigo: *Pateat vero hoc perfugium dolori, pateat iustis querelis, coniurationi intercludatur* (sc. perfugium); *obsistatur insidiis*, et ita verto: *offen stehe dem gegründeten Schmerze diese Zuflucht, offen stehe sie den gerechten Klagen, verschlossen werde*

gis, quam in Gallis, in Afris, in Hispanis. Damnatus est T. Albucius, C. Megaboccus ex Sardinia, nonnullis

sie der Verschwörung; Widerstand leiste man den Nachstellungen. Nihil hac emendatione verius et evidentius, cum *n* in *v*, *obsistatur* autem in *obsidiatur* facillime transire potuerit, et sententia optime cum praecedentibus congruat. F. C. WOLFFIUS. * Cf. *pro Caec.* 1, 2. f. *off.* I. 7, 23. f. Sed cum tamquam arbiter honorarius medium ferire vellem: a Wolffio accepi *coniurationi*, a Peyrone *obsaepiatur*, et una littera suppleta scripsi *via*. Cf. *pro Rab. perd.* 1, 3. *intercludere omnis seditionum v i a s; pro Mur.* 23, 48. pr. *Haec omnia tibi accusandi v i a m muniebant, adipiscendi o b s a e p i e b a n t.* Quod si cum Wolffio ex prioribus subaudiri malueris *perfugium:* equidem desiderem concinnitatem oppositionis. Et apte sane dici videtur *p e r f u g i u m doloris* et *iustarum querellarum.* Num vero eodem modo *coniurationis* et *insidiarum?* Ne tropo quidem, quo *iudicium* dicitur *perfugium*, excusari haec inconvenientia nobis quidem videtur. Nisi hic abstracta posita essent pro concretis neque par pari responderet numerus: facilius corrigi poterat *coniuratis.* V. *add.*

L. Albucius] In unius eiusdemque, ut plane videtur, viri Albucii praenomine scripta veterum vehementer discrepant. Apuleius in *Apologia* [edit. Paris. an. 1688. p. 511.] scribit *Aulum Albucium.* Cicero *de Offic.* II. 14. *Marcum.* Idem Cicero *in Pison.* XXXVIII. *de Oratore* II. 70. III. 43. [§. 171.] *Orator* 44. [* §. 149. *N.D.* I. 33, 93.*] nullum eius usurpat praenomen. Nunc codex noster antiquissimus manifesto habet *Lucium.* Et quidem etiam Varro *de re rust.* III. 2. haec scribit: *Nonne item L. Albutius homo, ut scitis, apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli dicebat* etc. Verum nihilominus Albucii praenomen puto fuisse *Titum*, non tam quia ita scribitur a Cicerone in *Bruto* XXVI. et XXXV. [* 34, 131.*] *Divin. in Verr.* XIX. [63.] *de prov. cons.* VII. *Tuscul.* V. 37. [§. 108.]; sed propter Lucilii versus apud eundem Ciceronem *de Finib.* I. 3.

Χαῖρε, inquam, Tite, lictores, turma omni', cohorsque,
Χαῖρε, Tite, hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus.

Fuit autem Albucius accusatus a C. Iulio (nempe Strabone Caesare, ut ait Suetonius in *Caes.* LV.) qui dicebat pro Sardis, ut patet etiam ex Cicerone *Divin. in Verr.* XIX. secus atque videtur in loco corrupto eiusdem Ciceronis *de Offic.* II. 14. Denique Albucius dicitur damnatus Romae *in Pison.* XXXVIII. exul philosophatus Athenis *Tuscul.* V. 37. MAI. Ex Praetura provinciam, Sardiniam sortitus obtinuit a. U. 649. [* aer. Varr. *] V. Pighium Annal. T. III. p. 147. HEINR. Equidem legi etiam L, quae littera cum paullo differat a T in antiquissimis hisce schedis, facile amanuensem decipere potuit. PEYRON. * *Titi* nomen h. l. restitui. In l. *de off.* II. 14, 50. licet nuperrimus editor malit *pro Sardis contra Albucium Iulius*, non dum tamen poenitet emendationis nostrae *pro Sardis in propraetore Albucio Iulius.* Facilius cuipiam largiar aut rescribendum *IN* (pro corrupto praenomine *M.*) *Albucium* aut huius nomen expungendum, quippe quod interpolatori deberi videatur. Ibidem-

etiam laudantibus Sardis. Ita fidem maiorem varietas ipsa faciebat. Testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur. Nunc est una vox, una mens; non ex- 41

que p. 98. Apuleii l. c. p. 71. Bip. cum Ruperto rectius constituisse videmur *accusavit C. Iulius T. Albucium*, quam Ellendt in Ciceronis *Bruto* praefixa *eloquentiae Rom. historia* §. 36. p. LXIII. *Q. Mucius Albucium*. Est *T. Annius Albucius*.

C. Megaboccus] Cicero *ad Attic.* II. 7. *Megaboccus et haec sanguinaria iuventus inimicissima est.* Megabaccum commemorant Plutarchus in *Crasso* [c. 25. ed. Lond. 1723. T. III. p. 282. et 284.], et Appianus *de Bello Parth.* III. 46. et 50. ed. Schweigh. virum animi magnitudine, et vi corporis insignem, qui in infesta pugna cum Parthis ad Carrhas se ipsum confodit. Haec monumenta de Megabocco, vel Megabacco collegit Cl^us Mai, nec maiora addidit Heinrichius. PEYR. * Addidit vero Heinrichius coniecturam oppido probabilem *Megabocchum* fuisse nominatum, et quidem cognomine: quod originem videtur habuisse ex Mauritania. Cauendum est autem, ne confusa Megabocchi memoria apud Maium valeat ad id, ut cognomines homines pro uno eodemque habeas. Praeter necessitatem etiam inter utriusque condemnati nomina Maius inseruit *et*. In collegis aliisque, qui unum quasi par efficiunt, memorandis copula solet omitti. V. obs. supra ad §. 39. II. *off.* 17, 59. *Dicebat idem Cotta, Curio.*

Sardinia] Codex *Sarnia*. PR. * *Ex S.* vel i. e. q. *cum fuisset uterque Sardiniae Praetor atque illinc in urbem redisset*, vel *propter Sardiniae administrationem:* ut fere dicitur *pro Mur.* 7, 15. *ex praetura* (pro *post praeturam*) *triumphare*, et *off.* II. 8, 28. *ex* (pro *de*) *urbe triumphare.*

Laudantibus Sardis] Mos fuit ut reus, praeter patronos, laudatores etiam adhiberet. Hi fuere interdum, si res ita ferret, homines provinciales, quos singulae civitates ab eo administratae, cum publica laudatione ad sublevandum rei periculum mittebant. Vide Sigonium *de Iudiciis* lib. II. cap. XIX. et ex. gr. laudationes Flacci in orat. pro eo c. XL. [§. 100. s.] MAI. * Cf. infra §. 43. *pro Font.* 16, 34. s. Verrem qui laudarent, legatos publice miserat civitas Mamertina. Vid. accusat l. II. c. 5. IV. 1, 3. 7, 16. s. 9, 19. s. 11, 24. V. 18, 47. 22, 57. s. cf. capp. 63. — 67.

Testibus e. aequis] H. e. non cupidis, non iratis, non coniuratis, non ab religione remotis, ut ait *pro Fonteio c.* 6. CR. Orator pro Fonteio c. 10. extr. testes opponit *iniquos aequis*. *Aequi* dicuntur, qui aequali in utramque partem voluntate sunt, neque in accusatorem, neque in reum, propensi. Sic *aequus iudex, aequus auditor, aequus lector:* qui, quando iudicat in caussa utrimque dicta, non debet esse, qualem vulgo dicunt *aequum lectorem*, tanquam propensum, immo vero, qui Latine dicitur *aequus*, id est, non propensus. Talis iudex, vel testis, itidem Graecis est ἴσος, vel ἴσος καὶ κοινὸς, ut vulgo loquitur Demosthenes. HEINR. * De *tabulis* acceptorum et expensorum in iudicio proferri solitis pro testimoniis v. §. 18. p. 165. b. *in Verr. act.* I. *in f. act. II. lib.* I. c. 10.

pressa dolore, sed simulata; neque huius iniuriis, sed promissis aliorum et praemiis excitata. — Ad creditum est aliquando Sardis. — Et fortasse credetur aliquando, si integri venerint, si incorrupti, si sua sponte, si non alicuius inpulsu, si soluti, si liberi. Quae si erunt: tamen sibi credi gaudeant et mirentur. Cum vero omnia absint: tamen se non respicient? non gentis suae famam perhorrescent?

42 Fallacissimum genus esse Foenicum omnia monumenta vetustatis atque omnes historiae nobis prodiderunt. Ab his orti Poeni multis Carthaginiensium rebellionibus, multis violatis fractisque foederibus nihil se degenerasse docuerunt. A Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi con-

41. *At*] Codex *ad*. PEYRON. *V. obs. ad *or. pro Tullio* 26. pr. Diverbia distinxi admonitu Ill. Crameri. A part. *et* incipit alibi quoque responsio ad occupatam obiectionem.

Tamen] Heinrichius mallet *tum*. PEYR. *Retinui *tamen*, quia *si* in protasi ponitur pro *etsi*, ut in ἀναφορᾷ *pro Sulla* 7, 22. Cf. *Brut*. 76, 263. et Tursellinum *de partt*. in *Si* pro *etiamsi* cum *tamen*, *certe tamen*, *tamenne* —? Pariter II. *Fin*. 15, 49. cum celeb. Bremio legerim equidem: *si quando turpe non sit, tamen non esse* (np. ideo v. ob eam causam illud) *non turpe, quia id a multitudine laudetur*.

Perhorrescent] Haec interrogantis modo dicta credit Cl[us] Mai, eique suffragantur Germani Duumviri. PEYR. *Et tamen neque auctoritas illorum movit politissimum editorem neque aurium convicio manifestae veritatis extorta ei confessio est? Interrogatio indignabunda per negationem imperat et postulat, ut fiat, quod dudum factum oportuerat. Cf. §. 45. *o. Verr*. IV. 11, 25. extr. *Catil*. I. 11, 27. f.

42. *Foenicum*] Ita codex; et mox *phoeni* et *poenis*. MAI. *Scripsi ibi quoque *Poeni*. De Phoenicum coloniis in Africa v. quae *ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur*, refert Sallustius in *Iug*. 19.

Rebellionibus] Codex *rebelliensibus*. PEYR. * *Poeni foedifragi* notantur I. *off*. 12, 38.

A Poenis] Hanc Sardorum originem testatur etiam Pausanias *Phoc*. XVII. Tum et aliam Afrorum excensionem in Sardiniam memorat ibidem Pausanias. Et quidem Strabo lib. V. [p. 225. A. Cas. c. 2. p. 364. ed. stereot.] diserte scribit: "Ὕστερον δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος, *postea Phoenices Carthaginis incolae eam* (Sardiniam) *obtinuerunt*. MAI. *V. Fr. Münter *über einige sardische Idole. Eine Beilage zur 2ten Ausg. der Religion der Karthager*. 4. Hafniae 1822.

stituti, sed amandati et repudiati coloni. Quare, cum 43
integri nihil fuerit in hac gente plena: quam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse? Hic mihi

Amandati] Cod. *amendati.* MAI. Hoc nolim in vitio deputari. Credibile est, *amendare* pronuntiatum fuisse a quibusdam, ut *commendare*, ut *compectum*, quod legitur §. 8. Quam multa eiusmodi, quae rationi loquendi scribendique per varias aetates illustrandae esse possint, latent passim in MSS. etiam collatis! HEINR. * Vix adducor, ut assentiar. Nam *amendare* fere ab eadem stirpe ductum videretur qua *emendare*. *Amandare* i. e. q. contumeliae et poenae caussa relegare. Cf. *or. pro Rosc. A.* 15, 44. pr.

43. *Plena*] Si vox *plena* genuina est; metaphoram sumpsit Cicero a lagenis solo vino plenis, cuius pars si transfundatur, eique alii liquores admisceantur, acorem contrahere solet. Heinrichius corrigit *in hac gente pura.* Mihi quidem vox *plena* non arridet, sed emendatio *pura* nimis distare videtur. PEYRON. Translatio a *dolio pleno* est repetita. In pleno enim, nondum reserato dolio integrum vigorem suum conservat vinum, sed saepius transfusum et cum aliis vinis in aliis vasis mixtum paullatim coacescit. *Gens plena* integrum genus est, nondum cum aliis gentibus commixtum, ut Cramerus bene interpretatur. F. C. WOLFFIUS. * Non modo copiam, sed bonitatem etiam meri spectasse videtur Lucilius apud Cic. *fin.* II. 8, 23. notans luxuriosos,

quibu' vinum
Défusum é plenó siet ir siphóne, cui nil
Démpsit vis aut sácculus ábstulerit,

ubi *ir* retinemus cum Philoxeni *glossis* p. 125, 31. alioque onomastico *Lat. Graeco* p. 75. ed. Vulcanii, ubi *ir* explicatur *θέναρ.*

Transfusionibus] Ad gentem translatum a vino. Gr. *μεταγγίζειν, μετακενοῦν.* Comp. usus v. *infundi* in Brut. c. 16. [§. 62.] de laudationibus: „Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, — genera etiam falsa, et a plebe transitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis *infunderentur* genus: ut, si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Tullio [* immo *Sulpicio* *] Cos. anno decimo post exactos reges fuit.“ Hic Ernestius cum Lambino restituit *a plebe transitiones*, pro *ad plebem.* Verissime. Neque intelligere possum eo de loco aliter sentientem auctorem Historiae Rom. T. I. p. 228. n. 88. HEINR. in *indice* p. 113. b.

Coacuisse] Proprie vinum, quod acorem contraxit admixtione vel transfusione, *acuisse* vel coacuisse dicitur. Ulpian. *L.* 1. *Dig. de Leg.* 3. *responsum est, etiam quod coacuerit vinum, legato cedere.* Eleganter id ad gentem, quae vitia extrinsecus susceperit, transfert Orator, ut ad aetatem transtulit *de Senect.* c. 18. [§. 65.]. CR. * Locus ab ill. Cramero allegatus est Pomponii in *x. lib.* XXXII. (*de leg.* III.) fr. 85. Cf. Ulpianus ib. lib. XXXIII. t. 6. (*de vino legato*) fr. 9. pr. in fine et §. 2. Metaphora eadem utitur Cic. I. *de re p.* c. 4. pr. Recte se habet in interrogatione indicativus *putamus* pro *putare debemus.* Cf. II. *divin.* 23. pr. II. *off.* 7, 25. pr. 11, 40. extr.

ignoscet Cn. Domitius Sincaius vir ornatissimus, hospes et familiaris meus; ignoscent de*nique* o*m*nes ab eodem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen omnium laudatione utimur; ignoscent alii viri boni ex Sardinia,
44 credo enim esse quosdam. Neque ego, cum de vitiis

Sincaius] Ita legi, ut *Sencaius* quoque esse possit. Cl^us Mai *Singaius*. Natione Sardus, Romana civitate donatus a Pompeio. Nam *lex Gallia* [* *Gellia* *] *et Cornelia definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat*. Cicero *pro Balbo* 14. [§. 32.] PEYRON.

Delecones] En certas litteras D ONES, mihi etiam apparebat C; reliquae tres sunt ex genere litterarum E, F, I, L, P, T in hisce schedis maxime affinium. Cl^us Mai in prima editione lucem huic nomini ex geographia Sardiniae expectandam esse dixerat. At recte Heinrichio adnotatum fuit contextum *alii viri boni* — *N*[*eque ego* — *n*]*eminem excipio* — *fortasse aliqui*, innuere Sardos homines eiusdem familiae; maxime cum Tullius mox testetur Sardiniam nullam habuisse amicam populo Romano ac liberam civitatem. PEYR. * Restitui iubente, si non Minerva, at Tage extum interprete atque hariolo, quod scriptum fuit: DENIQ.O^NES. Speramus sic satis factum esse Heinrichio, qui suspicabatur hic quippiam intercidisse ac deesse etiam nomen unum vel alterum, quippe cum sequantur haec: *ab eodem Cn. Pompeio*, ac deinde, *quorum omnium*. At vero *ab eodem* dicitur respectu ad *Cn. illum Domitium*, qui modo memoratus est: ut recte accepit scholiastes. Proprium ultimi vel, si res ita fert, ut h. l., paenultimi membri in ἀναφορᾷ *denique*: ex. gr. *pro Cluent*. 68, 194. pr. *in Catil*. II. 1, 1. III. 11, 26. IV. 7, 14. *pro Sulla* 7, 21. extr. *Att*. I. *ep*. 14. post med. *vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis*. *Parad*. VI. 2, 1. f. Eodem modo restituendus videtur l. *pro Balbo* 22, 51. de Pompeio: *fecit, quod P. Crassum, quod L. Sullam, quod Q. Metellum, quod denique domesticum auctorem, patrem suum, facere viderat. Nam et Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano et Mamertinos omnes* [pro volg. *obvios*] *et quosdam Uticenses et Saguntinos fabros civitate donavit*: ubi *omnibus* opponuntur *quidam*. Sic omnes evanescunt Ernesti dubitationes. Nam nihil est, quod e Lambini coniectura reposuit Schützius, *Ovios*, quorum familia clara apud Campanos fuerit. At vero l. IV. *in Verr*. 11, 25. apud *Mamertinos* memoratur *domus amplissima Gn. Pompei Basilisci* itemque *Parcenniorum, qui nunc item Pompeii sunt, domus honestissima*. Ergo si tam late patuit clientela et quasi gentilitas, quam late civitatis beneficium patuisse putamus?

Laudatione] De laudatoribus in iudiciis v. supra [annot. ad §. 40.] MAI.

43. *Cn. Domitius Sincaius*] Quem Pompeius civem Romanum fecerat. SCHOLIASTES PAL. AMBROS. *in margine*.

gentis loquor, neminem excipio. Sed a me est de universo genere dicendum, in quo fortasse aliqui suis moribus et humanitate stirpis ipsius et gentis vitia vicerunt. Magnam quidem esse partem sine fide, sine societate et coniunctione nominis nostri, res ipsa declarat. Quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat amicam populo Romano ac liberam civitatem? Africa ipsa parens illa Sardiniae, quae plurima et acer- 45. a. **bissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum Utica teste defendit. Hispania ulterior Scipionum int"**[*eritu et fidei Saguntinae* " A*

44. *Sed a me*] Cod. *sedamen.* Quare liceret emendare etiam *sed tamen.* Verum suspicor litteram *n* finalem confixam esse puncto in codice. MAI. Addititia littera N obelo configitur. PEYRON.

Res ipsa] Codex *reipsa*, sed videtur superaddita littera *s.* MAI.

Amicam] Codex *amica.* PR.

45. a. *Regnis*] Puta Masinissae. MAI.

In ipsa provincia] Eversa Carthagine, eius regio provincia facta est. In ea provincia fuit Utica, de qua mox Cicero. MAI. Zeugitanam intelligit. CRAMER.

Utica teste] Tertio bello punico incipiente, Utica maxima post Carthaginem urbs Africae ad Romanos a Poenis descivit. Vide Appianum *de reb. pun.* cap. LXXV. Polybium *legat.* CXLII. [e l. XXXVI. c. 1.] Livii epitomem [* epitomen *] lib. XLIX. MAI.

Hispania] Lacunam incom-

44. *Quae . . . civitatem?*] Aliae civitates sunt stipendiariae, aliae liberae. Stipendiariae, quae bello subiunguntur; liberae, quae ad amicitiam sponte veniunt. Dicit Cicero: in omnibus provinciis, quae contra nos bella gesserunt, invenimus aliquas civitates liberas, quae ad amicitiam nostram sponte venerunt: sola Sardinia est, in qua nulla civitas nobis amica sit. SCHOLIASTES PAL. AMBR. *rudioribus minutis litteris.*

45. a. *Hispania ulterior*] Scipiones cum gererent in Hispania bellum, occisi ambo sunt. Deficientibus tunc

44. *Subiunguntur*] Legendum: *subiugantur.* CR. Non puto. HEINR. * Nisi malueris *subiguntur* cum Cic. *in Verr.* III. 6, 13. pr.: en arbitrum Virg. *ecl.* III. 108.

Sola Sardinia — sit] Sic Cicero *pro Cornelio Balbo* IX. [§. 24.] „*Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus.*" Confer etiam *in Verr.* lib. III. 6. [§. 12.] MAI.

rogo nobilitata habet Gaditanam civitatem officiis, periculis, foedere nobiscum coniunctam. Quaero iam, quaenam Sardiniae civitas foederata possit
45.b. *commemorari? Nulla profecto. Quo igitur ore in populi Romani conspectum se committere audet Sardus testis*] * copiis inops, gente fallax *? [*Repulsum etiam vos M. Scaurum a consulatu venistis et beneficio populi Romani eum privare conamini? qua auctoritate?*]

45.c. [*Timere vos dixit accusator, ne Scaurus ea pecunia, quam ab sociis abstulisset, emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante, quam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet: atque hanc ipsam Triarius accusationis tam turbide, tam festinanter a se susceptae causam reddidit.*]

modam codicis ambrosiani explet quodammodo locus Tullianae orationis pro *Cornelio Balbo* cap. XV. *Duris quondam temporibus rei publicae nostrae, cum praepotens terra marique Karthago, nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret; et cum duo fulmina nostri imperii Cn. et P. Scipiones extincti occidissent; L. Marcius, primipili centurio, cum Gaditanis foedus icisse dicitur.* MAI. * Nos supplevimus e Valer. Max. VI. 6. *extern.* 1. Cic. *pro Balbo* 18, 41. pr. De *Scipionum interitu* v. praeter obs. ad I. *off.* 18, 61. p. 145. s. *libri* I. *de re publica* fragmenta statim ab initio.

45.b. * In hac lacuna posuerim omnia fragmenta, quae ad disputationem de testium genere pertinuisse videntur. Vv. *copiis inops, gente fallax* excerpta sunt a Messio Arusiano in *exemplis elocutionum* voc. *inops*, in Ang. Maii ed. 1. Mediolan. Frontonis p. 523. Admixta supplementa derivavimus e l. IV. *in Verr.* c. 11. pr. §§. 24. f. 26. pr. cl. huius or. §. 3.

45. c. * Haec ascivi ex Asconii *argumento* p. 123. cl. hui. or. §. 37. Non est enim quod dubitemus, quin Asconius quae narrat ipse ex hac demum oratione repetierit neque aliunde rerum a se traditarum memoriam eruerit.

omnibus Hispaniae civitatibus ab amicitia populi Romani Gaditana sola civitas in fide mansit defectumque ac sine imperatoribus Romanum suscepit ac fovit exercitum. SCHOLIASTES PALIMPS. AMBR. *minutis rudioribus litteris.*

[*Quid hoc est portenti? quid hoc prodigi est?*] 45. d.
* Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastrucca mutavit? * [*Nemo enim adeo hospes* 45. e.
in hac urbe versatur, ut peregrinentur eius aures neque in hoc pervagato civitatis sermone versentur, M. Scaurum vitrico suo L. Sulla victore et munifico in socios victoriae ita abstinentem fuisse, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. Hoc aliis mirabile videtur; ille quidem aliter facere non potuit. Meminerat enim se eius esse filium, qui se-

45. d. Haec ad quaestionem de furto pertinent. Scribit enim Asconius [* supra p. 121. s.*] Sulla Scauri vitrico victore, et in socios victoriae munifico, Scaurum ita abstinentem fuisse, ut nihil, neque donari sibi voluerit, neque ab hasta emerit. Ex quo effici vult Cicero, multo minus eum vilibus Sardorum vestibus potuisse corrumpi. Hinc est, quod Quintilianus lib. I. c. 9. [* c. 5. §. 8. *] ait: *Mastruccam, quod Sardum est, illudens Cicero de industria dixit.* Et Cicero *de prov. consular.* c. [7.] *res in Sardinia cum mastruccatis latrunculis gesta.* SIGON. Apparet irrisio in utroque loco. *SPALDING. ad* Quinctil. l. c. I. p. 91. Belgicum esse *Motzrocken* docet ap. Burmannum Sligtenhorstius. *Mutz* vocant etiam Germani quidam togam, quam eandem etiam *Rock* appellant. Si hariolari et nobis liceat, dicimus *Mastrugam* esse *ein Mützrock*, togam, cui capitis tegumentum, quod *Mütze* tota vocat Germania, adsutum est, *cucullum. GESNER ibid.* p. 25. *Nescio an voc. cognatum sit cum Gr. μάσθλη. Erat enim *mastrucca* (vel, ut alii scribunt, *mastruca*) scortea vel pellicia vestis. V. infra 45. *o*. Inde corruptum videtur Germ. *Matratze*, Gall. *matelas*, quasi mantelum villis hispidum. Ipsum hoc fragmentum servavit Isidor. *etym.* XIX. 23, 5. cui *mastruca* est etiam *vestis Germanica ex pelliculis ferarum.* Prudentius: *Mastrucis proceres vestire togatos.* Arnobio *adversus gentes* II. 22. inter vestimenta memoratur *mantele, mastruca:* ad quae Orellius T. II. p. 34. annotavit haec: „Turnebus Advers. Lib. XX. Cap. 9. et Ernesti Clav. Cic. *mastrucam* exponunt vestem e musmonum vel musimonum (*Muflons*) pellibus consutam, de quo animali peculiari Sardiniae vid. Aelian. Hist. Anim. XVI, 34., ibique Schneider.“ Idem V. D. laudat Abramum ad Cic. *de prov. consul.* c. 7. et in *appendice* p. 23. Dempsterum *de Etruria regali* tom. I. lib. III. c. 54. H. Meyeri et I. Schulzii obss. ad Winkelmanni opera t. III. p. 463. Cf. I. G. Bergeri *eclogarium Corsicum* diss. II. p. 38.

Mutavit?] *Ernestus (nescio unde) *tentavit?* Est autem probatio ex pugnantibus, quod *enthymema* quidam vocant, ut tradit Quinctil. *instt.* V. 14. Bip. p. 334. laudato exemplo ex *or. pro Milone* c. 16. pr. §. 41. Adde huius nostri plane geminum ex *or. pro Rosc. com.* 8, 22. ss.

45. e. * Orationis color expressus est ex *or. pro Milon.* 12, 33. pr. et *pro Font.* 7, 14. *off.* III.

natoria sententia (cuius erat ille princeps) ac nutu prope terrarum orbem rexisset.]

45. f. [*Quam ob rem, Sardi venales, impero vobis, ut*] *hoc nomine audito, quod per omnîs gentes pervagatum est *,* de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentiatis.*

45. g. [***Nunc M. Scaurus squalore sordidus, lacrimis ac maerore perditus, vester est supplex, Iudices, vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. Nolite, (per deos immortalîs!) Iudices, permittere, ut ab ignotis testibus, ab hominibus barbaris civis ac supplex vester non solum consulatu, quo se honestiorem fore putavit, verum etiam ceteris ante partis honestatibus atque omni dignitate fortunaque privetur. Atque ita vos Scaurus, Iudices, orat atque obsecrat, si iniuste neminem laesit, si nullius aurîs voluntatemve violavit, si nemini (ut levissume dicam) odio fuit. Semel tantum has partîs pietas ei imposuit.***]

45. h. Post duas partes orationis dicit de Scauro, quem defendit.

*Nam quom ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Caepione propinquo

c. 31. pr. §. 111. Respice etiam, sis, locos ad *or. in Clod.* 5, 3. extr. p. 109. s. ascriptos. De Scauri patris principatu eiusque gravitate cf. infra §. 46. 50. *Brut.* 29, 112.

45. f. * Coniunxi duo fragg., quorum unum extat ap. Messium Arusian. lit. *P.* in Frontonis ed. Mediol. p. 540. alterum indicatur ab Ammiano Marcellino XXII. 15. *Scaurum defendens Tullius imperat, ut de nobili familia ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent*, h. e. consentirent cum communi omnium opinione per totum orbem terrarum, qui olim Scauri patris auctoritate regebatur.

45. g. * Transtuli huc, quae transitum facerent ad seq. fragmentum, ex *or. pro Mur.* 40, 86. s.

45. h. Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes legitis,

sue contra Scaurum patrem suum obsignaverat *litteras*: eas sibi inimicitias non susceptas, sed relictas *[pietatis causa gerendas esse arbitrabatur aemulatus M. et L. Lucullos, qui, pari pietate et industria praediti, admodum adulescentes paternas inimicitias magna cum gloria fuerant persecuti.]* Et cetera.

Post tres partes, quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus haberet. 45. i.

[Quanta vero Triari fuit iniquitas criminantis, quod tam magnificam domum Scaurus haberet! O priscum censorem ac severum, per quem ne honorato quidem homini et principi liceat habere commodam et plenam dignitatis domum;] *praesertim quom

45. h. *Obsignaverat; caeteras eas*] Editiones habent, *obsignaverat stateras*. Codex alter ambrosianus *obsignaverat; steteras eas* etc. Alter vero optime, *obsignaverat. Caeteras eas* etc. Nimirum *obsignaverat* hoc loco significat, ut arbitror, *testis adfuerat*, sive *annulo accusationem in Scaurum obsignaverat*. Quare *staterae* ab hoc Ciceronis loco removendae videntur. MAI. **Ceteras eas* aures respuunt. Correxi *litteras*. Cf. *in Verr.* IV. 63, 140. extr. *pro Cluent.* 66, 186. pr. *pro Flacco* 16, 37. pr. Solebant autem in causa repetundarum non solum rei codices, sed provincialium etiam tabulae et litterae tum publicae tum privatae obsignari ab iis, qui inquisitum ivissent; hisque ut omnium tabularum et litterarum fieret potestas, legibus sanctum erat cum poena. Vid. *Verr.* IV. 66, 149. I. 57, 149. Hinc repraehensio perversi patroni I. *de or.* 39, 174. *cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur:* ubi non minus perverse novissumi interpretes: „cum fidem facias eiusmodi syngraphis, quibus decipitur et damna facit cliens tuus." Cf. *Tusc.* V. 12, 33. ubi item Ern. *tabellis obsignatis agis mecum* diversa miscens explicat *velut e syngrapha*. De *Caepione* Scauri patris accusatore respice I. §. 2.

Relictas] *np. a patre, h. e. hereditarias. Sic correxi corruptam lectionem *relatas* et supplementum addidi e l. II. *Acadd.* principio.

45. i. *Ad supplementum compara *or. in Clod.* 4, 1. *off.* I. 39, 138. ubi etiam Scauri domus me-

scire vos oportet duos eodem tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum Caesar accusavit, nec damnavit; alterum M. Scaurus accusavit et damnavit. ASCON.

45. i. Demonstrasse vobis memini me, hanc domum in ea parte Palatii esse, quae, quom ab sacra via descen-

propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis*!

45. k. ***[Quam vero insolenter tua se iactabat, Triari, oratio, cum diceres Lucullei marmoris columnarum, quas in atrio Scauri collocatas videmus, per urbem praeter fictilia deorum fastigia in privatam domum vectas esse tantas moles, ut satisdari sibi damni infecti***

moratur. E Varronis libro, qui inscribitur *Scaurus*, Sosipater lib. I. haec affert: *Glutinum ferunt Daedalum invenisse*: quod fragmentum de fabrili materia Ausonio Popmae in ed. Bip. *fragmentorum Varronis* T. II. p. 404. indicare videbatur, *Scaurum* inscriptum fuisse Varronis *Logistoricum*, quo tractatum esset *de aedificiis*. Huius aemulus fuisse videtur *Mazois*, natione Gallus, architectus Romanus, in libro, cuius a. 1820. Gothae et Erfurti prodiit versio: *Der Pallast des Scaurus oder Beschreibung eines römischen Stadthauses*. etc. *In das Deutsche übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von K. Chr. u. Ernst Fr. Wüstemann*. Mit 2 Kupfern. 8. ubi lector in omnes magnificae domus partes praeeunte maxume Vitruvio introducitur. Appendicem facit Petri Marquezii rudimentum domus Romanae, ex Italico idiomate conversum.

Cupiditatis] * h. e. luxuriae.

45. k. * Propositionem adversarii supplevi e Plinio XXXVI. 2. in fine; refutationem praeivit Tullius *pro Mur.* 36, 76. cl. Valer. Max. II. 4, 6.

deris et per proximum vicum, qui est ab sinistra parte, prodieris, posita est. Possidet eam nunc *Largus* Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur. Usus erat iis aedilis (ut ipse quoque significat) in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine magn*ifi*ce fecerat. ASCON.

45. i. *Longus Caecina*] Seu potius *Largus*: qua super re vide locum dissertationis nostrae, ubi agimus de Asconii aetate [* in *praefat. altera* §. XII. *] MAI. * Recepi emendationem.

Ut ipse quoque significat] * np. Cicero. V. prox. supplementum.

Magne fecerat] Ita cum principe editione codex alter ambrosianus. Alter vero *magnfecerat*, uti manu emendatum vidi etiam in Aldina editione. Reliquae, quas vidi, editiones habent *magnum fecerat*. MAIUS. * Correxi *magnifice fecerat*. Theatrum illud describit Plin. *histor. n.* XXXVI. 15. sect. 24. §. 7. cf. XXXIV. 7. sect. 17. pr. Erat *ad tempus* extructum. Nam ante Pompeii Magni theatrum *subitariis gradibus et scena in tempus structa ludos edi solitos* testatur Tacitus *ann.* XIV. 20. pr. ubi v. Lipsius.

coëgerit redemptor cloacarum, cum in Palatium plaustris extraherentur! Videlicet invidiosae istae columnae ad privatam superbiam, quam populus Romanus odit, advectae sunt, ac non ad publicam magnificentiam, quam diligit. An tu solus ignoras usum iis Scaurum antea fuisse aedilem in ornatu theatri, ut pro muneris amplitudine et liberalitate sua in deorum immortalium honorem religionem ludorum apparatus lautitia augustiorem redderet?] *Ego 45. l.
porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi.* [*Quid? Tu ipse, Triari, quos, quantos* 45.m.
quamque profusos sumptus in columnis fecisti!] *Hoc miror enim querorque, quemquam hominem ita pessum dare alterum verbis velle, ut etiam navem perforet, in qua ipse naviget.* *Domus tibi deerat? 45. n.
At habebas. Pecunia superabat? At egebas. Incur-

45. l. *Quinctilianus lib. V. c. 13. *Nonnunquam elevandae invidiae gratia, quae asperius dicta sunt, eluduntur, ut a Cicerone Triarius. Nam cum Scauri columnas per urbem plaustris vectas esse dixit: „Ego porro,“ inquit* etc. ubi Turnebus: „Locum saepenumero habent in refutatione ioci opportuni, de quibus agit Fabius lib. VI. Caeterum Scaurus in atrio aedium suarum permultas habuit columnas quinquagenûm pedum ex marmore Lucullaeo: illa autem luxuria Romanis legibus puniebatur.“

Qui Albanas h. c.] Albanae columnae dicuntur, quae ex Albano lapide fiunt, sunt enim Albanae lapicidinae ad montem Albanum: est autem hic lapis marmore vilior. Quamobrem apparet illas quoque columnas ingentissimas fuisse. TURNEBUS. *Immo non plaustris, sed clitellis asino impositis apportatae non erant solidae, ut Scauri illae marmoreae, sed a lapidario compagine quadam compositae et coagmentatae.

45. m. *Proxumo fragmento orator eandem invidiam in adversarium retorquet. Propterea haud inepte hic inseri mihi videbatur exemplum allegoriae, quod Ciceroni tribuit Quinctil. VIII. 6. ed. Bip. p. 113. s. (Capperonn. pag. 526.)

Quemquam] *Schützius in *fragmm.* p. 142. omisit *quemquam*, et deinde mutato ordine dedit *verbis alterum*.

Navem perforet] *Navem perforare* est tanto studio velle alteri nocere, ut interim tibi ipsi etiam obsis. Duota est *allegoria* ab aequali periculo navigantium et eorum, qui sunt in eadem navi. TURNEB.

45. n. *Domus . . aestumasti*] *Haec ex oratione sua citat Cicero in *oratore* [c. 67. ab in.]. Videntur autem sumpta esse ex hac parte orationis pro Scauro, qua Triario respondit, qui columnas et domum Scauri exagitaverat. Simile illud pro *Ro-*

risti amens in columnas; in alienis insanus insanisti; depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te, quam fortunas tuas aestumasti.* [*Quid igitur, si te Scaurus arbitrum adegisset, NI MULTO MAIORES SUMPTUS, MULTO MAIORES EFFUSIONES PRO CENSU TUO IN COLUMNIS FECISSES, QUAM IPSE?*

scio Am. [* immo *pro Roscio com.* 8, 22. *] *Egebat? Immo locuples erat. Debebat? Immo in suis numis versabatur.* SIGONIUS. *Domus tibi deerat — at egebas.* Haec verba etiam refert Quintil. *lib.* IX. c. 2. [§. 15.] et 4. [§. 122.] et Capella, ubi *de figuris elocutionis*, [* in Pithoei *rhetorib. Latt.* ed. Capperonn. p. 429. *] et Aquila Romanus c. 22. in *antitheto* [* p. 22. eiusd. ed. *] et Diomedes c. II. p. 461. P. Victorius in *variis lectionibus lib.* 18. c. 9. putat in illo verbo *Alienos*, quod statim sequitur, inesse vitium. Nam ego utrumque fragmentum coniungo. PATRICIUS. — Ego vero Ciceronem scripsisse arbitror: *in antis aeneis insanis insanisti.* Nimirum domus illa, quam adversarius maximo suo damno coëmerat, praeter *columnas* habebat etiam *antas aeneas* s. postes, ceteroquin erat *depressa et caeca*, h. e. humili in loco posita, et aedibus ex adversum sitis obscurata. Emtor autem *insaniebat*, (quod verbum de insana cupiditate alibi quoque ponitur, ut *ad Herenn. lib.* IV. c. 51. [al. c. 50. in fine]) *in antis insanis*, quae sic dicuntur ob magnitudinem et impensas in iis factas. *Insanus* autem *insanisti* Cicero nunquam dixisset. *Incurrere in columnas* non, ut Casaub. ad Sueton. *Aug.* c. 23. [* p. 282. ed. Wolf. *] putavit, proprie accipiendum, de homine insaniae impetu caput affligente; sed *incurrere in columnas* h. l. significat, insano amore in columnas incidere, simulque propterea coëmtis aedibus naufragium fortunae facere. SCHUETZ ad l. c., * cuius V. D. coniecturae ductae e Vitruv. VI. 7. ed. Schneider. obstare videtur hoc, quod non facile Cicero adiectiva geminare solet, dempta copula. Librorum autem lectio non caret vi. Similiter, quamvis nimius paene in eodem vocabulo leviter immutando, Ennius *Phoenice* ap. Nonium c. 2. n. 173.

Stultust qui cupida cúpiens cupienter cupit.

Insanire interdum dici, qui nimis magnos sumptus faciant, et *insaniam* ut Gr. *μαίνεσθαι* et *μανίαν* pro immoderato sumptu usurpari observant intt. ad Plaut. *mil.* III. 1, 159. H. A. Burchardi, V. consultissimus, in *animadverss. ad Cic. oratorem* (Berol. 1815.) pro volg. *in alienos* legendum coniecit *in aliena*, quod non displicuit Ch. D. Beckio, equiti illustri, in diar. litterar. Lips. a. 1816. p. 623. Mihi videbatur facilius rescribi posse *in alienis*, nempe *bonis prodigendis:* nisi malis detrahere ultimam litteram *in alieno.* Sic Cic. *fam.* III. 8. §. 23. *ad largiendum ex alieno restrictior.* Sed id. I. *off.* 14, 42. ex. *in suam rem aliena convertere.* Cf. Horat. *serm.* II. 3, 64.—72. *epist.* I. 18, 35.

*Adieci, quibus necti posset sequens Asconii fragmentum, comparata ad similitudinem orationis *pro Tull.* 53. cl. *off.* III. 19, 77. pr. I. 39, 139. pr. Similibus aculeis asperitatis Tullius *pro Sulla* 7, 22. 8, 25. talionem refert adversarii insolentiae, quem partim despi-

***utrum tandem sponsione vinci necesse fuisset, eumne, qui in tam amplo rei familiaris quam paterni nominis patrimonio ornasset dignitatem domo, an eum, qui magno in aere alieno totam ex domo quaesisset?*]**

S e q u i t u r: 45. o.

Haec quom tu effugere non potuisses: contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae, levissimae, vanissimae genti, ac prope dicam — pellitis testibus condonetur?

ciendo plus abiicit et humillimum facit, partim maiore insectatur invidia: ut scite observat ibi Scholiasta a Maio editus.

45. o. Significat Triarium in suspicionem criminis delapsum tam vehementer Scaurum accusare non debuisse. Domum autem Triario videtur Cicero inter alia obiecisse quum dixit: *Domus tibi deerat? at habebas.* SIGONIUS.

Cum] *Praepositionis ἀναφορά adauget hic vim commiserationis atque indignationis, alibi desiderii, ut *off.* III. 26, 97. 99. contemptus in II. *Catil.* 11, 25. *parad.* VI. 2, 1.

Pellitis testibus] *Pelliti* dicuntur ferarum pellibus amicti: Tunicas enim ex pelle olim exstitisse, demonstrat Iulius Pollux VII. 15. Hicque adeo eiusmodi habitus priscorum quondam passim fuisse videtur hominum illorum, quos Ennius *cascos* vocabulo Sabinae, ut sentit Varro, originis appellat: quorum quum simplex in universum ipsa vita esset, simplex etiam et parabilis tam cibus, quam vestitus exstiterit necesse est. Itaque Lucretius lib. V. de priscis hominibus loquens quum paullo ante [951. s.] dixisset:

Nec dum res igni scibant tractare neque uti
Pellibus

statim infert [1009.]:

Inde casas postquam ac pelles ignemque pararunt

eiusque rei rationem postea aliquanto [1425.] exponit, inquiens

Frigus enim nudos sine pellibus excruciabat,

et concludit [1422. s. 1417.]:

Tunc igitur pelles, nunc aurum et purpura curis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.
Pellis enim cecidit vestis contempta ferinae. etc.

Idem Propertius [IV. 1, 12.] nota illa de antiquitate Romae elegia, significat, inquiens

Pellitos [* *p.*, inquiens, *] *habuit rustica turba patres.*

Et idem Festus quoque lib. IX.

45. o. Avum nunc Scauri maternum significat L. Metellum Pontificem Maximum, quem postea quoque nominat. Nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt. ASCON.

45. o. * Vid. §. 46. 48.

* *Intercidit refutatio frumentarii criminis de decimis tribus. Respice §. 22. et Martiani Capellae testimonium supra p. 124. b. laudatum.*

his fere verbis: *Pellibus* inquit *antiqui induebantur, ob id et nova nupta in pelle lanata solet considere.* Et libro item XIV. *Hercules ob id quoque*, inquit, *pellem habere fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur.* — Tacitus quoque in libello de populis et ritibus Germaniae [*c. 17. ubi v. interpp.*] vestitum eiusmodi Germanis attribuit, quod ipsum Caesar quoque lib. VI. de bello Gallico [21, 5.] scriptum reliquit, qui eos parvis rhenonum tegmentis usos fuisse scribit. Itemque Sauromatis vestitum eiusmodi attribuit lex XXV. *D.* [lib. XXXIV. t. 2.] *auro et argento legato.* Item Scythis Iustinus lib. II. c. 2. Item Getulis Varro lib. II. de R. R. cap. ult. [*§. 11. Sardis quoque*] et omnino Septentrionalibus omnibus Virgilius *lib.* III. *Georg.* [381.—83.] Et Ovidius ipse saepe, dum suos Getas modo *pellitos* modo *hirsutos* vocat [*e. g. *Pont.* IV. 10, 2.*]. Postmodum hic habitus rusticis tantum et lugentibus, et omnino tenuioris fortunae hominibus erat relictus. De *rusticis* testatur Homerus lib. XIV. Odyss. non uno in loco, et Propertius in dicta elegia [vs. 25.]

Verbera, pellitus setosa movebat arator.

De *lugentibus* tradit Festus eodem illo libro XIV. qui diebus luctus lugentes omnes in *pellibus* esse consuevisse scribit. De *egentibus* autem ex illo Q. Aelii Tuberonis facto cognosci potest, qui in epulo, quod tum Q. Maximus dabat Africani patrui nomine, lectulos punicatos [*Punicanos*] *pellibus hoedinis* stravit, et pro argenteis vasis *Samia* exposuit, quasi videlicet paupertatem suam repraesentare vellet, de quo praeter ceteros scribit Valerius lib. VII. c. 5. [n. 1.] et Cicero pro Murena c. 36. [§. 75.] Ex quibus quidem ad eum modum expositis rebus *pelliti* sane hoc loco dici viderentur pro rudibus quibuscunque et gentibus ac barbaris hominibus; nisi quod ego de Sardis ipsis proprie dictum fuisse existimo, quos *pellitos* appellat propter *mastrucam*, peculiarem ipsorum vestem, quae ex *pellibus ferarum* conficiebatur, ut adnotat Isidorus. [* V. supra §. 45. d.*] Ergo *pellitis testibus* intelligo *Sardis testibus*, quos alioqui quum de bello loquitur *mastrucatos latrunculos* vocat, in ea de provinciis consularibus. PATRIC. *Strabo V. 2. ed. stereot. pag. 364. de Sardis: *Γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντ' ἐρέας κριοί, καλούμενοι δὲ Μούσμονες· ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται.* Livius XXIII. 40. *pellitis Sardis* assignat eam regionem, cuius caput *Cornus:* unde pars eorum *Cornensii* dicti. Ea urbs una cum Bosa a Ptolemaeo inter civitates mediterraneas nominatur et ab Antonio inter Bosam et Tharros ponitur in *itinerario provinciar.* ed. Bas. 575. p. 101. ubi cf. *scholia* p. 244.

Condonetur] Lego *condemnetur*. PATRIC. *Ne assentiare, v. annot. ad §. 13. p. 157. s. Indicavi autem interrogationem indignantis et in affirmatione vetantis. Cf. obs. ad. §. 41. extr. *Phil.* V. 2, 6. in. *pro Cluent.* 66, 186. pr. *Verr.* V. 30, 77. med. Certe reprehendentis est ib. §. 76. f. deprecantis *pro Flacco* 3, 6. 4, 9. pr. *pro Font.* 10, 21. et in Plutarchi *Sulla* c. 29. *Ὦ Πύ-*

Versu a novissimo CLX. 46

***Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse Metellus, avus huius,**

θιε Ἄπολλον! τὸν εὐτυχῆ Σύλλαν . . ἐνταῦθα ῥίψεις; detestantis in *or. pro Mil.* 37, 101. *ad Att.* II. *ep.* 1. sect. 6. f. *Ergo istos, inquies, mercede conductos habebimus? . . . an libertinis atque etiam servis serviemus?*

46. *Undique mihi*] Postremum Taurinensis codicis folium incipit a verbis *tuisse templo videtur in vestro conspectu iudices.* Atqui haec habet Asconius ad h. or. Asconii ergo fragmentum cum Taurinensi coniungitur. Postrema haec est pars perorationis, in qua Scaurum laudat Cicero a maioribus suis, praesertim vero ab avo L. Metello, et patre Aemilio Scauro. Hoc fragmentum innuebat Quintilianus VI. 1. [Bip. p. 350.] *de peroratione* scribens: „Periclitantem vero commendat dignitas, et studia fortia, et susceptae bello cicatrices, et nobilitas, et merita maiorum. Hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi: pro Scauro patre hic, ille pro filio.“ Quam vero apposite ad captandum iudicum favorem haec a Tullio dicta fuerint, intelligimus a Valerio Max. VIII. 1. 10. „M. quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus . . . . perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit . . . . tamen propter vetustissimam nobilitatem, et recentem memoriam patris absolutus est. PEYR.

Illa vos] Ita duo codices Ambrosiani Asconii, et aliquot antiquae editiones, uti Cl^us Mai testatur. PEYR. *Volgo *vos* omittitur. Cf. *pro Cluent.* 68, 194. *nefaria vota cognovimus, quibus illa etiam deos immortalis de suo scelere testatur*, h. e. testes invocat.

Principatu patris] *Principatum senatus* intelligit, quod mihi quidem vox *curia* visa est indicare. Erat enim Scauri huius pater, quem Cicero defendit, *senatus princeps*, quod superius etiam Asconius attigit [in *argumenti* principio et ad I. §. 3. p. 134.] et loci sunt qui demonstrent Sallustii primum in Iugurtha [c. 25.], deinde Plinii Hist. nat. lib. II. c. 54. [* sect. 55. ib. lib. XXXVI. c. 15. sect. 24. §. 8.*] Valerii lib. IV. c. 4. [n. 11.] postremo autem Ciceronis quoque ipsius; de Orat. II. c. 47. [§. 197. f.] ubi de Norbani seditione. Est autem h. l. *principatus* sic dictus, quemadmodum *tribunatus* aut *consulatus*, dignitas videlicet principis senatus, in qua quidem significatione haud scio an nullus praeterea locus exstet apud Ciceronem ubi sic accipiatur; quemadmodum etiam *iudicatus* Philipp. I. 8. [§. 20.] *Quid? isti ordini iudicatus, inquit, lege Iulia non patebat?* Nam apud Gellium quidem lib. XIV. c. II. *Iuravi mihi non liquere, inquit, atque ita iudicatu illo solutus sum.* Similiter *centuriatus* pro *centurionis* munere atque officio extat in orationibus pro lege

huius amplissimis donis ornati aditus Iovis O. M., Iunonis Reginae, Minervae, M. Scaurum apud [*vos memoria huius munificentiae et liberalitatis publicae ab omni avaritiae aut cupiditatis suspicione defendunt; Propinqua illa aedes Vestae admonet vos, ut*
48 *recordemini*] illius L. Metelli, Pontificis Maximi, qui, quum templum illud arderet, in medios se iniecit ignes et eripuit flamma Palladium illud, quod quasi pignus nostrae salutis adque imperii custodis Vestae continetur. Qui utinam posset parumper existere! Eriperet ex hac flamma stirpem profecto suam, qui eripuisset ex illo incendio di[*vinum incolumitatis nostrae pignus. Permoveor cogitatione, tam parum sacerdoti deos esse propitios, ut ne servati quidem servent eius genus tutelae suae commenda-*]

71. f. Aenea quidem ornamenta a Scauro dicata poterant ex incendio illo, quo mox post viri obitum Capitolium deflagraverat, adhuc superesse. Similiter Cicero perorat *in Verr.* V. 72, 180. *Nunc te, Iuppiter O. M. — teque Iuno Regina — teque Minerva imploro.* Cf. *pro domo* 57, 144. Deinceps supplevimus lacunam septem linearum, quae singulae vicenas ferme habuerant litteras.

48. *Templum illud*] De aedium [*aedis*] Vestae conflagratione, *quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume servavit*, ut ait Valerius Max. I. 4. 4.; lege Livii *Epitomem* [*men*] XIX., Plinium VII. 45. [*c. 43. ad f.*], Ovidium *Fast.* VI. 437., Dionysium Halic. l. II., Senecam *Controvers.* l. IV. 2. PR. *A Varrone ap. Augustin. *de civ. dei* VI. 2. *Metellus de incendio sacra Vestalia liberasse* praedicatur. Opinionem de servato a Vestalibus simulacro Palladis, quod Aeneas ex Troiae incendio secum in Italiam attulisse putabatur, tangit Plutarchus in *Camillo* c. 20. ad f. Herodianus I. 14, 3. s. (Wolf. §. 7. s.) Lampridius in *Heliogabalo* c. 6. Cf. Dempsteri *antiqq. Rom.* II. c. 12. ad f. p. 332. B. — 333. C. ed. Colon. 645.

Custodis Vestae] Lege *custos, in aedibus Vestae.* PEYR. *Immo agnosce contractionem ablativi. Cf. *Phil.* XI. 10, 24. ubi dicitur *id signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur.* Idcirco extremum fragmenti verbum mutilum redintegravi sic: *divinum* h. e. *divinitus ad nos delatum:* etsi poteram: *ex illo incendio diro fatale.* Nam ap. Liv. XXVI. 27. dicitur *conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani.*

Stirpem . . suam] *h. e. adnepotem. Imperfectum optativi *eriperet profecto* refertur ad *utinam posset*, quod pro *si posset* dictum est. Deinde lacuna erat septem linearum in altero eiusdem paginae laterculo. Supple-

tum. Te vero, M. Scaure, equidem video, vi- 49
deo, inquam, non cogito solum. Nec vero sine magno animi maerore ac dolore, quom tui filii squalorem aspexi, de te recordor. Atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos [*es*], sic nunc horum te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas! Species (me Dius [*Fidius!*) *viri*, *cui neminem vidimus parem consilio*, *gravitate*, *constantia*, *ceteris virtutibus*, *si posset reviviscere*, *sic omnis commoveret*, *ut*, *quisquis intueretur*, *is*,] etiamsi forte non nos- 50
set, tamen principem civitatis esse diceret.

Quo te nunc modo appellem? ut hominem? At non es inter nos. Ut mortuum? At vivis et viges; at in omnium animis atque ore versaris, atque divinus animus mortale nihil habuit neque tuorum quicquam po-

mentum suppeditavit Seneca *controv.* lib. IV. 2.

49. *M. Scaure*] M. Aemilium Scaurum clientis patrem ante multos annos defunctum alloquitur. PEYR. *Deinceps idem V. D. edidit: *quidem vidi. Video*, *inquam*, *non cogito solum*, *nec vero sine magno animi maerore*. Sed part. *quidem*, quasi enclitica, occupare debuisset locum particulae *vero*. Tum magis demonstraret orator *te*. Itaque scripsi *equidem* et, cum seq. *inquam* indicet ἀναφοράν, prius *vidi* mutavi in *video*. De ipso artificio oratorio audiatur Fabius *instit.* IX. 2. Bip. p. 136. s. *Commode etiam aut nobis aliquas ante oculos esse rerum personarumve imagines fingimus aut eadem adversariis aut iudicibus non accidere miramur: qualia sunt*, „*Videtur mihi*“, et, „*Nonne videtur tibi?*“ etc.

De te recordor] Tria haec verba servaverat Fronto in *Exempl. elocut.* ed. Med. p. 541. PEYR. *Plenam interpunctionem ab editore ante haec vv. adhibitam sustuli, adhibui autem eam paullo superius ante vv. *Nec vero* etc. Haec enim cohaerent. In proxumis inserui *ES*, quod verbum inter *OCULOSSIC* facillume potuit scribae oculos fugere. Verbi substantivi adiectio hic magis etiam necessaria, quam V. *Verr.* 55, 144. *nunquam tibi populi Romani absentis dignitas*, *nunquam species ipsa huiuscemodi multitudinis in oculis animoque versata'st?* Proxumam lacunam item septem versuum supplevi ex *or. pro Font.* 7, 14. *In M. Scauro singularis severitas* fuisse praedicatur *off.* I. 30, 108. et ib. 22, 76. rebus urbanis magnus et clarus C. Mario bellicis rebus illustri eiusque victoriis non cedere iudicatur. Cf. supra §. 45. *o. Lumen ac decus patriae* appellatur Valerio M. V. 8, 4. pr.

50. *Quo te nunc modo appellem.*] *Punctum editoris mutavi interrogationis signo.

Divinus animus mortale nihil

tuit emori praeter corpus. Quocumque igitur te mo"[*do appellari verum 'st: adsis nobis atque istam mendacissumorum et levissumorum testium vanitatem impudentiamque voltu ipso aspectuque conterreas; adsis, et civibus tui consili, cuius auctoritatis nunquam paenituit, praeferas lumen, ut ne genus tuum ignominia et calamitate dehonestent neue filium tuum, haud degenerem paterni nominis heredem, sententiis suis affligant.*]

habuit] *secundum sententiam omnium philosophorum, qui quidem in honore fuerunt, maxime inde a Pythagora. Vid. VI. *de re p.* 23. (*somn. Scip.* c. 8.) *sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque — is est quisque; non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse* etc. cl. Dione Chrysost. *or.* IV. p. 71. D. lin. 45. ὁ δὲ ἴδιος ἑκάστου νοῦς οὗτός ἐστι δαίμων τοῦ ἔχοντος ἀνδρός. Respicit hic Euripideum illud τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου εἶναι θεόν: ut Cic. I. *legg.* 22, 59. pr. In *Tusc. I.* 12, 27. noster fatetur *mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse;* 31, 76. *vel dii ipsi vel cum diis futuri sumus;* et in *consolationis* fragm. ibid. 27, 66. Sententiam de divina animi natura uberius exposuit Wyttenbachius in *biblioth. crit.* vol. III. 1. P. IX. p. 18. s. in *polymathia* l. II. p. 267. ipsi tetigimus ad III. *off.* 10, 44. pr. Ad ultimum supplementum cf. I. *de or.* 49, 214.

Laudaverunt Scaurum Consulares novem, L. Piso, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Phi-

Q. Metellus Nepos] *Muciae frater, Scauri levir. V. Paull. Manutii commentar. in *epistt. ad Div.* V. 2. p. Lips. 308. a.

M. Perperna] Scriptura est Sigonii: Hotom. et Graevii *Perpenna.* Hanc praeferre debebam fortasse. Nam etsi vera est forma *Perperna*, id quod Manutio et aliis facile credimus, tamen multiplex usus probavit hanc molliorem formam cum duplici *n*, quam saepe tenent et boni Codd. et lapidum tituli, ipsisque Graecis dicitur plerumque Περπέννας. [Probavit hanc formam [*Perperna*] prae illa iam A. Manutius in Orthographia p. 593. non negavit, legi etiam in antiquis inscriptionibus *Perpenna.* Et sic legitur ubique in pr. edit. Velleii, ut semper annotat Ruhnkenius, velut II. 4, 1. 30, 1. etc. Quod cum mutatum sit per totum Velleium ab editoribus consecutis, miror non restitutum esse a viro summo, qui profitetur in Praefatione, ne orthographiam quidem primi exempli mutare se ausum. HEINR. in *indice* p. 109. b.] De quo Consulari ad h. l. Manutius: „Malim *L. Murena*, qui Consul fuerat. Nam de Consule *Per-*

lippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum magna pars per tabulas laudaverunt, quia aberant: inter quos Pompeius quoque. Nam quod erat pro Consule, extra urbem morabatur. Unus praeterea adolescens laudavit, frater eius, Faustus Cornelius, Sullae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit, quam Scaurus ipse permoverat. Ad genua iudicum, quom sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M'. Glabrio, sororis filius, et Paulus et P. Len-

penna his temporibus nulla mentio." Id secus est. M. Perperna, sive Perpenna, Consul fuit cum C. Claudio Pulchro a. U. 662. Censor 668. Vide Pighium ad ann. 661. et 667. Obiit 705. aetatis anno 98. V. Dio Cass. XLI, 14. cum Fabricio. Sic redditur rarum ac notabile decus huic iudicio, senex Consularis plus quam nonagenarius, qui reum laudat. HEINR. * Erravit igitur Schützius, qui eum A. U. 699. annos circiter LXXVII. natum fuisse putat. A Maio quoque scribitur *Perpenna*. Laudaverat autem reum haud dubie absens per litteras, item ut P. Servilius Isauricus.

Isauricus pater] Hoc Manutius dedit ex compendio *pr.* post eumque omnes. Est P. Servilius Vatia, postea cognominatus Isauricus, qui fuit Cos. a. U. 675. non confundendus cum filio, Cos. anno post hoc iudicium sexto, 706. Hic interfuit illi iudicio octogenarius: nam nonaginta annos natus obiit demum a. U. 710. Vid. Dio XLV, 16. ad quem loc., ecce, peccat ea ratione, quam modo cavere volebam, editor Hamburgensis. Idque notatum video etiam a Spaldingio ad Quintil. VI, 3, 25. HEINR.

Per tabulas] Hotom. et Graevius: *per tabellas* Sigonius. At tabellae hinc plane abhorrent. Laudatio quodammodo est testimonium, et de testimoniis Quintil. V, 7. pr. *dicuntur*, inquit, *aut per tabulas, aut a praesentibus*. Nempe qui laudant per tabulas, dant reo litteras obsignatas, quae ad iudices recitantur. V. vel Or. pro Flacco c. 15. et 16. [§§. 36. ss.] HEINRICH. * Sustulit has laudationes Gn. Pompeius Magnus III. COS. lege iudiciaria de ambitu, sed ipse contra fecit: ut scribit Dio Cassius XL. 52. 55. pr. Plutarchus in vita *Pomp.* c. 55. med. et *Catonis Min.* c. 48. sub. f. Statim Maius ed. *qui aberant*. Sane pron. relativum adiungit explicationem, qua rei ratio reddatur, et potest haec appositio eodem modo referri ad singularem numerum collectivi *magna pars*, quo ipsum verbum plurale *laudaverunt*.

Sullae filius] Decimus est laudatorum, ad iustum numerum. Cic. in Verr. V, 22. [§. 57.] „In iudiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei, nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere." HEINR. * De hoc Scauri fratre uterino v. Asconii *argumentum* p. 126. s. cl. p. 121. s. ibidemque annot. — Maio scribitur, ut semper hoc nomen, *Syllae f.* et deinde *cum lacrymis*.

M'. Glabrio] Sigonius vitiose praeposuit *L.* Hotom. et Graevius [* itemq. Schützius et Maius *] *M.* Atqui hic filius est haud du-

tulus, Lentuli Nigri Flaminis filius, et L. Aemilius Bucca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sulla Faustus, frater Scauri, et *T.* Annius *Milo*, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a

bie eius, qui Consulatum gessit cum Pisone a. U. 687. ideoque *Manius* Acilius Glabrio. De quo nescio cur fere omnia sint incomperta interpretibus Ciceronis. Hic igitur Scauri sororis nepos (quomodo veteres loquuntur. Vide Iac. Facciolatum in Epistol. philol. post Orationes p. 413. ss.) ante iudicium hoc nusquam commemoratus, postea factus est legatus Caesaris in bello civili. V. Caesar. B. C. III. 15. [§. 12.] et aliis loc. Dio Cass. XL, [*XLII.,*] 12. ubi *Marcus* dicitur, incertum, auctoris errore, an scripturae vitio. Mox fuit Praetor a. U. 709. [*aerae Varr.*] et successor Ser. Sulpicii in Graeciam cum legionibus missus. Cic. ad Fam. VII, 30. Neque ab hoc alium intelligo Acilium illum, ex Praetura Proconsulem Siciliae, ad quem epistolae sunt Ciceronis XIII, 30. — 40. [*39.*] ubi unus est, qui aliquid dicit, Ragazonius. Nempe bis Praetor fuit. Cf. Pighium T. III. p. 409. HEINR. *Fuit Aemiliae sororis, quae gravida ad Gn. Pompeium deducta apud hunc in puerperio mortua erat, filius teste Plutarcho in *Sulla* c. 33. et in *Pompeio* c. 9.

Paullus] L. Paullus, frater Lepidi Triumviri, Cos. a. U. 704. quem Graeci quidem, Plutarchus in Antonio et Appianus, simpliciter vocant *Paulum:* sed hic praenomen videtur addi oportere. V. Perizon. Animadv. hist. p. 125. ss. HEINR.

Lentuli Nigri Flaminis] *filius *Lucius*, qui eodem anno Gabinium de maiestate postulavit, memoratur *ad Q. fratr.* III. ep. 1. c. 5. pr., et in *or. de har. resp.* 6, 12. *L.* (Cornelius) *Lepidus Flamen Martialis.* Statim post Graevio et Maio scribitur *Buca* simplici consona.

C. Apronius Limo] Quaestorem facit anno sequente Pighius l. c. Verum id minus certum. Sed Cic. pro Mil. c. 27. loquitur de *adolescente Apronio*, qui est *L. Apronius* Asconio, in Milon. in fi. Ille non potest diversus esse a nostro, et corruptum est praenomen alterutro loco. Cognomen *Limo* notandum cum hoc exemplo: nam nusquam alibi invenio. *Fausta*, ipsi nuper nupta, filia Sullae Dictatoris, Faustique soror, tribus minimum adulteriis probrosa, (de quo vid. Bentlei. ad Horat. Serm. I, 2, 64.) item ex h. l. memorabilis tribus viris, quorum primus fuerat Milo. HEINR. **Apronia* gens est plebeia et consularis. Sed e nostro loco vix citari poterit mulier trium virûm, quorum primus fuerit *Milo.* Neutiquam constat lectio. Maio hic scribitur *C. Aronius.* Apud Ascon. ad *Milon.* l. c. Schützius p. 546. s. habet *L. Aponio;* itemque c. 27. §. 75. pr. *Aponio:* Peyron autem dedit *P. Apinio*, cum e Bavar. cod. *Apinio* enotatum, in palimpsesto autem repperisset PAPINIO. Indicari hic eundem pernegamus. Reducitur *T. Annius Milo:* cuius uxor *Fausta* anno adhuc U. 702. agnoscitur l. V. *ad Att. ep.* 8. et in Asconii *arg. Milonianae* ap. Schütz. p. 527. *Milo rheda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Sullae dictatoris;* p. 529. *postulaverunt .. familiam Milonis, item Faustae uxoris eius exhibendam . . Appii Claudii.* — *Easdem Faustae et Milonis*

Memmio, et T. Peducaeus et C. Cato et M. Octavius Laenas Curtianus.

Sententias tulerunt Senatores duo et XX, Equites tres et XX, Tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt Senatores IV, Equites II, Tribuni II.

Cato praeterea quom vellet de accusatoribus in consilium mittere multique e populo manus in accusatores intenderent: cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. C. Tria-

familias postulaverunt duo Valerii. Non tamen refragabor, si cui ad corrupti nominis *C. Apronii* litteras propius accedere videatur *Papianus*. Testatur enim idem Ascon. ibid. ad c. 35. *Milonem ex familia fuisse P a p i a, deinde adoptatum fuisse a C. Annio avo suo materno.* De *Fausta* v. Plutarch. in *Sulla* c. 34.

Dimissa a Memmio] * illo Scauri competitore, ut suspicor equidem. Videtur autem aliam praeterea uxorem dimisisse, quae deinde nupserat P. Sullae: quando quidem *Memmius*, Trib. Pl. A. U. 669., *P. Sullae privignus*, *Caecilii*, qui eiusdem Sullae fuit filius, *frater* (uterinus) dicitur in l. III. *ad Q. fratr.* ep. 3. Istis enim temporibus apud Romanos nihil connubiis mutabilius, nihil inconstantius.

C. Cato] * paulo ante a Scauro defensus. Vid. *argument.* p. 122. s. — Statim ante Graevio et Maio scribitur sine diphthongo *T. Peduceus*. Nescio vero quo iure Pighius in *ann.* III. p. 336. ex h. l. exsculpserit *T. Peduceum*, *Olenam Curtianum*, Quaestorem A. U. 691.

M. Olenas Curtianus] *Olenus* nomen servi, cui libertas data a T. Flavio Aug., extat in lapide Gruteri p. 577. n. 3. Ὤλενος. Ex quo *Olenas* potuit formari, quemadmodum ex *Eutychus*, *Trophimus*, *Palladius* ductae sunt formae nominum *Eutychas*, *Trophimas*, *Palladas*. V. Salmas. in Trebell Poll. p. 278. F. Verum eiusmodi formae neque temporum sunt illorum, sed citeriorum, et multo minus locus hic potest esse homini libertinae conditionis. Hic igitur noster *Olenas* profecto venit ex corruptela, cum nomen, compendio scriptum, cum cognomine coalesceret. Erat scriptum: *M. O. Lenas Curtianus*, id quod legi debebat, *M. Octavius Laenas Curtianus.* Sic fuit *Ser. Octavius Laenas Pontianus*, Consul a. U. 884. sub Hadriano. Et nullo non tempore reperiuntur ex Octaviis, Popiliis et Vipsaniis viri cognomine Laenates. Hic M. Laenas ex adoptione habuit cognomen secundum, non, ut vulgo loquuntur, agnomen. HR. * A. clar. Maio scribitur *Olena Scortianus;* nescio, qua fide.

Sententias tulerunt] * ex lege Aurelia iudiciaria, de qua v. annot. ad *or. in Clod.* 7, 2. ibidemque ad *schol. Ambros.* 2.

Cato praeterea] Recentiores aliquot Asconii editiones habent *praetor* corrupte. Sed *praeterea* antiquae editiones cum codd. ambrosianis. MAI. * Post hanc voc. sustuli virgulam: ut haec cum vi praeposita iungantur cum seqq. Catonem quaestionem perpetuam de repetundis sortitum esse constat etiam e l. III. *ad Q. fratr. ep.* 1. c. 5. post in. *ep.* 2. ab in.

De calumnia accusatorum] * nempe tenerenturne hi lege

rius nullam gravem sententiam habuit. Subscriptores eius, M. et Q. Pacuvii fratres, denas, et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato Praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum

Remmia, cuius poenam accusatori habenti nihil, quod possit criminose ac suspiciose dicere, sed qui aperte ludificari et calumniari sciens videatur, minatur patronus *Roscii Am.* c. 19. s. §. 55. 57. in fi. Coll. Pauli *sententt. receptt.* I. 5. *x.* III. 6. *cod. Iustinian.* IX. 46. v. Ernesti *clavis* s. l. *Remmia* (in Schützii *lex. Cic.* T. IV. p. 279. s.) Constant. Iac. *van Renesse de coërcitione accusatorum*, Traiect. ad Rhen. 1724. 4. et in Oelrichsii *thesauro nov. diss. belgg.* vol. I. t. II. p. 561. — 632. Henr. Brencmanni *lex Remmia*, *sive de legis Remmiae exitu lib. singul.* in Ottonis *thes.* t. III. p. 1561. — 1696. Bern. *de Ferrante della Legge Remmia*, Neap. 1780. 8. Petr. Iac. de *Bye de delicto calumniae in publicis iudiciis*, Lugd. Bat. 1790. 4. Ill. Hugonis *Geschichte des Röm. Rechts* ed. VII. §. 375.

Subscriptores eius] *nempe *in crimen.* Cf. supra p. 123. et v. Brencmannum l. l. c. 21. in Otton. *thesauro* III. pag. 1635. — 1639. *de Bye* l. l. c. 1. p. 4. — 16. Christ. Henr. Trotz *ad Herm. Hugonis de prima scribendi origine* c. 31. p. 391. s. Ipse accusator *inscriptione* dicebatur contrahere obligationem subeundi poenam calumniae.

Sine tunica — cinctus] Idem tradit, sed rectius, Valer. Max. III, 6, 7. dicens, Catonem Praetorem hoc vestitu M. Scauri *ceterorumque reorum* iudicia egisse. Ergo non fecit, „quia aestate agebatur," credo, ut ille apud Iuvenalem, qui exclamat: *Iulius ardet, aestuo.* Solebat Cato diu ante Praeturam *sine* calceis et tunica in *publicum* prodire, idque, ut consentaneum erat, magis notabatur tum, cum etiam Praetor tali habitu in tribunal ascenderet. Vid. Plutarch. Cat. min. c. 6. et 44. [*c. 50. ab in.*] Atque sic omnino intelligendus *Cato iuridicinae suae in tempore humerum exertus*, apud Tertullian. de Pallio p. 115. B. (16. Salm.) quod Salmasius falsissima ratione traxit ad cinctum Gabinum, p. 211. et iterum 851. Et satis aliunde constat, vetustissimum apud Romanos vestitum fuisse togam sine tunica. Vid. Oct. Ferrar. de Re Vest. III, 1. et Analect. c. 27. [Huc adde *cinctutos Cethegos* ap. Horat. A. P. 50. cum Turnebo in Advers. XIX, 9. HEINR. in *indice* p. 113.] De ἀνυποδησίᾳ veterum Romanorum loquens Io. H. Vossius in Epistol. mythol. T. I. p. 130. testem citat Vet. Scholiastem Iuvenalis I, 111. qui quidem nihil testatur: conflatum est enim hoc scholium ex pluribus glossis, quarum una est: *nudis pedibus*, quae pertinet ad verba poetae *pedibus albis.* Porro Catonem cum Scipione et Germanico affert in publico discalceatos, adscribens pro testimonio „*Gell.* 13, 21." Inspiciat mihi aliquis Gellium hoc capite: abibit, ut ego, illusus. HEINR. *Videtur Summus Vossius respicere c. 20. quod aliis est 21. sed ne ibi quidem illud ipsum reperitur. De nudipedio Romanorum dixit Nigronius *de caliga* c. 2. §. 11. *Calceos* fuisse in urbe *proprium togae* ornamentum pedum testatur Tertul-

quoque sic descenderat iusque dicebat; idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis. ASCONIUS.

lianus l. V. *de pallio*, ad quem l. Claudii Salmasii notae cum Nigronio editae sunt Lipsiae 1733. p. 149. ss. nec non ex Alberti Rubenii libro *de re vestiaria* II. c. 1. de calceo senatorio ibid. p. 170. ss. De *tunicis* cf. annot. ad *or. in Clod.* V. 1. Gellius VII. 12. *Viri Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea substrictas et breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Graeci dicunt ἐξωμίδας.*

Repererat] Malunt *repetierat* A. Patricius ad edita Fragm. Or. Scaur. init. et Pighius Annal. T. III. p. 395. Cur vero? *Novatum* hunc vestitum Catonis ait Plutarchus, et non temere Asconius dicit *repertum*, pro excogitatum, quod aptissimum est in cultu atque vestitu, si diu obsoleta non sine aliqua affectatione prisci moris revocantur in usum. Sed hic gravius quid latet, quod vellem vidissent. Nam haec septem verba, quae antecedunt, *In forum quoque sic descenderat, iusque dicebat*, ut Latinitatem non dicam, pessimam [?] in usu temporum *descenderat et dicebat*, ea quis potest ferre, postquam satis ad rem modo dictum erat, Catonem *iudicium* sine tunica *exercuisse?* Certe, si usquam, hic haeret glossema, quo eiecto, haec sunt integra Asconii: *Cato Pr. iudicium, q. ae. a., sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus, idque repererat ex vetere consuetudine.* Reliqui interim illud *quia aestate agebatur*, quod tamen ipsum est dignius nugatore, quam Asconio. HEINR. *Magis illud, quam haec otiosa, ut visa est, repetitio, suspectum est. Etenim extrema iam aestate exercebatur hoc iudicium, cuius summum diem fuisse *a. d. IV. Nonas Septembris* Asconius testatus est in principio commentarii. Tautologia autem illa removebitur explicando Catonem Praetorem non modo sine tunica illud iudicium exercuisse, cum eam in basilica deposuisset, priusquam sessum iret, sed domo iam in forum sic descendisse. Cum Maio geminavi primam litteram coniuncti v. *reppererat*, quod sic dicitur, ut ap. Valer. Max. III. 10. pr. *qui in cultu . . aliqua ex parte novando sibi indulserint:* quod Patricius accommodate ad Scaurum pro *renovando* positum intelligit de vetere consuetudine relata.

Romuli aetatis statuae — fuerunt] Vide Plinium H. N. XXXIV, 6. s. 11. et Heynium in Opusc. Acad. Vol. V. p. 411. HEINR. * Voc. *aetatis* correxi cum Maio, qui codd. Ambrosianos sequi videtur, auctore Gronovio in *praefat.* ed. Cic. forma IV. in folii 8. parte postica: „Est, qui offensus ea scriptura, etiam negans vulgatum recipere ullum sensum, (quorum prius forsan iustum verumque, de postremo respondeant alii) legit *Romuli aeratae statuae.* Atqui si ipsa literarum elementa persequaris, utique clamant scriptum fuisse *Romuli ac Tatii statuae.*“ In eandem coniecturam incidit doctissimus *orationis pro Plancio* editor Gasp. Orellius ad c. 33. p. 187. De T. *Tatio* Sabinorum Rege, quicum Romulus regnum suum sociavit, v. II. *de re p.* c. 7. s.

Camilli f. t. sine tunica] „Post obitum Camilli [* A. U. 388. Liv.

Hactenus Pedianus, pleraque ex Actis urbanis et ex Annalibus Fenestellae, ut suspicor. Accedunt alii duo eiusdem ferme aetatis, a quibus hic Scauri reatus huiusque iudicii successus commemoratur. Alter Valer. Max. VIII, 1, 10. qui Scaurum ait adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulisse, ut, nisi propter vetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris, absolutus non fuisset. Hoc locupletior alter, Quintilian. IV, 1, 69., Ciceronis Or. pro Scauro, ambitus reo, distinguens, ut par est, ab hac pro eodem Scauro, reo repetundarum, addit, Ciceronem bis eundem defendisse, atque illam causam esse in commentariis, (quod *Graeci* dicunt de suorum causis oratorum, ἐν τύποις, ἐν ὑπομνήμασι, καταλελεῖφθαι. V. Taylor. ad Demosth. Apparatus Reisk. Vol. I. p. 331. s. et 561.) Nam Scaurus in illo ingente reip. motu, dum comitia per multos menses trahuntur, (v. Dio Cass. XL, 45. et not. ad c. 17. Appian. B. Civ. II, 19.) iamque rumor nuntiat Dictatorem, duplex iudicium subiit, bis a Triario postulatus, bis defensus a Cicerone. Et prior causa fuit haec repetundarum, quam quidem vicit; ideoque haec Ciceronis in publicum edita defensio est. Hanc unam, non duas, (sic enim errat Patric. ad Fr. Or. Sc. init. [* huius ed. p. 128. *]) significat haud dubie ad Q. fr. III, 1. . . . . De hac Oratione sua ad Att. IV, 16. „Scaurus erat paucis diebus illis absolutus, *cum ego partem eius ornatissime defendissem.*" ubi convenit mihi cum Ernestio, non recte sic legi. Corrigo: *cum ego pro parte mea rem eius ornat. def.* Nam defenderat cum quinque patronis, quorum orationes videtur haud satis probasse. Iam igitur Scaurus ad summum honorem vehementius tendit; immanis ambitus, de quo candidati omnes postulati, iterumque a Triario Scaurus. In quo demum iudicio est damnatus atque exilio, ambitus poena in Senatore, multatus. V. Cic. Off. I, 39, 3. et Appian. B. Civ. II, 24. (ex quo iuvabis Heusingeros ad loc. de Offic.) Haec igitur altera defensio relicta est ἐν τύποις. Quae quidem omnia, vix percursa summatim a me, multo explicatius possunt evolvi, et vero ad iustum historiae tenorem repraesentari, ex ipso Cicerone, si scriptae illo anno eius epistolae melius, quam factum est adhuc ab ullo interprete, explorantur. Vide ad Att. IV, 15. 16. 17. ad Q. fr. II, 15. et 16. III, 1. 2. 3. et 8. HEINR. * Hinc profecit clar. Peyron ad 33. extr. V. *excursum* V. Sed retractanda, quae VV. DD. de *Scauri* vel absolutione vel damnatione affirmarunt parum liquida. Perpendenti, quae quasi nutu quodam significantur in epistulis tum ad Atticum, tum ad Quintum fratrem, supra p. 128. laudatis, vix dubium erit Scaurum etiam ambitus reum Triario a Cicerone patrono ereptum esse. Sed, ut aperte tradit Appianus *l.* c. c. 23. s. A. V. 701. in iudicium revocatus est lege Gn. Pompeii Magni III. Consulis de ambitu, cuius meminerunt etiam Dio Cassius XL. 52. Plutarchus in *Pomp.* c. 55. med. et praecipue in *Catone min.* c. 48. — Sed age, attexamus *stemma M. Aemilii Scauri* itemque *familiae Claudiae.*

VII. 1.*] annis 31. [*immo 44*] latos clauos, audita pace Caudina, depositos [* A. U. 432. *], docet Livius *lib.* 9. [c. 7. med.] itaque nec vivente Camillo, nec multis tamen post eius interitum annis inductus videtur gestandae tunicae mos." ALDUS MANUTIUS in *quaesitis per epistt.* III. 2. *de tunica R.* in Gruteri *thesauro crit.* IV. p. 290. * Post *fuerunt* cum eodem delevi virgulam incommode his interpositam.

ADDENDA ET EXCURSUS.

Sero attentio mea excitata est et traducta in I. T. Kreyssigii, V. C., *epistolam*, quae accessit *T. Livii Pat. libro tertio trigesimo*, quem *edidit Franc. Goeller* Professor gymn. Col. ad Rhen. Frcf. ad M. in libraria Hermannia MDCCCXXII. 8., *ad editorem* scripta: qua in epistula pp. 478. — 485. acutissumus vir proposuit emendationes et coniecturas quasdam ex Maii editione 1. itemque e docta illa Kiloniensi, quae Crameri atque Heinrichii coniunctis studiis debetur, captas: quibus non nisi passim ex altera Maii editione nonnullas adiecit et lineola interposita a ceteris disclusit. Per nuncios de litterarum augmentis publicos innotuerant mihi Frid. Car. Wolffii *obss. criticae in M. Tullii Ciceronis oratt. pr. Scauro et pr. Tullio* etc. quibus hic interpres nostri oratoris praestantissumus idemque dignissumus Lycei Flenopolitani Rector *Solemnia literaria d. VI. ante Cal. Mai. in Lyceo celebranda indicit*, Flenopoli typis Gerh. Christ. Iaegerii MDCCCXXIV. 4. sed frustra eas hic Lipsiae anquirebam, cum opusculum hoc incoharem. Itaque bibliopolis mandabam, ut litteris libellum, si fieri posset, arcesserent. Quod cum clarissumo Wolffio innotuisset, pro singulari sua humanitate gratissimum ad me misit libelli perelegantis munus: quod laetus accepi die Georgii (a. d. IX. K. Maias), cum orationes duae priores iam typis exscriptae essent: itaque observationibus istis in oratione pro Scauro uti adhuc potui. Denique omnibus iam absolutis inter indicum concinnandorum moras in manus nostras venit editionis Peyronianae censura proposita illa in diariis litterariis Ienanis h. a. XXV. n. 115. 116. ubi e subscriptis litteris sive C. Zumptius professor gymnasii Berolinensis, sive C. Zellius, professor gymnasii Rastadiensis, utique doctus homo

et valde acutus quasi e persona censoria prospicit. Ex horum igitur VV. DD. suspicionibus hic inter excursus supplementa quaedam suo quodque loco intersperssa dabimus aliaque adiiciemus nostris observatiunculis. Et Kreyssigius quidem p. 478. profitetur haec Ciceronis fragmenta ab A. Maio ex cod. rescripto eruta sibi etiam, priusquam Heinrichii et Crameri, virorum acutissimorum, editionem Kiloniensem nactus esset, largam coniectandi materiem praebuisse: quarum lectionum partim codicis auctoritate postea in altera ed. Mediol. confirmatarum exemplis quibusdam positis p. 479. s. haec addit egregius philologus, quasi detestaturus indignam suspicionem: „Quae quidem huic τάσει, ut Hermogenis vocabulo utar, non gloriolae captandae caussa, sed ideo inclusimus, ut, quemadmodum caecam quoque gallinam pisum reperire nostrates aiunt, ita hominem etiam hebetioris ingenii, si rectam viam instituerit, vera investigare posse, neque propterea, ut fit, plagii litterarii, turpissimi criminis, accusandum esse intelligeretur.“ Neminem puto aut tam improbum aut tam invidum fore quin candidissimo philologo Kreyssigio eam tribuat auctoritatem, quam multis iam praeclari ingenii documentis repperit. Nam si, ut placet Stoicis, et recte placet, omnes omnium gentium sapientes inter se esse amicos, ignotos ignotis: quid mirum si rectae indolis homines in veritate, quae nobis integra mente quaerentibus non subtrahat se, sed perquam familiariter occurrat, amplectenda concordarint? Immo, ni ita esset, eius studium deponendum foret. Itaque ne nos quidem homines novi de nostra existumatione qualis futura sit solliciti sumus. Nam quamvis multa, quae cum scriberem bona fide pro meis ostentabam, ab aliis occupata esse (ut deinceps commemorabo) postea cognoverim: certe iure quodam nostro postulare videor, ut etiam alienissumi homines tamen ex iis, quae mihi propria ab omnibus relicta sunt, iudicent de ceteris. Qui enim suo Marte saepe vicit in graviore discrimine: nae ille in leviore certamine successum non videatur virtuti debere alienae. Haec vero non iactationis causa dixi, sed ut artem libros veterum scriptorum ex ingenio quasi divinatione quadam emendandi ab imperitorum criminibus vindicarem, qui omnes coniecturas aequiparant habentque promiscuas, quasi ab arbitrio pendeant nihilque in arte critica tam certum sit, ut infirmari non possit, cum omnis opinabilis divinatio con-

iectura nitatur, ultra quam progredi non possit. At vero ea fallit fortasse nonnunquam: sed tamen ad veritatem saepissume dirigit, saepius certe quam medicina. Sane coniectura ingeniis hominum in multas ac diversas aut etiam contrarias partîs saepe diducitur neque coniectura huiusmodi quicquam incertius: ut vere arguit Cicero *de divinatione* II. c. 26. pr. 71, 147. extr. Sed non minus vere in *or. pro Scauro* II. §. 15. s. praecipitur, *ut argumento, coniectura, suspicione, rerum ipsarum vim naturamque quaeramus*, iudicaturque *argumentum, quod quidem sit proprium rei*, et testimoniis et tabulis, ergo omnino codicum litteris antehabendum esse. Qua in re multum saepe proderit attendere ad totam vim et habitum orationis affectumque loquentis. Nam ex iis, quae egregie disseruntur *off.* I. c. 41. pr., *ut in fidibus musicorum aures vel minuma sentiunt, sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna saepe intelligemus ex parvis. — Ex maestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis et summissione, ex ceteris similibus facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet.* Placet igitur halucinatorum temeritati campum dari? Non placet; sed acutissumorum attentissumorumque quorumque grammaticorum de lectionis veritate consensionem stabilemque opinionem Naturae iudicium agnoscimus. Non autem detestamur, quin longe aliter censeatur de supplementis nostris, in quibus eodem magistro I. 14, 83. consuetudinem imitati *medicorum* sumus, *qui leviter aegrotantîs leniter curant, gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipitîs adhibere coguntur.* Sed iam peractam viam relegamus.

P. 2. col. *b*. lin. 10. et 9. a fine dele voc. *noxalis*. Nam noxalis actio in patrem familias ex interdicto *de vi armatis hominibus* non nascitur, nisi vis ab iis, qui in potestate sunt, facta dicatur, ut a servis, quod quidem plerumque fit, aut a filiis familias. Horum enim similiter, ut pecudum, delictum proprie *noxam* vocari comiter me admonuit Wenckius, quo iuris civilis in academia nostra antecessore illustri contigit mihi uti magistro.

P. 3. col. *a*. l. 10. ab ult. corr. Gai. IV. 16. pro 8.

— — *b*. l. 7. adde: Cf. id. pr. *de interdict.* Ἡνίκα — — περὶ νομῆς ἢ ὡσανεὶ νομῆς μεταξὺ δύο τι-

νῶν γίνεται φιλονεικία, ἀπέρχονται πρὸς τὸν Πράκτορα. — Ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν ῥήματά τινα.

P. 3. *b*. post l. ult. Theophilo *interdicti formula* definitur ὁμιλία Πράκτορος μεταξὺ δύο τινῶν — — γινομένη — — ῥυθμίζουσα τὸν δικαστήν, ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως. De l. VII. *ep*. 18. cf. *excurs*. I. n. 8.

Pro Tullio §. 2. quod Quinctilianus IX. 3. nobis praebuit supplementum, depromptum est ex *or. pro Cluentio* 1, 4. ubi volgatur *non est nostri ingenii: vestri auxilii est*, inculcato v. *est* in priore etiam membro, quo oratio languescit.

Ib. §. 4. p. 11. n. 1. lin. antepaen. l. „ante" [pro „ad"] „conversionem."

Ib. §. 5. *Ingratiis ad maledicendum non soleo descendere*] Assentior plane Cramero *non* delenti. Heinrichius, de integritate huius loci dubitans, sic interpungi vult: *tamen, nisi plane cogit ingratiis, ad maledicendum non soleo descendere.* Non infitior quidem, *ingratiis cogere* elegantem optimaeque aetatis locutionem esse; sed si *ingratiis* cum verbo *cogit* coniungitur, sensus est: *causa cogit invita*, quod absurdum est, non *causa cogit invitum*, qui sensus hic requiritur. Hoc ex locis ab ipso Heinrichio laudatis ita planum est, ut virum acutissimum hoc non vidisse mirer. FR. C. WOLFFIUS. *Haec spinosiora videntur quam veriora. Talia enim reciprocantur vel, si mavis, per ellipsin sunt expedienda, ut h. l. *nisi plane cogit ingratiis* sp. *ut faciam.* Utique huc facit locus *or. pro Quinctio* 14, 47. Heinrichio laudatus.

Ib. n. 2. *Modiceque* emendavit etiam cl. Kreyssigius comp. IV. *ad div. ep*. 4. §. 14. ed. Kortt. *Modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis serviam.*

Ib. §. 6. p. 13. n. 2. adde. *Ut his* correxit et Kreyssigius et Maius in altera editione.

Ib. inter n. 3. et 4. *Si tibi placere potest*] Pro vulgari *si tibi placet*, *si tibi videtur*, Terentius quoque Phorm. II. 3, 32. sive III. 2, 31. dixit: *Si tibi placere potis est.* KREYSSIGIUS p. 483. *Auget haec abundantia urbanitatem et modestiam precum; et tamen simul etiam testatur, quanto cum desiderio quippiam, si id ullo modo impetrari possit, exoptemus. Hic autem cum ironiae quadam umbra dictum videtur. Diffidit enim homini loquaci haud facile orationis suae modum inventuro.

EXCURSUS I. AD OR. PRO M. TULLIO §. 7.

Iudicia de damno et interdicta de vi.

Cum multas leges in hisce fragmentis commemorat [*commemoret*] Cicero, quae, utpote simillimae, facile legentem possunt [*possint*] in errorem inducere, tum iuvat eas singillatim enarrare.

Lex erat Aquilia, seu verius plebiscitum de damno, cuius capite primo cavebatur, ne damnum inferretur, eaque poena statuebatur, qua laedens tanti condemnabatur, quanti plurimi homo, vel animal laesum eo anno fuerit [*fuisset*]. Contra inficiantem actio erat in duplum. Vocabulum INIURIA adeo erat solemne in hoc plebiscito, ut, si ius occidendi vel laedendi appareret, actio Aquilia prorsus inhiberetur. Vide illam in Digest. lib. IX. tit. II.

Proximum sequitur antiquissimum interdictum *de Vi*, quod a Cicerone his verbis proponitur: „Unde tu, aut familia tua, aut procurator tuus illum, aut familiam, aut procuratorem illius in hoc anno vi deiecisti, cum ille possideret, [**quod** v. §. 44.] nec vi, nec clam, nec praecario possideret, eo illum restituas iubeo", atque adeo interdictum *Unde Vi* appellabatur. Porro non *Vis* armata atque solida hic intelligi debet, sed simulata, qua, cum de fundi possessione controversia esset exorta, litigantes inermes, advocatis testibus, ad constitutum experiundi iuris gratia veniebant in rem praesentem, atque petitor alterum deiiciebat. Quae simulata vis dicebatur *vis facta moribus, civilis, quotidiana,* frequentes enim erant eiusmodi lites, *ex conventu vis facta;* atque ipse conventus appellabatur *deductio moribus facta.* Hac peracta praeparatione, deiectus praetorem adibat, ut interdictum *Unde Vi* impetraret; uterque ex iure manu conserebat rem quisque suam vindicaturus. In hanc rem formulae verbosae praestitutae erant, quas ridet Cicero *pro Muraena* XII. [§. 26.] 1)

1) *Hic plura a V. D. confundi videntur, item ut ab Omphalio *in Cic. pro Caecina* Paris. 1585. 4. p. 41. ab Ant. Contio ad *institutt.* tit. *de interdictis* fol. 129. ed. Paris. 1560. 8. — fol. 140. ed. II. ibid. a. 1567. 8. a Sigonio *de iud.* I. 21. a Cuiacio *obss.* V. 17. et a Graevio in Cic. *pro Caecina* c. 7. quem secuti sunt Cramerus et Heinrichius: qui ipse confusionis arguit, et iure quidem, Hotomannum *in Cic. pro Caecina* c. 1. et in *obss.* VII. 6. Vid. *excurs.* III.

Sed cum propter temporum iniquitatem vis simulata in solidam vim abiisset, ut petitor homines sive servos, sive liberos cogeret, atque vel adversarium, vel adversarii familiam a fundo controverso armis fugaret, latum fuit [*constitutum est*] interdictum *De Vi hominibus armatis*. Rem declarat Cicero pro Caecina 32. [§. 92.]: „Dupliciter homines deiiciuntur, aut sine coactis armatisve hominibus, aut per eiusmodi rationem et vim. *Ad* duas dissimiles res duo deiuncta interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, cum possideret, tum deiectum. Ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec vi, nec clam, nec precario possederit", et cetera quae lege. Interdicto exceptionem quandoque addebat praetor; ait enim Cicero ibid. 8. [§. 23.]: „Praetor interdixit, ut est consuetudo. *De vi hominibus armatis*, sine ulla exceptione, tantum ut, unde deiecisset, restitueret." Quae verba ita enarrat Hotmannus in comment. ad h. l. == Pure ac simpliciter decrevit ut restitueret, neque addit [*addidit?*] cum Caecina possideret, sed sive possideret [*possedisset?*], sive non possideret [*possedisset?*], restitui iussit == Quae Hotmanni interpretatio luculenter refellitur 2) a loco mox laudato *pro Caecina* 32; hoc enim interdictum omnem de possessione controvertendi locum tollebat; quare Cicero *ib.* [§. 94]: *Possedit enim Caecina, Recuperatores; et id, tametsi extra causam est, percurram tamen brevi.* Veram exceptionem commemorat ipse Tullius *Epist. ad famil.* VII. 13: *Neque est, quod illam exceptionem* [*in*] *interdicto pertimescas Quod* 3) *tu prior vi hominibus armatis non veneris.* Ita enim vi [*vis?*] illata propulsata fuisset. Tota Oratio *pro Caecina* in interpretando hoc interdicto versatur, quare a pluribus abstineo, id monuisse contentus interdictum *de Vi* cum interdicto *de Vi hominibus armatis* in unum

2) *Immo eadem Hotomanni quae Peyronis sententia fuit, parum huic intellecta. Cf. *de iudicio puro* Cic. *de inv.* II. 20, 60. pr.

3) *Corrigendum *quo* conieci in n. 4. ad *argum.* hui. or. *Quod* pro *quoad* positum tuetur non improbabiliter Kortte comp. π. XLIII. t. 23. (*de cloacis*) fr. 1. §. 7. *placuit non esse in interdicto addendum QUOD NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO USUS.* Non veram autem ibi Cicero exceptionem commemorasse videtur, sed iocans ipse commentus esse ad similitudinem illius antiquioris edicti de vi. Non enim vi vim illatam propelli permiserat Lucullus; id quod intelligas ex h. or. §. 12. pr. Cf. π. XLIII. 16, 1. §. 27.

titulum coaluisse in Digest. lib. XLIII. tit. XVI, illa vero adi sis leg. 1. §. 41, et leg. 6. [*tit. eod.*] de *litis aestimatione*.

Crescente vero temporum iniquitate, hominumque audacia, qua familiae armatae caedes facerent, aedificia incenderent, bona raperent, Lucullus quartum [?] interdictum proposuit, seu verius paullo mutavit praecedens interdictum 4). Illud autem cum Cramero hisce fere verbis expressum fuisse credo: „Si cui dolo malo hominibus armatis coactisve damni quid factum esse dicetur, in eum, qui id fecisse dicetur, intra annum, quo experiundi potestas fuerit, in quadruplum, post annum in simplum iudicium dabo.“ 5) Atqui hoc interdictum paene concinit cum illo *De Vi bonorum raptorum* Digest. lib. XLVII. tit. VIII. „Enimvero,“ verba sunt Cra-

4) *Quo tandem modo Luculli interdictum ab isto, quod modo memoratum est, distinxeris? Ipse enim Lucullus primus composuit interdictum illud *DE VI HOMINIBUS ARMATIS*, in *Digestis* demum vel immutatum vel contractum omissis iis, quae iam nulli usui fore viderentur. Vid. hui. or. §§. 8. 9.

5) *Vv. *iudicium dabo* Savinius in l. *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft* v. III. fasc. II. p. 306. s. et b. Hauboldus ib. fasc. III. p. 366. videntur habere pro recentiore additamento antiquioris illius interdicti itemque in interdicto *Ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit* in π. XLIII. t. 4. fr. 1. pr. *Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo eiusve, cuius ea iurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuit, ob quam in possessionem missus erit, dabo.* Quae suspicio nititur eo, quod non semper nec necessario ex interdicto itur ad iudicem: ut docuit iam Hugo, illustr. antecessor iuris, in *Götting. gel. Anzeigen* 1804. n. 30. p. 296. et quod Gaius *instt. comm.* IV. §. 139. *de interdictis* sic scribit: *Praetor aut Proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis praeponit.* At vero ab huiusmodi *interdicto* v. decreto singulariter in secundam personam concepto distinguendum huius ipsius fundamentum est, edicti pars, *interdictum* generale in tertiam personam conceptum: *SI QUIS* etc. in quo *IUDICIUM DABO* i. e. q. *de eo interdictum* (np. singulare) *dabo*. Atque etiam ipse Hauboldus p. 370. s. hanc praecepti repetitionem atque accommodationem a generali interdicto vel edicto distinguit et interdicti petitionem cum actionis postulatione comparat. Vix unquam, nisi cum nulla de facto controversia esset, impetrato interdicto statim actori a reo satisfactum esse credibile est. Itaque ipso interdicto generaliter constitutum et datum iudicium est. V. *argum.* p. 3. et hui. *or.* §§. 7. — 10. 12. 13. 42. s. cl. Hauboldo p. 373. s. Ceterum apud Gaium l. c. pro *principaliter*, quod Hau-

meri, „utrobique actio est Praetoria, cuius fundamentum damnum alteri datum, causa dolus malus, instrumentum familia armata coactave, finis quadruplicatio damni, ut ovum non sit ovo similius. Cur autem hoc edictum indeque nata actio postmodum adeo evanuerit, ut, si Ulpianum excipias, in iuris libris eius vix vestigium supersit, id non est difficile ad explicandum. Cum enim orta esset his temporibus, quibus per bella civilia nihil non licere crederetur, ubi ad unius imperium res redacta est, facilius singulorum licentiae frena iniecta fuerunt, ad quam rem non parum profuit ab Augusto inde miles perpetuus. Iam vero difficilis est rerum memoria, nunquam posthac, vel rarissime, occursantium. Retinuisse tamen et Seneca videri potest, qui *Controv.* V. 5. *lex,* ait, *fuit, ut qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum, qui insciens simplum,* nec tamen insto. Quidquid vero sit, noster hic Tullii locus oppido est memorabilis. Ex enim eo nove discimus et auctorem edicti de vi coactis hominibus, et causam eius occasionemque proponendi, denique et tempus, quo introductum sit. Etenim ille M. Terentius Varro Lucullus, id ipsi plenum nomen, quum Cos. fuerit cum Cassio Vero A. U. C. 681. non ita multo ante Praetura functus fuerit necesse est, quam peregrinam fuisse solum Asconium auctorem habemus. Quod si cui difficultatem moveat e peregrini Praetoris edicto ius inter cives disceptatum fuisse, is cogitet, cum multa ex urbano in peregrinum aut provinciali [*provinciale?*] transierint, nihil obstare, quin et e peregrino aliqua migraverint in urbanum, praecipue e delictorum materia, quae in primis ius gentium attingere videretur, adeoque Hadriani aetate utraque edicta in unum conflata fuisse.“ Hucusque doctus Iurisconsultus Cramerus in notis ad h. l. PEYRON.

*De *edictorum provincialium* cum urbano similitudine v. l. I. *in Verr.* 46, 118. Contra magnae auctoritatis virum Cramerum comiter, ut tanta eruditione dignum fuit, disputavit ICTus nobilissimus ille de Savinio *über Cicero pro Tullio und die Actio vi bonorum raptorum* in l. precario nobis a Wenckio, viro illustri, ad

boldus explicat *statim ab initio,* Heisius, vir ill., ibid. fasc. II. p. 299. satis commode coniecit leg. *per interdictum:* in ipso Ms. est *pcipali-r-.* Pro v. *pponit* ill. Hugoni ibid. placuerat *interponit:* quod non repudiarim. Nam ꝑ scribitur pro *inter.* V. *ind. siglarum in Gaii cod.* p. CXLIII. ed. 1.

litterarium usum fructum benevole concesso, *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* vol. V. fasc. I. p. 123. ss. Affirmat vir summus *actionem damni vi armatis coactisve hominibus dati* ex edicto Luculli eandem esse atque illam in *Digestis* propositam *actionem vi bonorum raptorum*, etsi temporis decursu quadam tenus immutatam. Negat autem in edicto perpetuo Salvii Iuliani (π. XLVII. 8. fr. 2. pr.) bina aut trina fuisse singula edicta de damno, discreta non solum re, sed etiam auctoribus, aetate ususque diuturnitate, atque olim aliter, atque adhuc in Digestis leguntur, interdicti verba concepta fuisse: et propterea negat, quod interdicti verba *hominibus coactis* et ad *damni quid factum* et ad *bona rapta* referenda sint, cll. l. cit. §. 3. et 12., ideoque non nisi duplex eiusdem delicti (np. laesionis) modus distinguatur. De immutationibus autem huius interdicti propter bellorum civilium licentiam et locupletiorum maxume in damno inferendo audaciam compositi sic disputat, ut usus amplificandi causa restrictionibus sublatis primum adiectionem verbi *armatis* omissam, deinde etiam illius adiectionis *coactis hominibus* necessitatem laxius interpretando esse remotam existumare debeamus: in quam sententiam eiusdem *legis* §. 7. ex Heisii, viri illustris, coniectura, quae et Florentinam et volgarem lectionem coniungit, emendat sic: *Item si proponas, solum damnum dedisse, non puto deficere verba: hoc enim, quod ait, „hominibus coactis", sic accipere debemus, „etiam hominibus coactis", ut sive solus vim fecerit, sive etiam hominibus coactis, vel armatis, vel inermibus, hoc edicto teneatur.* Denique imperio iam pacato cum homines improbi minus ad damnum dandum quam ad rapienda bona audaces essent; *damni dati* per se mentione omissa iam solam actionem *vi bonorum raptorum* in usu mansisse atque ita interdictum illud in legem de furto violento vel latrocinio mutatum esse ostenditur ex eiusd. *l.* §. 17. cll. Iustiniani *instt.* IV. 2. et *cod.* IX. 33. Obstat π. XLIII. 16, 1. §. 27. Certe ab utroque iuris antiqui interprete acutissume disputata videntur valere ad diversa eiusdem interdicti Lucullei capita distinguenda. Nam diversas utique xe eo datas esse actiones diversis constitutis iudiciis colligimus e discriminibus quibusdam. Illas quidem discrepantias, quae videbantur depraehendi in eo, quod in Luculli interdicto *DE VI HOMINIBUS ARMATIS* non

addebatur *IN HOC ANNO* et quod iudicium *in universam familiam* dabatur, interpretando removere tentavimus p. 2. et ad §. 41. p. 55. a. Sed alia eaque maior remanet dissimilitudo in exceptione *SI INIURIA*, ut observavimus ad §. 41. p. 55. Gaium quoque possumus adhibere auctorem, nisi forte non nemini videamur argutari tamquam veram sententiam interpretantes *quorundam opinionem* in *instt. commentar.* IV. §. 8. *Poenam tantum consequimur ad* [e vestigiis litterarum *et*/ in cod. malim *secundum*, quod scribebatur *se7d*: v. *indicem siglarum in Gaii cod.* p. CXXXVIII. extr. cl. p. LXXXVI. ed. 1.] *quorundam opinionem actione vi bonorum raptorum: nam ipsius rei et vindicatio et condictio nobis competit*; cl. ib. §. 9. *Rem vero et poenam persequimur velut ex his causis, ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus: quod accidit per actionem — damni iniuriae:* ubi corrig. *iniuriâ*, itemque in Iustin. *instit.* IV. 6. (*de act.*) §. 23. 26. tit. 16. (*de poena temere litig.*) §. 1. Ad Aquiliae autem legis similitudinem etiam ex interdicto Luculli DE DAMNO etc. actor et rem (np. simplum) et poenam (tripli nempe), non poenam tantum consecutus esse censendus est, nempe *quadruplum.*

Ceterum iniquitatem illam atque audaciam, quae huius interdicti causa fuit, ut rem frequentatam et pervagatam memorat adhuc L. Seneca *de brev. vitae* c. 3. *Praedia sua occupari a nullo patiuntur: et, si exigua contentio est de modo finium, ad lapides et arma discurrunt.*

Quod autem Savinius videtur statuisse in eiusdem libri vol. III. fasc. III. disp. XVII. *über die lis vindiciarum und über das Verhältniss derselben zu den Interdicten* p. 427., fuisse unum tantum *interdictum DE VI* (*pro Tullio* §. 44.), quod *pro Caec.* 31, 91. dicitur *interdictum, UNDE ILLE ME VI DEIECIT*, cui propter facinoris atrocitatem interdum aliquid additum esset, quo plus daretur actori in reum, et tunc idem illud appellatum esse *interdictum DE VI HOMINIBUS ARMATIS* (ib. 8, 23.) v. *DE ARMATIS HOMINIBUS* (31, 91.) v. *DE VI ARMATA* (in π.), ex quo nasceretur *actio vi bonorum raptorum:* in eo praestantissumus iuris interpres iam aperte refellitur iis partibus huius orationis, quae nuper demum inventa sunt §. 44. 46. cl. 8. ubi utrumque edictum, ut diverso tempore con-

stitutum, satis distinguitur. Quid, quod iam in *or. pro Caec.* 32, 92. distinguuntur, quae *ad duas dissimilis res duo deiuncta interdicta* erant? ad quem locum provocaverat ipse Savinius p. 425. laudato etiam Cuiacio ad Paulum V. 6. §. 4. qui utriusque interdicti discrimen accurate exposuisset. Videtur igitur V. S. nescio quo pacto huius distinctionis immemor illa paullo confusiora postmodum adiecisse. Recte vero videtur a *vi ex conventu facta*, quae esset imaginaria, distinxisse eam *vim*, quam p. 427. cum Heinrichio interpretatur non sollemniter vocabulo repetito ex ipso interdicto, sed quia haud ita raro adhiberetur, a Cicerone (*pro Caec.* 32, 92.) dici excusatius *cotidianam*, ut 31, 91. pr. ipsum de ea interdictum restitutorium *cotidianum*, h. e. quod est *in usu cotidiano*, usitatum et iam pervolgatum 13, 36. Sic in *or. pro Scauro* §. 33. *res non abhorrens a consuetudine* dicitur *haec cotidiana res*, et *de or.* III. 49, 188. *haec opera cotidiana et pervagata*; in *epist. Bruti* ad Cicer. 16. a pr. *Non solum enim usitatum, sed etiam cotidianum est.* Hanc vim cotidianam Savinius p. 431. 433. inter imaginariam illam *ex conventu factam* et *vim armatam* constituit mediam eamque sine armis quidem fuisse disputat, sed ipsam tamen solidam. Quibus concessis nequaquam tamen efficitur illud, quod volt Savinius, interdictum illud cotidianum non esse datum de ipsa quoque *vi ex conventu facta* vel imaginaria. Argumento primario utitur hoc p. 432., quod etiam antiquum illud interdictum sine vi armata tamen *atrocitatem facinoris in se habere* scribitur ap. Ulpianum in π. XLIII. 16. (*de vi*) fr. 1. §. 43. *Interdictum hoc, quia atrocitatem facinoris in se habet — — — verius est, nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum esse — — — aliter, atque si vi armata usus sit adversus libertum patronus, vel adversus liberos parens: nam hic interdictum competit.* Videtur hoc argumentum eludi posse duplici interpretationis calumnia; sed nihilo minus illud non plane reiicimus adiungimusque ipsius interdicti verba in hac or. 44. e quibus apparet pertinuisse illud etiam ad *familias a familiis vi deiectas.* Quam vero abhorruerit a moribus vi ex conventu facta familias deduci a familiis manifestum est, cum in tali negotio servos dominorum vicarios esse potuisse improbabile sit. Vix tamen ex his colligas deductionem nonnisi vindicationis praeparatoriam fuisse interdictumque UNDE VI non

nisi facta vi solida datum esse. Immo res ipsa manifestat ante Luculli praeturam hoc interdictum promiscue datum esse de omni vi sive solida sive ex conventu facta; postea vero, nisi aut arma adhibita essent aut homines coacti: nam sequiorum demum iuris consultorum laxiore interpretatione adiectionis illius *de coactis hominibus* actionem *damni dolo malo facti* aut *vi bonorum raptorum* etiam in unum inermem, qui id fecisse diceretur, datam esse bene docuit Savinius. Ulpiani autem in *D.* d. t. *de vi* fr. 1. §. 3. 28. testimonium *ad solam atrocem vim pertinere hoc interdictum* non de antiquioribus temporibus accipiendum est. Ipsius quidem aevo deductionis ritum, inane quoddam contentionis violentae simulacrum, dudum antiquatum esse non miramur. Quamdiu hic obtineret non dum confuso utroque interdicto DE VI, facile perspicitur quomodo per M. Luculli interdictum fuerit alterum illud antiquius ad solam paene *deductionem* restrictum, licet *vi deiectum* restitui iuberet. Quoniam vero vis ex conventu facta solidam vim imitabatur adeoque deductionis ritus e cotidiana vi solida ortus videtur et ad hanc quoque interdictum illud antiquum pertinebat: idcirco recte, quod in eo additur, IN HOC ANNO (*pro Tullio* §. 44. *ad fam.* XV. *ep.* 16. §. 5.) ad vim utrovis modo factam referetur: quae praescriptio non video cur offenderit Savinium p. 431. s. si referatur ad deductionem, sollemnem quendam vindicationis actum. Ni fallor deductione interrumpebatur usucapio ita, ut ei, qui aliquem deduxisset moribus usucapione prope iam impleta, non tamen faveret lex XII tabb. quam exponemus *excursu* II. Deductione igitur usurpabatur. Certe Gaius in *π.* XLI. 3. fr. 5. dicit, *cum quis de possessione vi deiiciatur, hoc casu interrumpi possessionem adversus omnes nec quicquam interesse, is, qui usurpaverit, dominus sit, nec ne.*

Pro Tullio §. 9. n. 1. Cramerus, Vir celeberrimus, bene intellexit *sciret* legendum esse. FR. C. WOLFFIUS. * Itemque Kreyssigius, a quo p. 479. laudatur Maius ed altera sic correxisse.

Ib. n. 2. post HEINRICHII nomen insere: „Sed hac emendatione facile carere possumus. *Hoc* enim ad sequentia referri debet, et *ita* et *sic* saepe pleonastice

adiicitur. Sic Cicero etiam *Sull.* 1. ait: *sic hoc ego sentio.* FR. C. WOLFFIUS. *At vero ibi §. 3. *sic* respondet praecedentibus vv. *ut ille putavit.* H. l. pron. *hoc* respicit ad superiora: ut *illud* I. *off.* 26, 92. pr. *Illud autem sic est iudicandum, maxumas geri res* etc.

Ib. §. 10. p. 19. *Indicium dare, quod a familia factum diceret iure*] Cramero placet: *diceretur non iure*, Heinrichius corrigit: *quod a familia factum vindiceret iure.* In Crameri autem emendatione verba *non iure* non suo loco posita videntur. Heinrichii correctio ideo locum habere non potest, primum quod de vindicatione in sequentibus demum sermo est; tum formula loquendi *indicium iure vindicit* sensu commodo mihi videtur destituta. Corrigo facilius, atque, ut mihi quidem persuadeo, sententiae huius loci haud paullo accommodatius: *quod a familia factum non liceret.* Ita hunc locum verto: *Da zu diesen Zeiten u. s. w. hielt er es für nöthig, in Beziehung auf das gesammte Gesinde anzuzeigen, welche von dem Gesinde verübte Handlung nach dem Rechte nicht erlaubt sein sollte.* FR. C. WOLFFIUS. *Has coniecturas aliam alia callidiores, minus autem calidiores peperit litterarum in prima Maii editione confusio. Ceterum Heinrichius *vindicare* v. *vindicere* pro *ulciscendo, puniendo* accipi voluerat.

Ib. §. 12. p. 21. *Cum iudicium ita daretur, ut venire videretur, ne* etc.] Heinrichius ita hunc locum restituit: *Cum iudicium* [**ita**] *daret* (pr. *daretur*), *ut hoc solum in iudicium veniret, num esset* (sic vocabulum *ne* correxit) *vi hominibus coactis armatisve* [codex habet *armatis vi* 1)] *damnum dolo malo familiae datum, neque illud adderet* (ex ingeniosa Crameri emendatione) *INIURIA* etc. Meliorem autem et ab Heinrichio proposita multo faciliorem huius loci emendationem mihi impertiit Franckius, collega carissimus. Ita enim locum restituit: *Cum iudicium ita daretur, ut hoc solum in iudicium veniret, videreturne vi hominibus coactis armatisve damnum dolo malo familiae datum, neque illud accederet* (coniecceram *adesset*) *INIURIA* etc. Si reputamus, iudices ita sententiam pronuntiare solitos esse: *Videri sibi hunc hominem libe-*

1) *Cod. recte *ve.* Sed 1. editor non recte legerat *vi:* quod ipse tacito in 2. ed. correxit.

rum, videri iure fecisse vel non fecisse, haec emendatio mihi videtur certissima. Ita verto: *Wenn die Formel* (iudicium enim hic ut §. 7. iudicandi formulam designat) *so gegeben würde, dass dies blos zur gerichtlichen Entscheidung käme, ob vermittelst der Gewalt durch versammelte oder bewafnete Menschen, durch Arglist des Gesindes, Schaden zugefügt schiene, ohne dass jenes Wort INIURIA hinzukäme* (oder dabei stände, d. h. in der Formel vorkäme, si *adesset* corrigere praestet). FR. C. WOLFFIUS. *Vereor, ne hos coniectores laudando mihi ipsi suffragari viderer. Sed *daret* ex Heinr. coni. et *adderet*, quod restituit etiam Kreyssigius p. 479., refertur ad Praetorem.

Ib. §. 14. p. 23. notae paenult. adde: Hic locus, in 1. ed. perturbatus, adcuratiore orationis distinctione et audaciore verborum transpositione in hunc ordinem, quem nunc ab ipso cod. firmatum sequitur Maius quoque, redigendus esse videbatur KREYSSIGIO, qui p. 483. s. haec scripsit: „Primum nemo non videt, verba *sane magno* non ad nomen *fundo* pertinere, sed a verbo *emit* pendere, ideoque cum praecedentibus parenthesi minime fuisse includenda. Deinde in sequentibus, ubi pretii magnitudo adcuratius definitur, verba *dimidio fere pluris* transpositionis ope necessario coniungenda erant propterea, quod et Latini *dimidio* simpliciter, comparativo haud addito, pro *ex dimidia parte*, raro ita dixerunt, ut apud Quintil. Instit. orat. I. 10, 42. atque Ovid. Trist. II, 175. sq. legitur, neque probabile est, exustis villis omnibus, dimidiam tantum agrorum partem incultam iacuisse. Ita non solum auctor Orat. pro Dom. c. 44. [§. 115. in fi.] dixit: *emit domum, licitatoribus defatigatis, prope dimidio carius, quam aestimabat,* sed etiam Cicero ipse Verr. III. 33. [§. 77.] *Addicitur medimnum* XXXV. *millibus, dimidio fere pluris, quam superiore anno.* De verbo *emerat* sub finem periodi addito, omnes, opinor, mecum consentient. — Maium in codice iterum inspecto non solum *dimidio fere pluris,* sed etiam vocabulum *emerat* reperisse, mirifice laetor.“ *Nos etsi hoc non miramur: tamen laeto laetitiae causam laetabundi non minus congratulamur, quam si Maius e codice eruisset v. *emerat,* cuius tamen litterae Peyronis oculis se subtraxerunt.

Ib. §. 15. notae 2. adde: Probavimus hanc interpretationem formularum Gernhardo V. C. ad *Lael.* 26, 100.

p. 279. in *addendis* ad p. 199. agnoscenti *nescio quo modo* vel *nescio quo pacto* modo habere aliquid indignationis, cum vides tibi accidisse quod nolueras committere, modo esse se ipsum cum communi consuetudine vituperantis vel naturae iniquitatem et commune plerumque vitium cum quadam doloris significatione reprehendentis, modo de Fortunae iniquitate querentis.

EXCURSUS II. AD OR. PRO M. TULLIO §. 17.

Auctor et *auctoritas* an *autor* et *autoritas?*

Nihil est notius usu verbi *auctor* in venditionibus: de quo certatim multi dixerunt, et quidem Hotomannus ad Verrin. V, 22. et ad Caecin. c. 10. non sine ineptiis; melius Salmasius in Treb. Poll. p. 286. C. quem virum, sciendum est, cum interdum quaedam confusius scripserit, rursus permulta unice explicuisse, quae ab aliis confunduntur. Sed de ratione huius usus restant, quae dici possunt. Nam *auctor* omnino est, qui rei dominium habet, a quo venditio, aut donatio, aut quidquid est, pendet, vel proficiscitur: quem scita cum significatione verae vocabuli originis Graeci dicunt *αὐθέντην*, et exponunt *αὐτεξούσιον*, aliisque similibus verbis. Vide H. Steph. Indic. in Thes. L. Gr. et Ducang. in Gloss. med. et inf. Graecit. s. v. *αὐθέντης*. Adde viros doctos ad Thom. Mag. v. *δεσποτεία*. Id ulterius repetendum est quidem a vocabuli vera origine vique propria. Nam a Graeco *αὐτὸς* dici coepisse *autor*, et *auctor*, id quidem diutius dubitari non potest: quod Graeci usurpant itidem, ut *auctorem* Latini. Ex quo profectum est, quod a discipulis doctor dicitur *αὐτὸς*, non solum professor artis, sed etiam possessor, ut, praeter illud *αὐτὸς ἔφα, auctor dixit*, vox discipuli de doctore apud Platonem est in Protagora p. Steph. 314. [D.] *οὐ σχολὴ αὐτῷ, auctori*. Indeque est, quod discipuli dicuntur *esse a doctore*, ut erant illi *ἀπ' Ἀριστάρχου*, ab Aristotele, nec vero cuiusvis non docti doctoris discipuli nil discentes. Exempla apud Schaeferum in Meletem. crit. p. 28. Scilicet qui est *αὐτὸς*, qui a se ipse pendet et est sui iudicii, ab eo rursus alii pendent et ab ipso sunt. Quae usui est multis in rebus, comparatio linguarum, ultra ea ad rem praesentem nonnihil faciet. Germanorum hoc verbum,

sieris. Certe *auctoritas* esset derivanda ab adiectivo *auctoris*, ut ab adi. *popularis* formatur *popularitas*. Contra derivatio illius voc. a pron. *αὐτός* *) et ἔρω, εἴρω, *dico*, non improbabilis videbitur comparanti verbum *autumo*, *αὐτομῶ* (a *μάω*, *volo*, *quaero*, *cogito*, *sentio*), littera vocali o aeolice mutata in *v*, nisi forte cognatum est cum v. *ἀΰτέω*, *clamo*, cui ex altera parte respondet Laconicum *αὖς*, *αὐτός*, hodieque superstes *αὐτίον*, *auris*. Erit igitur *autor*, *αὐτώρης*, dominus legitumus, is, qui *ipse* loqui debeat ea, quae rata sint de quacumque re; dominus rei et proprietarius, *quem penes arbitrium est dicendi et rata potestas*, quae valere pro lege debeant, cui nemo possit refragari.

Hinc, qui transtulit rei dominium naturale, a quo alter rem bona fide acceptam habet, adhuc est *autor* atque retinet aliquamdiu nudum *ius Quiritarium*, cum alter acceperit *dominium naturale* vel *bonitarium*: de quo discrimine v., sis, Gaii *instt.* comment. II. 40. s. deinde e recentioribus Alb. Diet. Trekell *de origine atque progressu testamenti factionis praesertim ap. Romanos* c. 8. §. 9. p. 72. — 75. et in epistulis VV. DD. collectis (*Gesammelter Briefwechsel der Gelehrten*) Hamb. 1750. 8. epist. 34. p. 536. et Ger. Meerman ad *Ulpiani fragm.* t. I. §. 16. in *thesauri* t. VII. p. 746. *Heidelbergische Iahrbücher der Litteratur für Iurisprudenz* 1809. p. 329. — 332. Schraderi *rechtsgeschichtliche Bemerkungen* n. I. in Hugonis *Civilist. Magazin* t. V. n. 7. p. 141. — 152. et Hugonis *Geschichte des Röm. Rechts* ed. VII. §. 208. 209. coll. §§. 86. s. 206. 348. Antiquissuma huius discriminis vestigia v. in Niebuhrii, viri perill., histor. Rom. t. II. p. 360. s. not. 72. p. 366. s. Cff. *Ergänzungs-Blätter zur Hall. allgem. Litteratur-Zeitung* 1813. n. 129. p. 1027. — 1029. *Ius Quiritarium* in primis valebat in mancipatione rerum mancipi, e. g. fundi. V. Iac. Raevardi *lib. de auctoritate prudentum* c. 10. Chphr. Waechtler in *actis eruditorum* a. 1718. p. 198. sq. Trekell tract. laud. c. 3. §. 10. — 21. p. 75. — 115. Franc. Car. Conradi

*) De pron. *αὐτός* eiusque maiestate interim cff. interpp. ad Aristoph. *nub.* 219. Duportus ad Theophrast. *charact.* II. §. 2. p. 221. ed. Needham. Valesius ad Eusebium *de laud. Constantini* c. I. p. 716. Chph. Wolle *de emphasi pronominis Ipse Graeca*, Lips. 1738. 4. et Ilgen ad Leonidae Tarent. epigramma in Venerem Anadyom. vs. 9. in eiusdem viri S. V. *opuscc.* t. I. p. 33.

lib. de veris mancipi et nec mancipi rerum differentiis (Helmst. 1739. 4.) c. 7. §. 2. — 4. p. 71. — 75. Ger. Meerman *diss. exhib. nonnullas de rebus mancipi et nec mancipi earumque mancipatione coniecturas* (Lugd. B. 1741. 4.) §. 161. — 200. p. 101. — 124. §. 226. — 245. p. 139. — 151. §. 262. — 295. p. 160. — 180. Christ. Guil. Küstneri *epist. de antestato in mancipationibus*, Lips. 1742. 4. Chph. Saxii *obss. antiquario-philologicae ad vetus chirographum thesauri Muratoriani mancipationis formulam continens* (Trai. ad Rhen. 1757. 4.) p. 31. — 41. coll. Christ. Guil. Küstneri epist. in l. *Unpartheyische Kritik über iuristische Schriften* t. VI. p. 170. — 178. cum Chph. Saxii responso ibid. p. 392. — 404. Theod. Max. Zachariae diss. II. *coniecturae de rebus mancipi et nec mancipi* (Lips. 1807. 4.) sect. I. c. 3. p. 7. — 15. c. 7. p. 26. — 28. et sect. II. p. 29. — 32. Nec minus necessarium id erat ad rei vindicationem, de qua v. Brissonii lib. V. *de formul.* c. 120. et Balth. Branchu *dec. II. obss. iuris Rom.* c. 15. p. 82. — 108. Acquirebatur id tum aliis modis, tum ipso usu rerum mancipi, quae quidem privatae essent. V. Dominici Bricherii Columbi *diss. qua perpetuum usucapionis effectum dominium iuris Quiritarii iure vulgo constitui evincitur.* — *Agitur de rebus mancipi ac nec mancipi, et de Quiritario ac bonitario dominio paullo curiosius.* Vindob. 1738. 4. *Die Lehre von der Verjährung durch fortgesetzten Besitz, dargestellt nach den Grundsätzen des Römischen Rechts von Carl Aug. Domin. Unterholzner*, Vratisl. 1815. 8. *Autoritas* cum *possessione* et *usu* coniuncta dicitur *solida proprietas* in π. XXXIII. t. 2. fr. 26. pr. Cf. XXXIIX. t. 2. fr. 35. Ager emptus, quo de hic agitur, erat ille quidem dudum *in bonis* Fabii atque Acerronii *possidebaturque* ab iis iure gentium pro suo; sed non dum per usum acquisitio impleta erat; non dum usucapione *proprietas rei acquisita* erat (*quae res consolidatio appellatur* in Iustin. *instt.* II. 4, 3. π. VII. t. 2. fr. 6. pr.); sed *auctoritas* vel *autoritas*, h. e. *nudum* v. formale s. legitumum *ius Quiritium* nec dum demonstratis finibus remanserat penes venditorem, dominum proprietatis, qui propter hoc *dominium ex iure Quiritium deducto usu* vel *ius rem vindicandi* dicitur *autor* v. *auctor*, ut *p. Mur.* 2, 3. ex. *is, qui in iis rebus, quae mancipi sunt, periculum iudici praestare debet, quoniam se nexu obligavit.* Ideo apud Paul. in

recept. sent. II. 17. §. 8. dicitur *auctoritatis venditor*, h. e. *autoritate obnoxius*, non, ut Ballhornius p. 268. interpretatur, *qui ipsam etiam autoritatem vendidit.* Salmasius *de usur.* c. 8. „*Autoritas* — — non proprie est actio pro evictione, — — sed id, quod illi actioni locum facit. Qui enim *autorem bonum* se venditae rei promisit et *dominum*, id praestare debet, et sic autoritati obnoxius censetur; quam nisi praestet, actione tenetur pro evictione. Non est etiam ius vel titulus, quo quis possidet, — — sed ἀξιοπιστία, qua se *dominum* rei spondet, qui eam vendit.“ Cf. Plaut. *curcul.* IV. 2, 12. Iustin. *cod. rep. praelect.* VIII. t. 45. §. 22. Quod si Claudius fundum Fabio et Acerronio non mancipaverat, sed tantum tradiderat: valebat lex XII tabularum, ex qua *usus auctoritas fundi biennium est*, ut scribit Boëthius ad Cic. *top.* c. 4. Cff. Gaii *institt. commentar.* II. 42, 54. Iustinian. *cod.* VII. t. 31. (*de usucapione transformanda*) et *instt.* II. 6. pr. ibidemque Theophilus. Ulpian. *tit.* XIX. §. 8. Ever. Ottonis diss. *de ll. XII tabb.* c. 8. ad tab. 6. Ballhornius l. c. p. 244. s. 250. 253. ss. 260. s. 268. s. cuius V. D. interpretatio p. 239. s. novo possessori *usum* tantum, pristino autem domino *autoritatem per biennium* tribuit ita, ut *usui* opponatur *autoritas*, quasi dicatur *hic* (apud bonae fidei possessorem) *usus*, *illic* (penes dominum proprietarium ex iure Quiritium) *autoritas*. Comparantur ab acutissumo interprete vocabula forensia similiter inter se opposita: *locatio conductio*; *emptio venditio*. Nihilo minus recte haec explicatio reprobatur existumatori Ienano *O.* in nuntiis universar. litterar. a. 1823. m. Febr. n. 23. p. 181. cui tamen multo minus assentior censenti alterum vocabulum ad prius illud omissa copula appositum, ut fere dicatur *usus fructus* pro *usu et fructu*. Uterque igitur interpres eosdem casus accipit et *biennium* pro accusativo: recte quidem, si in *or. pro Caec.* 19, 54. pr. (ap. Schütz. c. 18.) pro eo, quod in libris scriptis legitur: *Lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium*, expuncta copula cum editoribus Hotomannum ducem secutis corrigendum sit *usum auctoritatem*. Sed contorta verborum structura refragatur Schützii ibi interpretationi, ceteroqui sane commodae illi: *ut usus per biennium sit auctoritas fundi, h. e. ut, si quis fundum per biennium nemine repugnante possederit, nulla eius postea detur evictio.* Itaque aut vv.

usum et auctoritatem sic accipienda, ut sit ἓν διὰ δυοῖν, aut ibi quoque *usus auctoritatem* revocandam arbitramur. In *top*. c. 4. *biennium* habemus pro nominativo propter ea, quae statim opponuntur *ceterarum rerum annuus est usus*. Nam ut hic adiectivum, sic ibi substantivum cum altero substantivo iunctum est: neque opus videtur, ut aut ibi *biennium* in adi. *biennis* (quod vix idonea potestate ad *auctoritatem* referas) aut hic *annuus* in subst. *annus* mutetur. *Usus* autem *auctoritas* est *usu capta* vel *per usum acquisita auctoritas*. Cf. annot. ad I. *off*. 12, 37. p. 89. De genitivo originis, qui hic modum acquirendi indicat, v. obs. ad *or. pro Scauro* II. §. 11. in f. Eundem ablativi vicarium agnoscimus etiam in π. XLI. t. 9. (*pro dote*) fr. 1. §. 2. ubi non, ut brabeuta Ienanus l. c. voluit, duo substantiva eodem casu iuncta sunt, sed *usus capio* pro *usucapione* dicitur. Optume ipse Ballhornius p. 295. 4) cum Boëthio statuit genitivo *usus* iunctam *autoritatem* esse αὐθεντίαν τῆς χρήσεως (*basilic*. II. 1, 51. t. I. p. 33.) laudato Ant. Contio in *disput. iur. civ*. I. c. 10. Harmenopulo dicitur κυριότης διὰ χρήσεως. In Cic. *ad fam*. l. VII. *ep*. 29. §. 1. *ep*. 30. §. 6. (Bened. §. 7.) χρήσει, *usui et fructui*, opponitur κτῆσις, *proprietas mancipio et nexo*, quo utroque voc. coniuncto et titulus et modus acquirendi dominii (*per aes et libram*) declarari videtur Car. Guil. Ernesto Heimbachio in diss. *de C. Aelio Gallo ICTo* (Lips. 1823.) p. 53. Cf. Lucretius III. 984. Iustinianus in *cod. repet. praelect*. l. VII. *t*. 25. (*de nudo iure Quiritium tollendo*) hoc *antiquae subtilitatis ludibrium expellens nullam esse differentiam* patitur *inter dominos, apud quos vel nudum „ex iure Quiritium" nomen vel tantum „in bonis" reperitur: quia „ex iure Quiritium" nomen nihil ab aenigmate discrepat nec unquam videtur nec in rebus apparet, sed vacuum est et superfluum verbum*. Ait igitur: *„sit plenissimus et legitimus quisque dominus rerum ad se pertinentium:* quo respicitur ib. tit. 31. *de usucapione transformanda et de sublata differentia rerum mancipi et nec mancipi*. Cf. Io. Hartw. Reuteri comment. *aenigmatis, quod Imperatori L. un. C. de Nudo iure Quirit. toll. visum in dominio Quiritario ac bonitario, solutio*, Hal. 1755. 4. *Mackeldey Lehrbuch des heutigen Römischen Rechts* ed. III. §. 302. Hugonis *Geschichte des R. Rechts* §. 425. 426.

Pro M. Tullio §. 18. p. 32. col. 2. post lin. 10. adde: Secundum Pauli *recept. sentent.* l. I. tit. 19. §. 1. *duplatur, si a reo infitietur, actio de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est.*

Ib. lin. 5. ab ult. post PR. inseras: Pro *agmine*, si quidem in eiusmodi loco coniecturis indulgendum, potius *discrimine* reposuerim. Vocabulo *semustulatus* sive *semiustulatus*, quod apud Ciceronem pro Mil. cap. 13. proprie de ambusto Clodii cadavere legitur, Livius XXII, 35. et 40. *ambustus* atque *semiustus* substituit. Cf. Gronovii Diatr. in Stat. cap. 33. p. 341. ed. Hand. et Drakenborch. ad Liv. XXVII, 1, 15. KREYSSIG. p. 484. *Idem V. D. p. 479. deinceps, ut nos quoque sponte nostra, incidit in coniecturam *habilia*, quam in altera ed. recepit Maius.

Ib. §. 19. n. 1. *Illi* Kreyssigius quoque corrigendum suspicatus erat.

Ib. p. 34. l. antepaen. n. 2. post PR. adde: „Ego vero coniunctionis locum tantum mutandum esse censeo legoque: *non obscure sed plane ut intelligere viderentur*. Si enim dici potest: *plane ut intelligere viderentur*, de quo nemo dubitabit, cur non aeque bene dici posset: *non obscure sed plane ut intelligere viderentur?* FR. C. WOLFF. *Sed non opus. *Plane intellegere* dicitur VII. *fam. ep.* 23. §. 4. *Plane enim intellego.* Potest etiam construi: *ut plane viderentur.*

Ib. n. ult. *Ambularet*, quod Maius in altera ed. recepit, legendum animadverterat Kreyssigius quoque p. 479.

EXCURSUS III. AD OR. PRO M. TULLIO §. 20.

Deductio moribus faciunda.

Deducere aliquem de possessione est eundem expellere, vel ea privare. Confer pro A. Caecina VII. [§. 20.] Denunciat igitur Tullio Fabius optionem, ut de agro controverso aut ipse facessat, iudicio interposito, aut se esse ei cessurum. MAI. Sapienter Cl. Maius digitum intendit ad Or. pro Caecina c. 7. ubi alia ad rem, alia secus dixerunt Interpretes, et cum his plerique omnes, qui

eius moris meminere. Male enim confundunt hanc, de qua hic sermo est, vim civilem, imaginariam et quotidianam, cum festucaria illa notissima apud Gellium. Et ista quidem eo tantum consilio facta videtur, quo statim posset ad interdicta veniri, fuitque quasi praeparatoria interdicti de vi quotidiana, et fiebat convocatis quidem in testimonium amicis, sed priusquam in ius iretur. Contra *festucaria* fiebat in iure et quodammodo fuit praeparatoria rei vindicationis, nec ad alia iudicia accommodata. In rem quaedam nuper dixit Amplissimus Savinius nobilissimo *de Possessione* opere §. 40. *not.* 1. Cuiaciano more, h. e. concisius, quam plerorumque lectorum ingenia patiuntur. CR. Actus hic erat sollennis inter cives, et simulata vis sive deiectio, advocatis amicis, ut nunc Acerronio, cum venerat in controversiam possessio: qua in re una adhuc suppeditabat Oratio pro Caecina, rem adeo plane illustrans, ut, nisi semper fuisset cara annona bonorum interpretum, eam, vix crederes, potuisse tam manifestis crassisque erroribus implicari. In quibus familiam ducit ille saepe disertior, quam sollertior, Hotomannus 1), qui quidem omnium primus pessimo exemplo miscuit Gellium cum Cicerone, ad Or. pro Caecina c. 1. [§. 2.] Contra quem Graevius, in fi. annotationis ad loc. laud. c. 7., utrumque recte distinguens, et quod *manu conserere* dicebant *ex iure*, diversum esse admonens a deductione moribus, non iure, facta, tamen, quia modestius rem dixerat, a nemine est auditus; et vicit iste cum loquentia sua adeo, ut etiam longo post tempore Ernestius integros eius errores, repetitos ter quaterque in Clave (vide in v. *conserere*, *deducere* et *deductio*, imprimisque in *vis*), propagaret ad omnes deinceps Ciceronis lectores et editores: inter quos miror saltem Cl. Beckium, quomodo Graevium potuerit afferre, et tamen moribus deductionem ex Gellio, et de festucaria actione (sic dicit), interpretari, ad Caec. c. 7. 2)

1) Dixi minus sollertem. Obvertent auctorem Ernestium, qui Hotomannum vehementer admirabatur, quem *optimum interpretem* vocat, et *iudicium* eius *egregium* extollit, eumque ducem paene solum sequebatur permultis in rebus. Tuebor me iudicio magni Ios. Scaligeri, vero, si rem spectas, si verba, duriore, in Scaligeran. ed. Fabri p. 91. ed. Colon. p. 199. „Hotomannum sola dictio Latina commendat. Caetera, pauvre homme". HEINR. in *indice* p. 107.

2) * *Actionem festucariam*, etiamsi non vocabulo sollemni, recte tamen litem vindiciarum, in qua simulata vis Gellio XX.

Etiam antea F. O. Menckenus fecerat hunc scilicet iudicialem actum, in Obs. Latinae linguae (immo, linguae Latinae: quod ante omnia observandum erat) p. 222. Nimirum extra iudicium fit hoc, quod generatim appellatur *deiicere* et *deiectio*, verbo proprio de vi hostili. Vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXII, 24. Graecis *ἐξίλλειν*, *ἐξειλεῖν*, *evolvere bonis:* unde ἐξούλη. V. Ti. Hemsterhus. ap. Ruhnk. ad Timaeum p. 71. Quod verbum translatum a lucta, ubi volvendo deiiciunt adversarium de statu. Iam duplex est deiectionis modus: unus, vi vera, coactis armatisve hominibus, alter, vi simulata, nempe haec, quae suis vocabulis nominatur *deductio moribus facta*, vel *facta vis moribus*, vel denique *ex conventu vis facta*, cum homines inermes ad constitutum experiundi iuris gratia veniunt (p. Caec. c. 12. [§. 33.]); ubi quod *moribus* dicitur, explicat uno loco Orator *bonis moribus*, c. 32. [§. 93.] non tam accurate ad significationem, quam ad locum attemperate. Et hanc vim dicit *quotidianam*, eod. cap., [§. 92.] ac paullo ante [31, 91.] de ea interdictum *quotidianum*, non tanquam sollenni verbo et legitimo, sed a frequentia hoc genus litium, quae Praetorem totos dies exercebant, c. 13. [§. 36.] In ea sponsio est inter litigatores: itur ad Praetorem; datur ab hoc interdictum, Unde vi; fit iudicium de vi. Haec omnia luce clarius patent apud Ciceronem; eamque in rationem pactum iam erat inter Tullium et Fabium, cum ab hoc subito erumperet vis illa, quae in iudicio nunc versatur. Ferratius Epist. I, 12. dum aliis vult acutius videre, ita vehementer errat,

10. *vis festucaria* appellatur, dicere potuit Beckius, illustr. philologus, cum ea *actio legis* fuerit, testibus Cic. in *or. pro Murena* 12, 26. Gaio *institt. comment.* IV. 12. 16. 30. et Gellio l. c. Antiquitus autem, cum ipse Praetor cum partibus ex iure manu consertum vocantibus et revocantibus in rem praesentem venire soleret, ut in re praesenti vindicaretur, nulla videtur usitata fuisse *deductio*, postea demum in locum litis vindiciarum subrogata. Certe Cicero *pro Mur.* 12, 26. de lite vindiciarum ut de re iam pridem obsoleta, *apud illos barbatos* (h. e. cascos, qui non radebantur) usitata, loquitur. Utraque autem sollemnitas et antiquior illa et haec recentior bellicam vim imitabatur atque hostilis contentionis erat quoddam simulacrum: nam et in lite vindiciarum *vindicta* sive *festuca* fuerat *hasta* pura, quasi signum iusti dominii in rem iure belli ex hostibus captam, ut interpretatur Gaius *institt. commentar.* IV. §. 16. et *deductio* omnino fuit imago *deiectionis vi* (solida) *factae*. Cf. *van Hasselt de legis actionibus* §§. 5. 27.

ut, pro duplici vi, triplicem fingat 3). Nihil non recte in ea re vir paene falli nescius, Cuiacius, quem vide ad Pauli Sent. rec. V, 6, 4. et Observat. V, 17. Ceterum, quam *civilem* et *festucariam* vim dicit Gellius in vindiciarum lite, eam his quidem verbis nemo alius appellat. Quae cum videam vulgo pro legitimis usurpari et veteri foro Romano tribui, de hoc longe aliter statuendum esse puto. Nam certe ista non iuris sunt verba, sed grammatica, quae a se Gellius posuit rei, quam tradit, explicandae causa, et alterum etiam novatum, quod nec prius quisquam dixit, nec postea: ut vindiciariam, verbi causa, dicere aeque potuisset, ac festucariam. Etenim verba esse non pauca apud Gellium, quae licentius insolentiusque ipse finxerit, neque Lipsius Ruhnkeniusque negarunt, et est verissimum 4). Habebit hoc quoque vir ille loco, quem collega meus designavit, libri de Possessione: sin minus, accipiet. HEINR.

*Accepit vero Savinius gratus hoc quidem cum approbatione vel maxuma in suo, Sciuri et Goeschenii Iano iuris perito l. c. p. 424. 426. s. cetera autem auctori philologo remisit contentusque suis noluit sequi Glauci exemplum,

Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Cato iuris antecessori, de cuius sententia supra iam *excursu I.* quaedam disputata sunt, a *deiectione* distinguenda videtur *deductio, quae moribus fit:* in qua si *vis ex conventu facta* substitisset neque in vim solidam mutata esset, non esse perventum ad interdicta. Utriusque rei coniunctam commemorationem in Cic. orat. pro Caecina non e necessario iuris civilis ordine sed e rebus factis, quae forte fortuna inciderunt, explicat p. 428. 432. s. Ceterum viro summo in nostra oratione *interdicti* mentionem desideranti nescio an iam satisfecerint illa; quae

3) *Ferratius solus erroris immunis videtur Savinio in l. *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft* vol. III. fasc. 3. disp. XVII. *über die lis vindiciarum und über das Verhältniss derselben zu den Interdicten* in fine. Ipse quoque Savinius triplicem vim distinguit. Recte quidem: modo ne ita *deiectionem* a *deductione* distinxisset, ut hanc rursus cum *lite vindiciarum* quadam tenus confunderet p. 433. Hunc sequitur *van Hasselt* l. c. §. 27.

4) Scilicet nequaquam hoc pugnat cum Lipsii Ruhnkeniique iudicio, quod vide in huius Praefat. Appuleiana. HEINR. in *indice* p. 102. a.

dicuntur in fragmentis a Peyrone additis §. 44. ss. Denuntiata tum inter Fabium et Tullium tum inter Aebutium et Caecinam deductio litis vindiciarum praeparatoria si rite facta esset: ne antiquo quidem illi et cotidiano interdicto *de vi*, quod multas reo relinquebat exceptiones, locus fuisset secundum Savinii sententiam. Eo demum, quod intervenerat in utraque causa *vis* eaque *hominibus coactis armatisque* (qua facinoris atrocitate praeter expectationem mutata sunt omnia) causam interdicti accommodandi extitisse putat: ipsam autem deductionem non nisi vindicationi locum dedisse.

Quae quamvis acutissume disputata sint: tamen non perspicitur, quo tandem modo interpres egregius p. 430. deductionem, quam eo consilio institutam putat, ut *vindiciae sumerentur*, h. e. vel ex fundo gleba vel ex aede tegula (Gai. IV. 17.) sollemniter caperetur in ius deferenda, cum vindiciis sumendis et cum vi illa civili vel festucaria in lite vindiciarum coniunctam intellegi voluerit. Mihi quidem alterutra sollemnitas abundare videtur. Opponit quidem Gaius adhuc in personam actioni *vindicationem*, quae est in rem actio *institt.* IV. §. 8. *Poenam tantum consequimur . . actione vi bonorum raptorum: nam ipsius rei . . vindicatio . . nobis competit.* At vero haec *vindicatio* haud dubie fiebat multo simplicius, quam per vim illam civilem v. festucariam in *lite vindiciarum*, quae erat verbosa actio legis: quam post N. H. Gundlingium in diss. *de rei vind. ex iur. Rom.* (Hal. 1726.) c. I., Ge. Guil. Ioecherum in diss. *de ritu vindiciarum ap. Romanos* (Lips. 1793. 4.), Io. Frid. Christium *noctium academ. specim. III.* c. 13. 14. p. 171. — 190., Hadr. Deod. Stegerum in diss. *Vindiciae manibus consertis sumendae ex Lege XII tabularum* (Lips. 1787.), Hugonem in *Goetting. gelehrt. Anzeigen* a. 1804. n. 30. p. 293. et Aegidium de Löhrio in ipsius et Grolmani promptuario philosophiae et historiae iuris (*Magazin für die Philosophie und Geschichte des Rechts und der Gesetzgebung* t. III. p. 130. n. 1. egregie exposuit Savinius l. c. (*Zeitschrift* etc.) p. 422. ss. 429. s. e Cic. *pro Mur.* c. 12. §. 26. Gellio XX. 10. et Festo in vocc. *superstites* et *vindiciae.*

Manum conserere, ait Gellius, *est*, *de qua re disceptatur*, *in re praesenti*, *sive ager sive quid aliud est*, *simul adversarius manu prenderit*, *in ea re omni-*

bus verbis vindicare. Vindicia, id est correptio manus (an *manu?*), *in re atque in loco praesenti apud Praetorem ex duodecim tabulis fiebat: in quibus ita scriptum est: SI. QUI. IN. IURE. MANUM. CONSERUNT. Sed postquam Praetores propagatis Italiae finibus, datis iuris dictionibus, negotiis occupati proficisci vindiciarum dicendarum* (h. e. rei, qua de ageretur, interim alterutri addicendae) *causa in longinquas res gravabantur: institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure apud Praetorem manum consererent, sed ex iure manum consertum vocarent, id est, alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad Praetorem deferrent et in ea gleba, tamquam in toto agro, vindicarent.* Cf. Valer. Prob. in *notis* p. 1476. ap. Gothofr. ed. 1602. *E. I. M. C. V. ex iure manu consertum vocari.* Festi definitionem: *Vindiciae adpellantur res eae, de quibus controversia est, quod potius dicitur ius, quia fit inter eos, qui contendunt* — Fulv. Ursinus et A. Turnebus emendarunt sic: *Aut potius dicuntur vindiciae inter eos.* Ego vero malim minus audacter: *aut potius dicitur vis, quae fit inter eos, qui contendunt,* np. vindictas, dum pronuntiant omnia verba ea in re sollemnia. Nescio quam vere Steger in diss. l. §. VIII. propter has formulas e re bellica tralatas antiquissumae Romae civibus eorumque ingenio militari certaminis hostilis simulacrum longe convenientius quam captiosas verborum disceptationes ratus p. XX. sollemnem vindicandi formulam, forte hanc: *FUNDUS HIC MEUS EST. — IMMO MEUS* suspicatus sit fuisse ineundi conflictus quasi classicum et illis verbis prolatis statim, aut forte iam dum pronuntiarent, litigatores fundum, de quo certabant, manu praehendisse, inde commixtis manibus, ad vim utrimque iniiciendam venisse. Vim eos adhibuisse aut quasi adhibituros se gessisse, quam luctandi exercitatione, priscis saeculis admodum probata, peractam esse, inde colligit, quod saepius vim illam forensem bellicae comparaverunt vel potius opposuerunt scriptores, ut ingeniosissumus vetustioris aevi poëta Q. Ennius ap. Cic. *pro Mur.* 14, 30. et Gellium l. c. Tum p. XXI., quasi ipse superstes affuerit, sic scribit: „Cir-

cumacti hac pugna simulata uterque capessebat ex fundo illo glebam eamque, uti auguramur, secum auferebat. Id quod eum in finem factum esse coniicimus, ne magistratus saepius in fundum evocaretur eiusdem vindicationis caussa, quae uno actu plene peragi et ad finem perduci vix potuit, sed cum in re praesenti fieri debuerit, gleba illa potius integri istius fundi vice fungeretur eaque in tribunalis locum delata, ibidem insigni magistratus commodo omne possessionis adipiscundae componeretur iudicium." Causam quoque, cur testes praesentes superstitesve manus consertioni lex voluerit, explicat ex eo, quod ritus ille esset simulatum bellum. A veri specie igitur alienum omnino non videtur ei voluisse legem, ut testes illi ad instar praesidii militaris fundum occuparent, eius quasi possessionem utrimque tuituri: cui opinioni nonnihil opitulari credit formulam illam Praetoris, qua eum aetate quidem posteriore vindicaturos in fundum quasi ablegasse refert Cicero *pro Mur.* cap. 12. *SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRAESENTIBUS SUMITE VINDICIAS: INITE VIAM.* Quae cum suos utrisque superstites praesentes memoret, inde petit coniecturam, utrumque forensem proeliatorem suam secum eduxisse testium cohortem, eamque quasi per stationes in occupatis fundi partibus disposuisse, quippe adfuturae ficto utrique conflictori militaris manus simulacrum. Videtur igitur Stegero p. XXV. s. lex ea XII tabularum simulato hoc conflictu servatam voluisse modi, quo rerum dominia acquiruntur, maxume naturalis et omnium vetustissumi speciem, occupationem violentam et bellicam. „Non potuere," inquit, „simplices illi et cordati homines, quin foro suo eandem ornamento fore arbitrarentur, quam rei publicae opimae esse utilitati, prolata in dies imperii sui ostenderunt pomoeria. Nec potuerunt ingenia illa ferocia, et bellicis studiis innutrita, ullum, quo fundorum possessiones cives privatis suis dominiis adiicerent, pulcriorem arbitrari modum, aut naturalem magis, quam quo per Italiae agros tunc temporis rei publicae non dominium solum, sed et sublimiora, quae maiestati propria sunt, iura subinde propagata conspexerunt. Has de primis ritus huius natalibus coniecturas ipsa eius natura subministravit, et rerum, quae ipsi domesticae sunt et aequaevae, conditio, et populi, qui eo usus est, ingenium." Eae vero, quamvis speciosae, tamen omni antiquitatis

testimonio destituuntur. Potius vis illa omnis in correptione rei imponendoque vindictas substitisse videtur. Probabiliora ea sunt, quae §. X. adduntur de vindiciarum ritu mox interpretum fictionibus in formam transfusam plane aliam. „Et sane, si cui alii, huic legi," inquit, „quadam opus fuit mutatione. Qui enim fieri commode potuit, ut ampliatis in dies Romanorum possessionibus, et ingravescentibus quotidie caussis, negotiisve in foro expediendis, magistratus iuri dicundo praefectus semper in agros, si quis in litem venerit [*venisset*], subinde remotiores excurreret, suis veluti auspiciis forensem utrumque praeliatorem manum consertum educturus. [?] Quibus igitur molestiis ut obviam irent interpretes, fictionum artifices, legi facile illorum auctoritate ob[*de*]-rogatum est, idque moris invaluit, ut vindicaturi agrum coram consueto Praetoris tribunali caussam perorarent, ius suum solemni formula exponerent, inde conceptis verbis alter alterum ex iure manum consertum 5) evocarent, cuius possessio dominiumve disceptaretur, deinceps eo sine Praetore, sed suis uterque testibus stipati progrederentur, ex illo fundo consertis manibus glebam auferrent, et in ea tandem ad Praetorem delata, tamquam in toto agro, vindicarent et ius suum persequerentur. — Redundabat scilicet ex victricibus armis id quoque in cives Romanos utilitatis, ut privatos suos agros per omnem fere Italiam propagarent. Quibus ergo late dispersis, non poterat, quin insigni esset molestiae, in eos praesentes descendere, si quando de possessionis dominiive iuribus exorta fuerit [*esset v. fuisset*] controversia. Adde, quod longinqua illa itinera ipsi liti non potuerint gravissimo non esse impedimento, et moras iniicere perquam longas. Mutata igitur veteri agrorum conditione, et nova prorsus et alia enata, rationi nihil magis consentaneum, — quam ut legis quoque sanctio, argumento suo inidonea [*iam inconveniens*] mutaretur, aut subrogaretur ei potius nova, praesenti rerum indoli exaequata. At plane aliter ratiocinari consuevit Romanorum superstitio, simulatae veterum legum custodiae devota, et interpretum artificiis fascinata. Absit, ut lex proscribatur, civitatis iure antiquitus donata. Piaculum id fo-

5) Inde nata est formula, *EX IURE MANUM CONSERTUM VOCARE*, ab ipso legis capite, quod ritum manus in iure conserendi ordinat, probe discernenda. STEGER p. XXXII.

ret. Conveniatne praesenti statui, an minus, nihil interest. Servanda est incorrupta, sed fictionibus saltem explicanda. Servetur manuum consertio, sed quiescant manus, ore conflictus exerceant, exercituroseve sese iactitent. Servetur utriusque vindicantium peregrinatio in agrum, sed quantumcunque ille sit dissitus, aliquot passibus iter conficiant, ne fori quidem compita transgressuri. Nonne illius modi rationibus inniti *arbitreris* ludicra manuum conserendarum simulacra, recentius a iuris consultis efficta, quae lepide descripsit et irrisit Cicero. [?] Et adtemperavit sane ludorum, uti tum erant apud Romanos, scenicorum similitudini forenses illas caerimònias operosa iuris consulti praesentia, quem, ut omnem hanc legis actionem rite peragendam ordinaret, et, utrumque [*utrique*] litigantium solemnia, quae recitarent, praeiret verba, tibicinis latini modo transiisse ab una parte ad alteram, laudatus Tullius adnotavit. Quo ioco eum adlusisse scenico tibicinum ministerio, tibia inflata histriones vocis intendendae, moderandaeve rationes docentium, ostendit I. G. Graevius ad l. c. Iuvat igitur spectare ipsos conflictores illos personatos, prout in scenam produxit Cicero. Iniit uterque forum cum testibus suis, et quodam, qui principem fere tulit personam, iuris consulto: — qui utrique submissa voce, quae fideliter recitando repeterent, subministravit formularum carmina. Mox deinde, qui petit, verbosa satis formula fundum indicat et pugnam indicit, cuius ipse nobis exemplum hoc servavit Tullius: *FUNDUS, QUI EST IN AGRO, QUI SABINUS VOCATUR, EUM EGO EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO. INDE EGO TE EX IURE MANU CONSERTUM VOCO.* Statim alter unde petitur, praeeunte verba iuris consulto, respondet: *UNDE TU ME EX IURE MANU CONSERTUM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO.* Deinde Praetor, ne scilicet inauspicatas pugnas misceant, suam addit auctoritatem, non sua sponte loquutus, sed pronunciata, quae ipsi composita erat, formula: *SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS, PRAESENTIBUS: ISTAM VIAM DICO: INITE VIAM.* Praesto adest hodogeta ille forensis, iuris consultus, viam ineundam ostendens, ipsos gressus dirigens. Iam una obambulantes aliquantisper coram tribunali oculis Praetor tenet, alta voce statim, ne procul nimis evagentur, revocandos. Quin iam

erumpit iste in formulam, *REDITE VIAM*, et ecce redeunt, priorem quisque locum occupantes. Ecquis cum Tullio non rideat, homines cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire, ut, unde abissent, eodem statim redirent. [?] Ecquis ita indigne ferat Ciceronis iocos et facetias, licet eas gravis viri personam aliquantisper [*quodam modo*] dedecere haud inficiemur, quibus difficiles illas formularum nugas risui exponit, ut meruisse illum arbitretur virulentum T. Marcilii (in Leg. XII Tab. Collect. et Interpret. p. 45.) vituperium, *scurriliter profluentiam illam formularum dicentarium risisse Ciceronem.* [?] Multo aequius de illa Ciceronis oratione iudicat, nec eam fructu suo caruisse, quin inde paullatim ludicras illas formulas e foro esse proscriptas, existimat I. Schilterus in Prax. Iur. Rom. Exerc. XVI. §. XIII., qui firmandae suae sententiae coniecturas substernit veri simillimas, e melioribus iuris consultorum, qui confinia illius aevi vivendo adtigerunt, aut paullo post coeperunt efflorescere, ingeniis depromtas. Quibus valde patrocinatur, quod nemo scriptorum, qui post ea vixere, forensem manuum conserendarum ritum tangat, et qui solus eum memorat, tamquam de re antiqua et obsoleta commentetur A. Gellius, et denique in Iustinianea legum Romanarum collectione nullum plane illius explorari queat vestigium." Haec Stegerus, e cuius dissertatione, quae paucorum in manibus sit, non alienum videbatur haec excerpi. Nos ritum illum Ciceronis aevo iam pridem antiquatum credimus: neque nos movent Stegeri §. XI. omnem hunc ritum manum conserendi ad certatas fundorum possessiones tantum referentis argumenta, quod, quoties eum tangunt scriptores, ponunt fundum, memorant glebam, vocant testes *superstites*, aut stantes quasi super re litigiosa, ostentant iudicis et conflictorum iter in rem praesentem, et plura eius modi perhibent, quae ad res mobiles referri omnino nequeunt. At vero haec omnia non nisi in unius rei exemplo ponuntur. *Superstitem* vocavit testem etiam Plautus in *artemone:*

> *Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest superstes,*

laudatus Festo in voc. Etiam ad res mobiles pertinuisse hanc legis actionem testem iam habemus Gaium, cuius in *institt. comment.* IV. 16. 17. 94. locos classicos de lite vindiciarum uberius exposuit Ballhornius l. l. de domi-

musve eius vi introita sit. Idem §. 3. 4. de *fundo* indicatur. Cf. annot. supra p. 4. a. Una superest difficultas haec, quod in interdictum illud *DE VI* cotidianum addebatur: CUM ILLE POSSIDERET. V. *or. pro Tullio* §. 44. s. *pro Caec.* 31, 91. 32, 92. ss. et tamen Fabius, quo minus ipse deduceretur a Tullio, non recusaverat. Verum haec aut stultitia fuit aut impudentia hominis, qui se gereret pro possessore, certe §. 16. *sic appellans* Tullii servum: *Quid vobis 'stic negoti im meo est?* Sed quid clarius aut magis perspicuum aut interdicto isti cotidiano convenientius potest esse, quam quod *pro Caec.* 1, 2. *fieri vis moribus ad possessionem retinendam* dicitur? Videtur autem hoc, qui in possessione fuisset, deducto alter, qui deduxisset, in possessione mansisse usque ad rem iudicatam. Ita Caecina, cum fundum *sine ulla controversia quadriennium possedisset* (7, 19.), de fundo deduci voluit, ut contra Aebutium, qui *interim* in possessionem venisset, uteretur interdicto. Ad deductionem potius quam ad atrocem vim spectare videtur Cic. ib. 32, 93. dicens non eum, qui *se vi deiecisse* confiteatur, sed eum demum, qui armis ac multitudine vim fecerit, *ab iure, officio, bonis moribus* discedere. 7) Denique commune illud ante M. Luculli praeturam interdictum DE VI restitutorium potius, quam, ut Ang. Maio videtur, retinendae possessionis causa reddi solitum interdictum UTI POSSIDETIS in l. III. *de rep.* c. 15. in sermone A. U. 624. habito a L. Furio Philo dici *interdictum iustitiae* videtur, cum huius argumentum sic referat Lactantius in *epitom.* c. LVI. (I.) §. 3. *si ipsi Romani, qui orbem totum possederint, iustitiam sequi velint ac suum cuique restituere, quod vi et armis occupaverunt,* etc.

Verae interpretationis possessionem, si quidem Savinio, viro summo, placuerit in eam *lege agere*, nos defendemus interdicto non hoc quidem: UNDE VI; sed illo: UTI POSSIDETIS.

Pro Tullio §. 21. n. 1. adde: H. l. pro *sibi manuque*, cui Maius in ed. principe *sibi manu* temere substituit, Kreyssigius quoque viderat legendum *sibi vi ma-*

7) Cf. *ж.* XLIII. 16. fr. 1. §. 28.

nuque coll. Cic. *in Verr.* I. 27. [§. 68.] atque Sallust. *Iug.* 31. cum Cortii ibi notis. Add. Cic. *in Catil.* I. 8, 21. pr. *ad Att.* IX. *ep.* 12. sub fin. *vim et manus afferent;* I. *off.* 22, 76. extr. De litterarum *V* et *B* permutatione v. Niebuhrii *Röm. Geschichte* t. II. p. 551. Fronto p. 45. (ed. 1. p. 24. s.) et Goeschenii *praef.* ad Gaii *institt.* n. 36. p. XLVII. ed. 1. Ibid. in *commentar.* IV. §. 140. peccatur *debitio* pro *vitio* et contra in annexo fragm. *de iure fisci* §. 19. pr. *a devitore.* Apud Liv. XL. c. 50. pro corrupta ed. princ. lectione *berbice* Kreyssigius in ead. epist. crit. p. 470. *per vicem* restituit. In Iuvenalis autem s. XIII. 44. coniectura iam abstineo, cum Volcanus significetur οἰνοχόος ministrato diis nectare brachia, quae humectaverat, detergens.

Ib. p. 37. *Neque repugnantes*] Sic, ut Cramero et Kreyssigio placuit, in ipsius Maii ed. 2. emendatum est prioris mendum *aeque rep.*

Ib. §. 22. n. 2. adde hanc FR. C. WOLFFII notam: „Cum Cicero cum aliis bonis scriptoribus *mittere* non raro pro *mittere aliquem* s. *aliquos* dicat, ut I. *Phil.* 5. [§. 12.] *misi, qui hoc ei diceret*, et *Att.* I. 3. *misimus, qui solveret pro vectura:* qua analogia impediri potuisset, quo minus *dimittit* pro *dimittit aliquas* diceret, cum *dimittere* hic nihil aliud significet, nisi *mittere in diversas partes.* [?] Itaque non necessarium habeo cum Heinrichio legere aut *statim mittit* aut *nuntios statim mittit*" [*dimittit*].

Ib. annot. ult. adde KREYSSIGII notam: „Locus mutilus ita forsitan reparandus: *Cum amici in commune* consuluissent etc. Vid. Terent. Andr. III. 3, 15. [*16.*] Tacit. Ann. XV, 12. et Agric. cap. 12. coll. Liv. XXIV, 22. XXVI, 12. et Tacit. Hist. II, 37. 54. ubi *in medium consulere* seu *consultare* eodem modo usurpatur."

Ib. §. 27. p. 41. annot. 1. adde: Potest tamen, si, quoniam *id* et praecedit et sequitur, *hoc* legatur, recte referri ad seqq., ut cum simili pleonasmo vel potius emphasi I. *off.* 15, 46. pr.

Ib. §. 29. p. 42. *a.* lin. ult. adde: Peyronis censor Ienanus *C. Z.* l. c. p. 436. distingui voluit: *Ego me ad iudicem si defendam, vi me deiecisse confitear, dolo malo negem; ecquis me audiat?* Sed concinnius nos videmur distinxisse incisa. Sed idem V. D. eadem qua nos coniectura ductus deinceps *quidem* mutari iubet in *quid ita?*

Ib. §. 36. annot. 1. adde: Eandem atque nos emendationem proposuit *C. Z.* editionis principis censor Ienanus l. c. p. 437., nisi quod vocabulum *bona* a nobis in parenthesi positum, mutavit in *ponam*, ut legatur *Hoc solum ponam.* Nos nostram emendationem firmamus novo ἐπαναλήψεως exemplo in *or. de har. resp.* 20, 43. *Atque hic ei gradus (o misera tempora stultasque nostras discordias!) P. Clodio gradus ad rem publicam hic primus et aditus ad popularem iactationem atque ascensus* np. *fuit.* Sic leniore mutatione volgati *est* in *et* defuncti videmur quam Lambin. Garat. Wolf. et Schütz., qui substituto *fuit* addunt ἀναφορὰν *hic primus aditus* etc.

Ib. §. 38. p. 50. *b.* l. 2. adde: De officio iudicis, cum per interdictum litigatur, v. quae collegit Barn. Brissonius lib. V. *de formulis* c. 154.

Ib. §. 39. p. 52. annot. 1. adde: Vix dubito quin in cod. scriptum fuerit *RECUPERATORIB.PERSUADERES.* Sic enim in illo codice finalis syllaba scribitur e. g. §. 49. *MENTIB.* et sic in Ambros. quoque §. 8. *FECIM.* pro *fecimus.* Litteras *E* et *I* in cod. Taur. vix dignoscas. Certe harum confusioni supra §. 36. debetur *talis*, cum legendum esset *tales:* ibidemque permutatas item depraehendimus similes litteras *S* et *B* in v. *DESERETIS* pro *DEBERETIS.* Itaque quae laudato censori Ienano p. 437. memorabilis videbatur locutio *recuperatores persuadere*, ea nobis falsa potius videtur et mendosa.

Ib. §. 49. p. 61. *a.* annot. 1. adde: Peyronis censor Ienanus p. 437. auctor fit legendi: *ut mittam ceteras*, nempe *leges.* Sed hac correctione opus non videtur, modo ne sic interpretere, quasi *cetera* sint *ea, quae praeterea leges istae significent;* sed *praeter leges istas omnia, e quibus intellegi possit quam nefarium ac singulare facinus id putarint maiores nostri.* Cf. §. 9.

Ib. §. 53. p. 65. *b.* lin. paenult. adde: Infinitivum h. l. desiderat censor quoque ed. princ. Ienanus p. 437.

EXCURSUS IV. AD OR. PRO M. TULLIO §. 53.

De actionibus ex interdictis per formulam arbitrariam aut per sponsionem.

Si, interdicto exhibitorio vel restitutorio vel prohibitorio dum quis convenitur, confiteatur: dici potest, . . omne omnino, quod quis confessus est, pro iudicato haberi. Dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad restituendam rem, confesso tempus ad restitutionem et, si non restituatur, lis aestimabitur: ut praecipit Ulpianus in π. XLII. t. 2. (*de confessis*) fr. 6. §. 2. *Interdicta noxalia* secundum Paulum ib. XLIII. t. 1. fr. 5. *ea sunt, quae ob delictum eorum, quos in potestate habemus, dantur: veluti cum vi deiecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt. Sed officio iudicis continetur, ut dominum sua impensa opus restituentem absolvat;* (f. inser. *aut*) *patientiam tollendo operi praestare aut noxae dedere iubeat et absolvat; si non dedat quantum impensae in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet; si neque patientiam praestet neque ipse tollat, cum possit, in tantum condemnet, in quantum iudex aestimaverit, atque si ipse fecisset.* Ibid. t. 16. (*de vi et de vi armata*) fr. 1. §. 41. *Vivianus refert, in hoc interdicto omnia, quaecunque habiturus vel adsecuturus erat is, qui deiectus est, si vi deiectus non esset, restitui aut eorum litem a iudice aestimari debere: eumque tantum consecuturum, quanti sua interesset se vi deiectum non esse:* de quibus testatur Ulpianus: pariterque hic ibid. t. 24. fr. 15. §. 9. 11. s. respondet, interdicto QUOD VI AUT CLAM contineri *id* quoque, *quod interest, aut per ius iurandum, quod in litem actor iuraverit, aut, si iurare non possit, iudicis officio aestimandum,* et petitorem id tunc *arbitrio iudicis aestimandum*, nisi iam alia actione fuerit consecutus, ex interdicto consequi. Quam ob rem reus, qui, nulla exceptione usurus, interdicto obtemperare non recusat, arbitrum postulat, *quasi hoc ipso confessus videatur restituere se vel exhibere debere,* ut ait Gaius *instt. commentar.* IV. §. 163.

Qui autem reus, ut incommoda ex interdicto in ipsum redundatura a se propulset, disceptare mavolt, sponsionem facit. Itaque, ut est ibid. §. 141. *modo cum*

poena agitur, modo sine poena: cum poena, velut cum *per sponsionem agitur; sine poena, velut cum arbiter petitur. Et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis vero vel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria vocatur.* Formula igitur arbitraria, per quam a Fabio postulatam Tullius egit (§. 7.), ea habebat condemnationem *incertae* pecuniae. *Incertae* vero *condemnatio pecuniae* in formula ponitur *cum aliqua praefinitione, quae vulgo dicitur cum taxatione:* e. g. P. FABIUM M. TULLIO DUMTAXAT X MILIA CONDEMNA. Vid. Gai. *instt. commentar.* IV. §. 49. 51. a quo item refelli videatur Seneca a nobis ad §. 7. de *taxatione* et *aestimatione litium* citatus. In Gaii enim §. 52. iubetur arbiter cavere, *si taxatio posita sit, ne pluris condemnet, quam taxatum sit, alias enim* [ex indiciis litt. in cod. corrige: *alioquin*] *litem suam facit; minoris autem damnare ei permissum est;* et, ut idem ait §. 57., *si in condemnatione plus positum sit, quam oportet, actoris quidem periculum nullum est, sed* (reus, cum) *iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. Si vero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum* (actor) *consequitur, quod posuit: nam tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egredi non potest. Nec ex ea parte Praetor in integrum restituit: facilius enim reis Praetor succurrit, quam actoribus.* Defenditur nihilo minus Seneca iis, quae a Gaio adiiciuntur: *Loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum: nam huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis Praetor succurrit.* Ad hos igitur respexisse videtur Seneca. Quod Gaius IV. 141. scribit, apud iudicem recuperatoremve edita interdicti restitutorii formula quaeri, *an factum non sit, quod Praetor fieri iusserit,* (cui cf. ib. §. 166.) id Hauboldus in Savinii *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft* v. III. p. 380. s. in duas quaestiones de redditi interdicti efficacia dispescit: unam, an reus reapse interdicto causam dederit. V. Quinctil. VII. *instt. or.* c. 5. Altera haec est, an reus interdicto Praetoris moriger fuerit. V. *or. pro Caec.* 8, 23. 30, 87. — 31, 91. *x.* XLIII. 24. (*quod vi aut clam*) fr. 21. pr. His quidem quaestionibus nulla sponsione facta adiuncta erat tertia, quid quantumve, si reus aut omnino non sat

non plene restituisset, actori deberetur: π. XLIII. t. 26. (*de precario*) fr. 8. §. 4. et 6. Sponsione nempe continebatur et *τὸ κρινόμενον* et quid petitori a condemnato deberetur. Huius vicaria formula arbitraria nullam habebat facti controversiam; sed respiciebat ea ad factam quandam litis *taxationem*, cuius *aestimatio* iudicis arbitrio permissa erat. Nescio an in alia fuerit sententia b. Hauboldus l. c. p. 375. s. utriusque iudicii formulam sic discriminans: „*Im erstern Falle genügte es, den iudex auf die sponsio zu verweisen, weil hier beides, sowohl der factisch streitige Punkt, als was der sachfällige Theil dem andern zu leisten habe, schon genau bestimmt war; im zweiten bedurfte es zwar einer ausdrücklichen Festsetzung der bestrittenen Thatsachen, nicht hingegen zugleich einer vorläufigen Erklärung über das, worein der Beklagte, falls er Unrecht behalten würde, zu verurtheilen sey, indem diese Bestimmung bey der formula arbitraria ganz dem Ermessen des arbiter überlassen war.*“ Sed redeamus ad Gaium, auctorem omnium locupletissimum §. 162. *Igitur cum restitutorium vel exhibitorium interdictum redditur, velut ut restituatur possessio ei, qui deiectus est, aut exhibeatur libertus, cui patronus operas indicere vult, modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo.* §. 163. *Namque si arbitrum postulaverit is, cum quo agitur, accipit formulam, quae appellatur arbitraria: nam iudicis arbitrio si quid restitui vel exhiberi debeat, id sine poena exhibet vel restituit, et ita absolvitur: quod si nec restituat neque exhibeat, quanti ea res est condemnatur. Sed actor quoque sine poena experitur cum eo, qui neque exhibere neque restituere quidquam offert, nisi calumniae iudicium ei oppositum fuerit.* §. 164. *Observare debet is, qui volet arbitrum petere, ut ita eum petat, antequam ex iure exeat, id est, antequam a Praetore discedat: sero enim petentibus non indulgebitur.* §. 165. *Itaque, si arbitrum non petierit, sed tacitus de iure exierit, cum periculo res ad exitum perducitur. Nam actor provocat adversarium sponsione: SI CONTRA EDICTUM PRAETORIS NON EXHIBUERIT aut NON RESTITUERIT: ille autem adversus sponsionem adversarii restipulatur. Deinde actor quidem sponsionis formulam edit adversario; ille huic invicem restipulationis. Sed actor sponsionis formulae subiungit et*

aliud iudicium de re restituenda vel exhibenda. Ceterum hoc testimonio classico uti nondum contigerat b. Hauboldo l. c. p. 374. Alioquin eius modestia, cauti iudicii comes, non affirmasset sponsionem semper in iure apud ipsum Praetorem factam esse: cuius sententiae auctor fuit Io. Frid. Schreiter in diss. II. de *sacramentorum in veteris Romae iudiciis sollemnium antiquitt.* (Lips. 1740. 4.) §. 15. p. 52. — 56. Exemplo illo *in or. pro Caec.* 8, 23. nihil amplius efficitur, quam sponsionem fieri solitam ante formulam in iudicio editam. Sed recte Hauboldus interdictorum executores vel iudices vel arbitros a Praetore datos esse formulaque instructos demonstravit et e Gaii verbis *arbiter petitur* et ex eo, quod *per interdictum iure ordinario litigatur* testibus Frontino *de agror. controversiis* p. 41. ed. Goës. Aggeno Urbico ad eund. ibid. p. 56. et, qui sub huius nomine latet, Frontino p. 68., quas praeter alias auctoritates laudaverat iam Savinius in l: *Das Recht de Besitzes* §. 34. n. 1. ed. 2. Cf. haec *or.* §. 10. extr. et 41., unde simul apparet huiusmodi controversias rarissume apud Praetorem finitas, sed a reciperatoribus esse iudicatas: quod temere negaverunt Car. Sigon. l. I. *de iudiciis* c. 16. Iac. Cuiacius in *Paratitlis* in tit. C. *de interdict.* et Arn. Vinnius comm. in pr. instt. *de interd.*, securi de Theophili definitione supra laudata p. 232. in *add.* ad p. 3.

Sponsione provocari solebat vel is tantum, quicum ageretur, dicis causa sine poena; vel uterque, idque serio cum poena: quem duplicem spondendi modum non satis distinxisse videtur Ioannes Franciscus Leonardus *van Hasselt de legis actionibus* (Groningae 1824.) §. 38. p. 185. s. cum annott. 7. et 8. Illa a Gaio IV. 92. ss. simpliciter opponitur *petitoriae formulae, qua actor intendit rem suam esse* *). *Per sponsionem vero hoc modo agimus. Provocamus adversarium tali*

*) Ioanni Fr. Leon. *van Hasselt* l. c. p. 183. s. n. 8. formula petitoria pertinuisse videtur ad casum, ubi quis non intendere posset rem ex iure Quiritium suam esse: laudaturque Hauboldus ad Heineccium l. IV. t. VI. §. 24. Hollwegio, viro exc., in Savinii etc. *Zeitschrift* vol. V, fasc. III. p. 388. 398. s. haec formula sub primis demum Caesaribus reperta videtur, qua in *actionibus arbitrariis in rem* tum *Quiritarius* tum *bonitarius dominus* uteretur: quod intelligitur ex huius formulae intentionibus ap. Gai. IV. §§. 3. 51. 87. comp. 36. 45. 83.

sponsione: SI HOMO, QUO DE AGITUR, EX IURE QUIRITIUM MEUS EST, SESTERTIOS XXV NUMMOS DARE SPONDES? Deinde formulam edimus, qua intendimus sponsionis summam nobis dari oportere: qua formula ita demum vincimus, si probaverimus rem nostram esse. Nec tamen haec summa sponsionis exigitur: non enim poenalis est, sed praeiudicialis et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur: unde etiam is, cum quo agitur, non restipulatur. Nimirum *omnium formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta est:* ut declaratur a Gaio IV. 48. Iam vero per sponsionem actio condemnationem certae pecuniae in formula positam habebat. Haec autem nisi esset actio certae debitae pecuniae: sponsionis summa in ipsius rei, quae petebatur, locum dicis causa surrogata post sponsionis victoriam non exigebatur iudicio secutorio; itemque actor, si causam non tenuisset, nulla tamen restipulationis poena damnabatur: quod *ex certis causis fieri solebat* teste Gaio §. 180., nempe e gravioribus tantum, e. c. ex interdictis restitutoriis: qua de re idem §. 166. *Alter alterum sponsione provocat: QUAE ADVERSUS EDICTUM PRAETORIS INTERDICENTIS NOBIS FACTA ESSE is* (?) *INſItias* (?) *SI NON RESTITUANTUR. — Iudex, apud quem de ea re agitur, illud scilicet requirit, quod Praetor interdicto complexus est, id est, uter eorum eum fundum easve aedes per id tempus, quo interdictum redderetur, nec vi nec clam nec precario possederit. Cum iudex id exploraverit et forte secundum me iudicatum sit: adversarium quidem et sponsionis et restipulationis summas, quas cum eo feci, condemnat et convenienter me sponsionis et restipulationis, quae mecum factae sunt, absolvit. Et hoc amplius, si apud adversarium meum possessio est, quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano sive secutorio iudicio condemnatur,* h. e. eo, cuius formulam composuit A. Cascellius, homo iuris praediatorii peritissumus, laudatus Ciceroni *pro Balbo* 20, 45. Valerio Max. IV. 12, 1. Dicitur autem *secutorium, quod sequitur sponsionis victoriam,* interprete Gaio §. 169. Idem 167. *Ergo is, qui fructus licitatione vicit, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summam poenae nomi-*

ne solvere et praeterea possessionem restituere iubetur: et hoc amplius fructus, quos interea percepit, reddit. Summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine solvitur, quod quis alienam possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est. Ille autem, qui fructus licitatione victus est, si non probat, ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam poenae nomine debet: ubi, nisi eodem modo ante dictum esset *si non probat*, e cod. lectione *pbaret* facile eliciatur *si non probarit*. Idem §. 13. extr. *sponsionis* (qua periclitatur reus, si temere neget) *et restipulationis* (qua periclitatur actor, si non debitum petat) *poena lucro cedit adversario, qui vicerit.* Compar. h. *or.* §. 29. 30. v. Hugonis, eq. illustr., *Lehrbuch d. Geschichte d. R. Rechts* ed. VII. §. 125. 233. 256. et Bethmannus Hollwegius in Savinii, Sciuri et Goeschenii Iano iuris perito (*Zeitschrift* etc.) vol. V. fasc. III. comment. XI. *über die Competenz des Centumviralgerichts*, in primis pp. 381. s. 388. — 397., ubi subtilissumus disputator pereleganter etiam de duplici stipulatione egit, qua vindicatio, quae fuit actio in rem, mutabatur, ut pro ea institueretur actio in personam ex stipulatu. Nam quae disputavit Carolus Frid. *Freiesleben de sponsionibus* dissertationis iurid. Lips. 1822. editae c. 1. §. 1. p. 5. — 9., ea pleraque videntur esse huiusmodi, ut mea fide veritatem spondere nolim. Certe pervertuntur *provocandi sponsione* et his plane contrariae *spondendi* formulae: de quibus cff. Schreiter diss. laud. §. 10. p. 33. s. Hauboldus l. c. p. 386. s. et quae ipsi annotavimus ad III. *off.* 19, 77. pr. Idem Eleutherobius perhibet omne huiusmodi iudicium reciperatorium de possessione vel de controversia pecuniaria fuisse centumvirale in eaque causa bis a petitore adversarium provocatum esse, primum *sponsione*, nempe *stipulatione* illa, quae appellatur *pro praede litis vindiciarum, quia in locum praedium successit, qui olim, cum lege agebatur, pro lite et vindiciis id est pro re et fructibus a possessore* (nempe eo, qui interim ambiguo adhuc iure constitutus esset) *petitori dabantur* (Gai. IV. 94.); deinde iterum *sacramento* coram Praetore. Manifestum est cum *sacramento* confundi *sponsionem praeiudicialem* illam, quae recentior nec poenalis coniungi soleret cum *stipulatione pro praede litis vindiciarum.* Legis autem actio sacramenti in per-

sonam post legem Aebutiam ne in centumviralibus quidem causis usurpata videtur, sed in rem tantum, vindicandi dominii Quiritarii causa. Ea poenalis erat sestertiûm nummûm CXXV neque cum alia sponsione coniungi solebat; sed sponsioni praeiudiciali, cuius summa per formulam dicis causa petebatur, opponitur potius, sicut Gaii locum §. 95. verissume interpretatus est Exc. Hollwegius l. c. p. 388. ss. Utrum in centumvirali legis actione locum habuerit illa *satisdatio*, quae appellatur *pro praede litis vindiciarum stipulatio*, ambigit V. D. p. 395. s., propter Gaii vv. §. 94. s. inclinans ad affirmandum, propter Ciceronis autem distinctionem *in Verr.* I. 45, 115. ad negandum. Quod si affirmetur res, fortasse *summa sponsionis* ap. Gai. §. 95. *Ceterum si apud centumviros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem*, non cum Hollwegio intellegenda fuerit *sacramenti summa*, sed summa *pro praede litis vindiciarum stipulata*, de qua illic *sacramento*, in aliis causis sponsione provocari solitum sit. Ceterum non satis capio Exc. Hollwegii sententiam dicentis per sponsionem semper apud unum Iudicem actum esse. Certe Caecina cum Aebutio per sponsionem egit apud Reciperatores atque uni etiam Iudici alii aderant in consilio. Vide ex. gr. Cicer. *oration. pro Quinctio* 1, 4. s. Sed tantum abest, ut causa P. Quinctii, A. Caecinae (quod Freiesleben volt not. 11. et 13.) aut haec Tullii centumviralis fuerit, ut *nullus Ciceronis liber apud centumviros dictus legatur:* id quod declarat Tacitus vel quisquis scriptor est *dialogi de or.* c. 38. Cf. *Bethmann. Hollweg.* l. c. p. 361. s. Contra, ut diserte tradit Gaius IV. §. 31. *propter damnum infectum nemo vult lege agere; sed potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat adversarium.* Ergo non *ante lege agit sacramento apud Praetorem.* Cf. Schreiter laud. diss. II. §. 20. p. 74. — 80. Hollweg. l. c. p. 373. ss. Quae in ista Eleutherobii (*Freiesleben* dicti) disputatione vera sunt aut probabilia, ea retractata et correcta redibunt fere huc, sponsionem etiam in pecuniariis controversiis et condictionibus, h. e. actionibus in personam, eodem modo, quo in rei vindicatione, in qua primum obtinuerat legis actio sacramenti, sed prouti ipsa causa exigeret, usu venisse. Facta sponsione res a tribunali Praetoris in iudicium veniebat. Causa huius usus admodum singularis in foro recepti haec fuisse videtur,

quod actori, postquam causam suam coram Praetore proposuerat, subeunda suae assertionis probatio erat. Haec vero probatio incipiebat a petenda condemnatione, quae ab actore litis contestationi adiicienda in actione reali non in rem ipsam vindicatam controversamque, sed in summam sponsionis non, ut *Freiesleben* putat, illam a reo pro praede litis et vindiciarum promissam, immo in praeiudicialem dirigebatur. Iam si summa *huius* sponsionis a iudicibus actori adiudicata esset, haec adiudicatio simul addictionem rei controversae ipsius continebat vel hanc tantum, quoniam sponsio propter hoc solum facta esset, ut per eam de re iudicaretur nec posthaec in eadem causa nova de damnis et fructibus lis a partibus resuscitari posset. Sed de his quidem facta sponsio semper poenalis erat ad coërcendam calumniam temere litigantium: ut ante docuimus auctore Gaio IV. 167. s.

Causam, cur ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem, ex ceteris modo per sponsionem modo per formulam arbitrariam agi soleret, Hauboldus l. c. p. 385. s. in eo depraehendisse sibi videbatur, quod interdicta prohibitoria nimis generaliter nec satis accommodate ad rem singularem essent concepta, ut his controversiarum disceptandarum formulis litigatores uterentur; ceteris autem interdictis plura additamenta ad rei inprimisque facti controversiam constituendam concluderentur et per formulam arbitrariam res facile ad exitum perduci posset. Videbantur igitur viro acutissumo sponsiones fuisse interdictorum non satis definite prohibentium aut iubentium necessaria quaedam supplementa: quas ut facerent post prohibitoria quidem interdicta litigatores a Praetore suspicabatur coactos, ut aliis quibusdam in casibus fieri solitum testatur *lex de Gallia Cisalpina* c. 19. lin. 2. et 8. apud Hugonem in l. *Civil. Magazin* vol. II. p. 438. *SEIVE SPONSIONEM FIEREI IUDICARIVE IUBEBIT.* Nos addimus luculentum testimonium Cic. *pro Quinct.* 8, 31. s. et Gaii IV. §. 31. ubi *propter damnum infectum stipulatio in edicto proposita* dicitur. Sed (pax sit Manibus praestantissumi viri!) de re plane aliter sentimus. Sponsiones enim factas censemus in solius facti controversiis, cum alter aieret, alter negaret, ergo de rebus quam maxume certis et simplicibus; in ambiguo autem iure actum per formulam arbitrariam. Hoc, nisi fallor, plane convenit cum iis, quae

significavit Hugo, eques ill., in Savinii *Zeitschrift* etc. vol. III. fasc. II. p. 293. s., sponsionis, qua quis lacessitus esset, detrectationem tam ignominiosam fuisse, quam *manifestae turpitudinis et confessionis est nolle nec iurare nec ius iurandum referre* iudice Paulo in π. XII. 2. fr. 38. Idemque V. D. observavit in *lege de Gallia Cisalpina* I. lin. 2. ss. II. lin. 6. ss. 35. ss. (capp. 19. 21. 22.) *sponsionem* opponi *iudicio*, h. e., ut nos interpretamur, *arbitrio* vel potius *actioni per formulam arbitrariam*.

Ceterum hanc iudiciorum formam non diutius servatam putat Hauboldus, quam ipsae sponsiones in more fuissent. Sponsio autem, cum pecunia certa peteretur, fieri solebat cum tertia parte, quae ipsa fuit legituma pars: qua de re constat ex *or. pro Rosc. com.* 4, 10. pr. 5, 14. ad quos ll. cf. Unterholzner in Savinii *Zeitschrift* etc. vol. I. p. 255. Iam vero secundum Paulum in *receptt. sentt.* V. 33. §. ult. *assertor* (hominis liberi in statum ingenuitatis) *si provocaret* (a sententia iudicis), *in eius modi tertiam cavere debebat, quanti causa aestimata esset.* Ergo, cum ibid. §. 6. de poenis, in quibus *cautiones* exigebantur, *spondendum* dicatur, ex Diocletiani constitutione in *cod.* VII. t. 42. (*de appellat.*) l. 6. §. 6. super *cautione de exercenda provocatione in posterum minime praebenda* non improbabiliter colligi posse videbatur Hauboldo l. c., eadem fere aetate desivisse usum sponsionum. De ipsa re laudantur Cuiacii *obss.* XII. 6. et XXI. 33. Iac. Gothofredi *comm. ad l.* 43. *cod. Th. de adpellat.* T. IV. p. 273. s. et Schulting. ad Pauli *R. S. lib.* V. *tit.* 33. §. 1. p. 530. De sponsionis summa, quae poenae nomine solveretur, locus classicus est apud Gai. IV. §. 171. *Ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, velut de pecunia certa credita et pecunia constituta; sed certae quidem creditae pecuniae tertiae partis; constitutae vero pecuniae partis dimidiae.* Adversus interdicta sponsionis summam poenalem dimidiae vel certe tertiae partis causae fuisse puto. Alioqui opus non fuisset restipulatione, cum is, qui iniquo iudicio vexatus esset, experiri posset *calumniae iudicio*, quod *adversus interdicta* locum habebat et erat *quartae partis causae* ex Savinii coniectura in Gaii *instt.* IV. 175.

Pro Tullio §. 54. n. 1. lin. 3. leg. „P. Fabii.“

Ib. p. 67. n. paenult. adde: Iocanter se offerens, si peccarit, poenae ab ingenuo homini ac libero alienae, quasi subiturus supplicium servi sic loquitur ap. Varron. *de re rust.* II. 5. *huc afferam meum corium et flagra:* de quo l. cf. P. Victorii *var. lectt.* XXXV. 18. Similiter Aristophanes in *nub.* 441. *ἀσκὸν δαίρειν, pro utre excoriare.*

ADDENDA AD OR. IN CLODIUM ET CURIONEM.

In Clodium et Curionem p. 74. col. *a.* lin. 5. post 6, 12. insere: Cf. II. 7, 2. ubi P. Clodius notatur *in domo Caesaris quondam unus vir fuisse.* Appiani *Ῥωμαϊκῶν βιβλ.* E. VII. *ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Ὅτι Κλώδιος ὁ πατρίκιος, ὁ Πούλχερ ἐπίκλην, τουτ' ἔστιν Εὐπρεπὴς, τῆς Γαΐου Καίσαρος γυναικὸς ἤρα. καὶ ἁρμόσασθαι αὐτὸν ἐς γυναῖκα ἐκ κεφαλῆς ἐς ἄκρους πόδας, ἔτι ὄντα ἀγένειον, καὶ ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Γαΐου παρελθεῖν οἷα γυναῖκα νυκτὸς, ὅτε μόναις γυναιξὶν ἐξῆν ἐσελθεῖν, μυστηρίων ἀγομένων, πλανηθέντα δὲ τῆς ὁδηγούσης, κατάφωρον ὑπ' ἄλλων ἐκ τῆς φωνῆς γενόμενον, ἐξελαθῆναι.*

Ib. p. 76. col. *b.* lin. 3. ante „Vid.“ insere: Reiectionem quinorum iudicum ex singulis ordinibus lege demum Pompeii III. COS. tum accusatori tum reo datam testantur Dio Cassius XL. 55. med. et Asconius in *argumento or. pro Milone* p. 534. ed. Schütz.

Ib. p. 78. col. *a.* l. 2. corr. „*ab*“ (pro *in*) „*iis.*“

Ib. — — — l. 17. insere: De invocatione Musarum cff. citata Georg. Phil. Eb. Wagnero, V. C., ad v. 1. *elegiae ad M. Valer. Corvinum Messalam* (Lips. 1816.) p. 21.

Ib. p. 82. col. *b.* lin. 2. adde: Exilio privatum e. c. L. Tubulum narrat schol. ad *or. in Scaurum* I. 5.

Ib. p. 85. col. *a.* l. 14. ab ult. corrig. „Noviomagensi.“ Ceterum his *de tribus Iuvenalis codicibus* nuper egit *de codicibus bibliothecae Zwiccaviensis* brevi disputat. I. Frid. Godofr. Guil. Hertel, Lycei Rector, Zwiccaviae 1825. 4. pp. 8.

Ib. p. 88. n. 13. adde: Ascon. ad *or. pro Mil.* c. 17. de C. Cassinio Scola: *Fuit hic Cassinius, apud quem*

Clodius mansisse Interamnae videri volebat, qua nocte depraehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro (Schütz. ed. T. VIII. P. I. p. 541. peccat: *suo*) *populo Romano sacra facerent.* Insulse alia omnia commentus est anonymus scholiasta in eand. or. ab in.: *Quodam tempore Clodius de uxore Caesaris incestas amoris traxerat flammas, in templo* (!) *Bonae Deae habitu muliebri cum uxore Caesaris inventus est. Conscientia sceleris fugit Interamna* [*Interamnam?*]. *Cicero eum vidit fugientem et contra eum, dum accusaretur Clodius, testimonium dixit. Hinc primo inimicitiae ortae sunt inter Ciceronem et Clodium.*

Ib. III. 1. not. ad schol. adde: Scholium facilius correxeris sic: *medietates suspendit elocutionum.*

Ib. III. fr. 5. col. *a.* l. 11. post *fiunt* insere: *Dicuntur* pro *indicuntur* legendum videtur Kreyssigio p. 459. cui assentior.

Ib. col. *b.* lin. 10. corrig. II. 18, 45.

Ib. n. 1. ad schol. 5. adde: At in prima horum fragmentorum editione p. 18. Maius, verbo *timerent* omisso et servata codicis scriptura *spondeant* pro *spondere*, haec in nota subiecta addiderat: „Cod. *stulte timerent.* Sed *timerent* videtur omittendum.“ Quam quidem crisin nescio an iure ineptam et temerariam dixeris. Scribe potius mecum: *qui stulte et temere pro Clodio mutuante pecuniam spondeant*, quod scholiasten dedisse, ita persuasum habeo, ut haud verear, ne et ipse in stultitiae atque temeritatis reprehensionem incurram. KREYSSIG. l. c.

Ib. IV. 2. *Arpinati . . agresti*] Quasi proverbialiter dicitur *omnibus Arpinati paupertate ducibus* (h. e. Mariis) *bellicosior* in M. Frontonis *principiis historiae* fragm. V. ab in. ed. princ. p. 351. vel ed. Niebuhr. p. 242. fragm. 3. Cf. Iuvenal. VIII. 245. — 253.

Ib. V. 1. p. 104. col. *b.* lin. 1. insere: *Mitram Melitensem* dixit Varro *Promethei l. I.* ad quem l. v. Auson. Popma ed. Bip. t. II. p. 406.

Ib. V. 4. scholio prima haec subiicitor annot.: *Curae suae diligentiam*] Similiter Macrobio *Saturn.* II. c. 9. pr. *Q. Hortensius* notatur *vir ex professo mollis et in praecinctu ponens omnem decorem: fuit enim vestitu ad munditiem curioso et, ut bene amictus iret, faciem in speculo ponebat.* De *speculi* abusu v. supra l. c.

p. 106. a. cf. Iuvenal. II. 99. — 103. ubi scholiastae notatur Otho *probrosae curae in polienda forma fuisse*.

Ib. p. 111. not. 1. l. 5. leg. *ad Pompeiam*.

Ib. annot. paenult. adde: * Cf. *in Vatin.* c. 7. 8. §. 20. II. *divin.* 35, 74. 18, 43. ubi ex uno cod. legendum: *Iove tonante, fulgurante comitia populi haberi* [pro volg. *habere*] *nefas*, neque admittenda Schützii correctio *fulgente, tonante comit.* etc. V. Aldi Manutii *quaesit. per epist.* II. 5. (in Gruteri *lamp.* IV. p. 256.) Petri Criniti *de honesta disciplina lib.* XX. c. 2. Ph. Beroaldi *annott. in Lucan.* V. in *annotatt. DD. VV.* e prelo Ascensiano a. MDXI. fol. LXVI. a. med.

Ib. V. 5. annot. adde: His iam impressis e Spohnii bibliotheca publice venali emptus meo aere est liber ab H. A. Grimmio editus: *Ioh. Hildebr. Withofs kritt. Anmerkk. über . . Röm. Schriftsteller*, Dusseldorpii 1793. in cuius part. III. p. 144. s. de Cic. *or. Catil.* II. c. 2. eadem, quae a nobis, proposita suspicio est: *quem amare in praetexta catamitum coeperat*, comp. Aurel. Vict. *epit.* c. 1. *Inter duodecim catamitos totidemque puellas accumbere solitus erat.* Fortasse, quamquam minus probabiliter, e cod. Palatini sexti striligine *salumpnia* (pro *calumnia*) aliquis eruerit *salopygium*, quod e vet. lib. MS. Catullo carm. LIV. restituit Salmasius ad Solin. (*exercit. Plin.* T. I. p. 50. bB.) et volt nomen esse *motacillae* s. *fritillae*, aviculae, nostratibus *Bachstelze* s. *Wippsterz*. Cf. Aug. Weichert, illustris Moldani Rector celeb. et Prof. primarius in docta *commentat. de C. Licinio Calvo oratore et poëta* n. 23. Ne suspicere *gumiam* vel *gulonem*, obstat in seqq. aliorum sodalium *aes alienum contractum in popina*.

Ib. VII. 1. annot. alteri adde: Similiter etiam de eo, qui prope condemnatus est, Cic. *ad Q. fr.* II. 6. *tres ei taeterrimae sententiae in consilio defuerunt*.

Ib. 2. p. 117. ad schol. col. *a.* l. 4. ab ult. pro „p. 4." leg. „4. p."

Ib. p. 118. n. 3. adde: *Fortasse voculis *Id ergo* contractis in *Ideo* ordo verborum, qui firmatur codicis fide, retinendus.

ADDENDA ET EXCURSUS

AD OR. PRO M. SCAURO.

Ascon. *in or. pro M. Scauro* p. 121. col. *a.* l. 7. ab ult. insere: Vatinium, quem Calvus, clarorum secutus exempla iuvenum, qui, ut Quintilianus alicubi ait, crediti sunt rei publicae obsidem dare, malorum civium accusationem, duabus aggredi ausus erat actionibus, duobus iudiciis, ut Valer. Maximus Lib. IV. c. 2. n. 5. [al. 4.] narrat 1), tutatus est, Pompeii intercessione et Caesaris precibus commotus, idem ille Cicero, qui istum hominem, biennio fere ante in causa Sextiana suo arbitratu conciderat, diis hominibusque plaudentibus, ut ad Quint. Fratrem Epist. II. 4. scribit. Non mirum igitur, quod Calvus, iuvenis adhuc et argutus Atticorum imitator, cesserit Ciceroni, qui sua oratione vim Demosthenis, copiam Platonis et iucunditatem Isocratis effinxerat et in foro causisque agendis iam consenuerat. Vatinius igitur, civis audacissimus et de factione dives, per Ciceronem absolutus est. Ex isto patrocinio et causa plusne reprehensionis an laudis ad Tullium apud aequales redundarit, in dubio relinquunt Scriptores. Valerius quidem Maximus Lib. IV. c. 2. n. 4. Ciceronem non tantum negat Vatinii defensione levitatis et inconstantiae notam ignominiamque subiisse, sed humanitatis adeo eius laudi inde factam esse contendit accessionem, quia speciosius aliquanto iniuriae beneficiis vincantur, quam mutui odii pertinacia pensentur. Id quamvis verum sit, adduci tamen non possum, ut illud humanitati eius tribuendum putem, aut innatae cuidam animi mollitudini, qua ductus cum tam perdito cive, qualis Vatinius erat, et cum homine, suae dignitati semper infesto, vere in gratiam redierit et ita iniurias beneficiis remuneratus sit. Etenim mihi non dubium est, quin illud factum, sicut omnes boni in Viro Consulari, quem ob servatam a Catilinae incendiis et rapinis patriam septennio ante Patrem Patriae salutaverant, non possent non mirari, ita Cicero

1) Manutius ad Cicer. Ep. ad Divers. V, 9. T. I. p. 321. ed. Richter. de alio cogitavit crimine, quo Vatinium defenderit Cicero: id quod mihi secus videtur. WEICHERT l. c.

ipse secum improbaverit et condemnaverit. Hunc Tullii animum testatum facit, si quid video, elaboratissima illa Epistola ad Lentulum Lib. I. ad Div. 9., in qua amico sciscitanti, cur Caesari, Appio, Crasso et Vatinio, quos ut quisque erat patriae ac libertatis amantissimus, ita maxime habere debebat infestos, reconciliatus sit, rationes illius facti exponit, operosa et anxia quadam usus excusatione, qua amico satisfaceret, ibique omnia ad Pompeii, optime de se meriti, intercessionem et auctoritatem refert. Atque istum Ciceronis in gratiam cum Vatinio reditum non voluntarium, sed coactum, neque ex ea animi persuasione fuisse profectum, qua istum hominem non adeo malum esse, quam antea, putarit, demonstrat eiusdem epistola Lib. V. ad Div. 11. ad Vatinium imperatorem a. V. C. 709. data. Publ. Vatinius enim, qui post paucorum dierum cum Q. Fufio Caleno Consulatum a. V. C. 707. a Caesare Dictatore ad Illyrios continendos cum exercitu missus (v. Appian. Illyr. c. 13. T. I. p. 847. Schw.) et ob res ibi gestas Imperator appellatus erat, ad Ciceronem literas, peramanter et officiose scriptas, Narona dederat (v. Lib. V. ad Div. 9. 10.) eique suam dignitatem contra pusillorum ac malivorum obtrectationes et invidias tuendam, id est, supplicationes a Senatu impetrandas suamque uxorem, Antoniam (v. Cic. Opp. T. XVI. P. 3. p. 276. ed. Schütz.) 2) commendaverat. Ad has literas Cicero, quamvis perofficiose, tamen ita respondet, ut, meus me sensus si non fallit, tota epistola plus ironiae atra tinctae bile quam urbanitatis, ac plus contemptionis quam studii ac gratiae prodat. 3) Quum ve-

2) *Sed post hanc duxerat *Pompeiam* (teste Cic. *ad fam.* V. 11, 2.), ut suspicor, illam C. Caesaris Pontificis M. divortio repudiatam. V. schol. ad *or. in Clod.* VI. 3.

3) Ista Ciceronis cum Vatinio reconciliatio, Pompeio intercedente effecta, non hanc habuisse vim mihi videtur, ut quam Tullius dudum susceperat in Vatinium offensionem, odii haud dissimilem, deponeret omnem, et de eo bene existimaret: alioquin ille, quum sibi de Vatinii morte falso nuntiatum esset, vix potuisset iocari: *κακῶς τοίνυν ἀπόλοιτο κακῶς ὁ ψευσάμενος*, uti Plutarchus in Vit. Cicer. c. 26. refert. Neque repugnat huic meae *opinioni* Quintilianus I. Or. XI. c. 1. §. 73., in quo perdifficili loco de lacuna assentior acutissimo Buttmanno in Add. ad Spaldingii Edit. T. IV. p. 712. non item de supplemento. A. WEICHERT l. c. *Quo anno Vatinii mors falso nuntiata fuerit, mihi quidem non constat. Sed iure optumo Weichertus, celeberrimus philologus, n. 31. arguit illas a Macrobio *Sat.* II. c. 3. prolatas Ciceronis urbanitates, in quas Va-

ro Vatinius priore ad Ciceronem epistola a. d. V. Id. Quint. a. 709. scripta obtrectationes et invidias malivolorum et pusillorum memorat easque iam olim pro suo honore a Tullio prostratas et obtritas dicit 4), paene inducor, ut Vatinii haec scribentis animo Calvi, accusatoris sui violentissimi, imaginem et parvulam corporis staturam adhuc obversatam esse credam, cuius de ambitu accusationem, qua valde perculsus esset, non mirum est malivolentiae cuidam tribui a Vatinio, homine audacissimo et maledico, et suae defensionem caussae ascribi Ciceronis amori ac studio, a quo longissime abfuerat Tullius, patriae ad extremum vitae halitum studiosissimus. Sed quemadmodum Ciceroni, tot civilium rerum fluctibus iactato, hanc in suscipienda Vatinii defensione facilitatem suadebat dubia ac tristis temporum, quae tum erat, ratio, eumque monebat, ut se iis, qui rerum in dies magis magisque potirentur, viris placabilem et auricula infima molliorem (ut ipse ad Quint. Fr. Lib. II. 15. scribit) praestaret, neque suam libertatem in pertinacia, sed in moderatione quadam (vid. Orat. pr. Plancio c. 38. sqq.) positam putaret; ita Calvus, qui commotus rei indignitate, qua M. Catoni non tam praetura, quam praeturae Cato negatus videbatur, ut scite ait Valer. Maxim. Lib. VII. c. 5. n. 6., Vatinio diem dixit, dubitari nequit, quin bonorum omnium tulerit applausum, et insignem ex populi existimatione fructum perceperit, illisque actionibus, artis oratoriae primitiis, auditores impleverit sui admiratione: quod vel festivum illud, non multo post hanc causam scriptum Catulli Carmen LIV. nos docet. M. *AUG. WEICHERT* illustris Moldani Rector et Prof. primus *commentatione de C. Licinio Calvo, oratore et poëta* p. 20. ss.: quae elegantissuma commentatio optabile est ut cum ceteris eiusdem litteratoris praestantissumi in totaque antiquitate versatissumi opusculis philologicis colligendis in DD. VV. utilitatem denuo edatur.

tinius cum illo reconciliatus incurrit, quae quamvis non inhumanae, tamen confirmare videntur ea, quae V. D. de civili utriusque necessitudine sagaciter disputavit.

4) *Futuri in honore suo, cui pusilli obtrectatores invideant, patrocinii spem capit ex illo, quod olim in periculo expertus sit: §. 2. *An verear, ne qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo pusillorum ac malevolorum obtrectationes et invidias non prosternat atque obterat?*

Ib. p. 122. *b.* annot. 1. adde: *C. Catonem, M. Catonis affinem, nullius consilii adulescentem, Asinius Pollio *aetatis anno altero et vicesimo* duplici actione de tribunatu postulavit. V. Thorbeckii *comment. de Asinii Pollionis vita* L. B. 1820. p. 56. ss. Has eius orationes sua aetate adhuc cum admiratione legi testatur scriptor *dialogi de oratt.* c. 34. ad fin. Cf. Quinctil. *instt.* XII. 6, 1. et Weicherti *commentat. laud.* p. 16. Idem V. D. p. 23. n. 24. in M. Senecae *controv. lib.* III. c. 19. *Calvus . . cum videret, a clientibus Catonis, rei sui, Pollionem Asinium circumventum in forecae imponi se supra cippum iussit (erat enim parvulus statura....) et iuravit, si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam* verissume cum Gronovio de accusationis minis accepit, si quidem apud Romanos accusator iure iurando profitebatur se accusaturum sine calumnia; sed pro nullius sensus lectione *in forecae* s. vett. editt. *insuetae* rescripsit *in foro.* Quod cum acutissumus criticus pro egregia sua modestia dubitanter fecerit: ausim equidem non opponere, verum tamen apponere alias suspiciones, ut legatur aut *in turba* aut *in porticu.* Recte enim Weicherto loci, quo se in cippum imponi iusserit Calvus, flagitari videtur notatio. Puto autem accusatori manus intentatas esse dissoluto iam iudicio.

Pro M. Scauro I. 1. *b.* annot. 1. ad schol. adde: Ascon. in *argumento Milonianae* p. 531. ed. Schütz. *Senatum quoque semel in porticu sua habuerat Pompeius, quod diceret timere se adventum Milonis.* Valer. Max. IX. 10, 1. pr.

Ib. p. 132. *b.* annot. ad schol. adde: Eandem, quam nos, de lacunae spatio obiectionem Peyroni movit *C. Z.* censor Ienanus n. 115. p. 449. non tamen erat cur propter editoris supplementum iusto prolixius de ipsa lacuna ampliandum censeret. Cf. *Hermes* s. *krit. Iahrb. der Litt.* 1824. IV. p. 357. Ceterum pro *Et* aptius legetur *En aspexit* e coniectura M. Ottonis, Lips.

Ib. p. 133. col. *a.* l. 6. ab ult. leg. τῆς συγκλήτου.

Ib. 4. *d.* E Ciceronis disputatione de repentinae mortis causis nescio an hauserit praeter Plinium Valer. quoque Maximus, magnam partem eadem referens IX. c. 12. n. 2. 3. 8. *ext.* 3. 5. 6. sed non sine artificio oratorio, ad patroni consilium admodum accommodato, e. g. n. 8. extr. *Quanquam quorsum attinet eorum cavillari fata,*

quos non libido sua, sed fragilitatis humanae ratio abstulit? Fine namque vitae nostrae variis et occultis causis exposito, interdum [quae] immerentia supremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quam ipsam mortem arcessant.

Ib. II. 1. *b.* p. 140. col. *b.* l. 6. ab ult. insere: Nec dubito, quin Scauri patronus ante Crassum Mucianum commemoraverit domesticum fraternae mortis exemplum, quod servarunt Valer. Max. V. 8, 4. Aurel. Victor. 72. Frontinus IV. 1. Scauri enim frater, quia praesidium deseruerat, in conspectum patris vetitus accedere, ob hoc dedecus mortem sibi conscivit A. U. C. IↃCL., cum Cicero puer esset fere quinque annorum: ut recte de his dicere potuerit *Illa audivimus.*

Ib. p. 144. col. *b.* l. 12. leg. *Fritz-.*

Ib. 3. p. 145. annot. ad text. adde: Asconii lectionem vindicat censor quoque Peyronis Ienanus, *C. Z.* l. c. p. 435. quia nec ullo in imperio fuerit M. Antonius, cum mortem expectaret, neque dicatur *imperio praeditus.* Quid ni? Certe IV. *Verr.* 40, 86. f. dixit hominem nobilem *summo magistratu praeditum*, alibi *summa potestate*, *auctoritate* etc.

Ib. p. 146. ad schol. *tragoediae, quae inscribuntur Iulii*] Asconii verba, perperam intellecta ab Ant. Delrio, ut iam monuit Bothius in P. Scen. L. T. V. P. 1. p. 255., equidem ita accipio, ut Asconius significare velit, tragoedias, quae *Iulii* nomine inscribantur et Romae circumferantur, esse *Caio* Caesari, non *Lucio*, eius fratri, tribuendas. Quapropter non dubium mihi est, quin P. Scriverius verissime correxerit ap. Macrob. Sat. VI. 4. p. 597. *Z. Iulius in Theutrante* (scr. *Teuthrante:* v. Lobeck. ad Sophocl. Ai. v. 209. p. 253.) pro vulg. *Ilius*, in quo corrupto nomine *Osann Ueber d. Sophocl. Aias* p. 73. Livii Andronici nomen latere invita Minerva suspicatus est. Eundem *Iulium* Caesarem poëtam intelligo ap. Festum p. 385. Dac. *Prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum, oraculorumque interpretes:*

> *Cum capita viridi lauro velare imperant*
> *Prophetae, sancta caste qui purant sacra.*

uti h. v. metro restituit Ios. Scaliger. Ad eundem *Iulium* Caesarem haud dubie spectat etiam locus Marii Victorini d. Orthogr. l. p. 2456. P. *Deinde nec Alcmenam dicebant, nec Tecmesam, sed Alcumenam: inde Alcumean*

(scr. *Alcumaeon* v. c. Alcmaeon Ennii ap. Cicer. d. Orat. Lib. III. c. 58. cl. c. 38. ibiq. Müller p. 522.) *et Alcumena, tragoediae, donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo, qui et Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesa scripsit tragoediam suam et in scena pronuntiari iussit.* Asconii locus docet, eundem Caium Iulium Caesarem Strabonem significari a Cicerone Philipp. XI. c. 5. *Alter Caesar, Vopiscus ille, homo summo ingenio, summa potentia, qui ex aedilitate consulatum petit, solvatur legibus.* ibiq. Intpp. T. II. p. 379. sq. ed. Wernsdf. Idem Caesar Vopiscus memoratur a Varrone de R. R. Lib. I. c. 7. [in fi.] et a Plinio H. N. Lib. XVII. 4. De hoc Q. Catuli fratre uterino prolixe exposuit Wetzel. ad Cicer. Brut. c. 48. p. 121. Eius genus dicendi C. Iul. Caesar adolescens secutus dicitur Sueton. c. 55. Orator enim fuit et Poëta, minime quidem vehemens, sed quo nemo umquam urbanitate et lepore et suavitate conditior; a Plinio est omissus, quoniam non ludicra scripserat poëmata, sed tragoedias, in quibus lenitatem sine nervis perspici ait Cicero in Brut. [48, 177.] WEICHERT comment. I. p. 28. s. n. 30. *Eius contentio cum Sulpicio memoratur in *Bruto* 63, 226. in *or. de har. resp.* c. 20. in fi., mors miserabilis ap. Valer. Max. V. 3, 3., itemque ceterorum in *Bruto* 89, 307. *Tusc.* V. 19, 55. Cf. Wetzelii *erklärende Anmerkungen zu Cicero's Brutus* appendice I. n. 3. p. 286. ss.

Ib. p. 147. annot. 1. adde: Banierii *explication des fables* P. II. p. 225.

Ib. p. 148. col. *a.* lin. 9. — 7. ab ult. corrige: „eadem . . adhibita."

Ib. p. 149. *b.* ab ult. l. 17. l. *Phrixi.*

Ib. 5. p. 153. annot. 1. adde: Plin. *H. N.* XXVIII. c. 1. sect. 2. in fi. *Hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis, quae homini tribuit Natura, nullum melius esse tempestiva morte: in eaque id* (sic leg.) *optimum, quod illam sibi quisque praestare poterit.* Ceterum ne quis invidiam nobis faciat Orphica mysteria et Pythagoricae sapientiae decreta ex India repetentibus, testis advocatus venito Plutarchus gymnosophistarum de obscuris rebus interrogatorum responsa referens in *Alexandro* c. 64. sub. f. ὁ δὲ (ἐρωτηθεὶς) περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, πότερον ἰσχυρότερον, ἀπεκρίνατο τὴν ζωήν, τοσαῦτα κακὰ φέρουσαν. Ὁ δὲ τελευταῖος, μέχρι τίνος ἀνθρώπῳ καλῶς ἔχοι ζῆν· μέ-

χρις οὐ μὴ νομίζῃ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἄμεινον.

Ib. annot. ult. ad §. 5. adde: Cf. *pro L. Flacco* 15, 35. *Quod ergo unus . ., impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine auctore* iecerit, *id nos quasi crimen aut testimonium pertimescamus?* ubi Ernestus annot. 47. „Hic quoque libri veteres *legerit*, ut aliis locis, v. c. Rosc. Com. 9. [§. 25.] . . . Est, in Flaccum dixit.“

Ib. 8. annot. 1. l. 9. post Peyronis n. adde: Verba: *libidinosam atque improbam matrem* etc. commate interposito, a proximis sunt seiungenda. Praecessit enim: *ut paullo ante dixi*, vel simile quid, a lacuna interceptum. — Minus recte Maius in Ed. alt. p. 19. haec verba ita distinxit: *Te, dixi, libidinosam* etc. KREYSSIGIUS l. c. p. 482.

Ib. 9. annot. adde: KREYSSIGII obs. l. c. „Priscianum igitur, qui lib. VI. p. 689. ed. Putsch. hunc ipsum locum, et lib. VII. p. 749. verba *Arinis uxorem* adtulit, illo etiam loco non *Aris* sed *Arinis* scripsisse et utrumque fragmentum ex hac orationis parte petiisse, facile intelligitur; quidquid obloquatur Patricius ad h. l. Tom. III. Part. II. p. 1011. sq. ed. Graev. Quod Putschius, ut nec hoc omittam, pro *dolore* exhibuit *dolo*, typographi negligentiae tribuendum videtur. — Hoc olim suspicabar. Sed quum Krehlius quoque, codicum suorum auctoritati obsequutus, in recentissima Prisciani editione Vol. I. p. 237. lectionem depravatam retinuerit, librariorum potius quam typothetae socordia est accusanda.“

Ib. 10. p. 155. col. *b.* l. 6. ab ult. insere: Apud Porphyrium [*Porphyrionem*], qui in Scholiis ad Horat. Sat. II, 1, 56. hunc locum leviter immutatum profert, non *patronum* sed *patronam* scribendum esse, nemo non intelligit. — Maius in Ed. alt. h. l. ex codice ita constituit: *neque enim erat rectum, patrone;* in nota autem adiecit: „Nempe *o patrone.*“ Haec refutare nihil adtinet. KREYSSIG. p. 483.

Ib. p. 156. *a.* l. 15. adde: *Frustra Crameri et Kreyssigii acumen suspicatur p. 479. post *obliderat* addendam *et* per geminationem. Ἀσύνδετον in vivida narratione rei celeritatem indicans nos hic non magis offendit quam in Aemilii Probi V. *Cimone* 2, 3. extr. et IV. *Pausania* 4, 4. ubi Bardilio, viro clar., t. II. p. 702. in *add.* ad t. I. p. 164. necessaria visa paucorum librorum

lectio *in araque consedit.* Idem tamen in ed. recognita *que* exclusit. Recte. Cf. *or. pro Tullio* §. 17. f. infra §. 33. p. 187. annot. 2.

Ib. §. 11. p. 156. *b.* annot. 1. adde: *Omnesque* h. l. reponendum vidit Kreyssigius quoque.

Ib. p. 157. *a.* annot. 1. adde: Kreyssigius et Heinrichius maluerant *suffocarat.*

Ib. 13. annot. ult. adde: Non erat, opinor, cur Furlanettus in Append. ad Forcellini Lex. s. h. v. pro *famata* necessario *diffamata* legendum esse censeret, quum praeter hoc verbum, quod in Hieronymi loco nescio quo exstare aiunt, alia quoque in his fragmentis occurrant vocabula rariora, e. c. p. 9. [191. §. 34.] *saliatus*, quod huc usque non nisi ex Capitol. M. Anton. Phil. cap. 4. adferebatur, et in editis Ciceronis libris nunquam obvia, e. g. p. 13. [205. §. 43.] *transfusio*, p. 16. [156. §. 10.] *resticula*, ibid. [*§. 11. e falsa lectione*] *tumulare*, p. 25. [15. *pro Tullio* §. 7. f.] *taxatio*, p. 30. [37. ib. §. 21.] *gurgulio* etc. KREYSSIG. l. c. *Si tamen opus correctione, facilluma foret *famosa* v. *famigerata*.

Ib. 14. annot. 1. lin. 4. post * insere: Kreyssigius, v. cel., p. 479. coll. Cic. *epp. ad Q. fr.* I. 1. legit *residet iam* vel *residet etiam* pro *re sit etiam* vel barbaro *resit etiam*, quod Maio olim placuit. Poterat sane Maius abuti auctoritate Livii XLII. 67. de oppido: *Quum et loco et praesidio valido inexpugnabilis res esset* vel *resesset*, sed (eheu pereuntis auctoritatis infortunium!) Kreyssigius l. c. p. 478. sagacitate ingenii usus substituit *RESTISSET* idque legit *restitisset.*

Ib. 16. p. 163. *a.* l. 10. a. f. insere: Haec Heinrichii ratio probatur brabeutae quoque Ienano *C. Z.* n. 115. p. 435. *Quod quidem* coniecit Kreyssigius quoque p. 479. coll. *Tusc.* V. 7. [§. 19.]

Ib. 19. p. 167. *a.* ante lin. 11. ab ult. adde: *Iudicabit* corrigendum suspicabatur Kreyssigius quoque l. c.

Ib. 20. p. 169. annot. 1. adde Kreyssigii acutam et enucleatam coniecturam: „Quum *argumenta acu enucleare*, ut mittam perversum verborum ordinem, nemo facile dixerit, primo statim adspectu, rem acu tetigisse ratus, pro illis, lacuna expleta et inserta copula, *nec acuta quaedam et enucleata argumenta conquiram*, rescribendum esse iudicavi. Eodem modo utrumque vocabulum iunxit Cicero Orat. III, 9. [§. 32.] ubi praedicat Antonii genus dicendi *acutum et enucleatum*, de quo

vid. Ernestii Lex. Technolog. Lat. Rhet. p. 7. et 149.“ Nec tamen est, quod γνωμιδίοις λεπτολογῶν καὶ στενολέσχων codicum nuculam configas, ne nucleum amittenti relinquantur pigneri putamina.

Ib. 21. annot. ult. p. 172. ad f. leg. „sat-agebant. PR.“ *Kreyssigius quoque p. 478. tentaverat: *postea nec* (quod Maius in altera ed. p. 3. recepit pro *postea et* . . . *pertimescam*, quod habuerat prior) sive *postea et* . . . *non pertimescam*.

Ib. 23. p. 173. annot. 1. adde: *Titi* nomen deleri iussit arbiter quoque Ienanus *C. Z.* n. 115. p. 435., cum duplici praenomine, quod sequiore demum aevo usurpatum, *hominem sordidissimum* ab oratore insignitum esse ipsis auribus absurdum sit. Ceterum comp. schol. Ambros. ad or. pro Plancio XXXV. 2. ubi a Maio editur *Laelius eques R.* annotaturque: „Cod. evidenter *Laelius* non *L. Aelius*. At in Pison. XXVII. [64.] dicitur *L. Aelius* . . . Et quidem facilis fuit illa separatio *L. Aelius* pro *Laelius*. Similia exempla vitiosae scripturae occurrunt [*depraehenduntur*] in libris v. g. *Agellius*, *Kirtius*, *Mapicius*, *Aclaudius* etc. Vide Mehusium *vit. Ambrosii Camald.* p. 386.“

Ib. p. 174. *a.* l. 9. lege: *ulcisceretur*, utriusque cod. lectionem, coniectura occupaverat Kreyssigii l. c. p. 478. et Heinrichii atque ipse Maius in codice palimpsesto invenit et ed. 2. in contextum recepit.

Ib. 25. annot. 3. adde: Peyronis hos accusativos refingentis arbitrio abnuit censor quoque Ienanus *C. Z.*

Ib. 29. p. 179. *a.* l. 10. insere: *Obruissem* legendum suspicabatur Kreyssigius quoque l. c. Sed etc.

Ib. 30. ad *schol.* p. 183. *b.* l. 1. ante „Huc“ insere: Sed in Festi loco sine ulla controversia recte Lipsius correxerat *fruendus*. Sollemniter enim dici *agrum fruendum* vel *portoria fruenda locare* pro *agri fructibus* v. *portoriorum reditibus locandis* probe docuit Niebuhrius, v. perill., in *Röm. Geschichte* t. II. p. 357. s.

Ib. p. 182. *a.* ult. annot. lin. 2. leg. „demonstrat.“

Ib. Col. *b.* l. 23. et 22. ab ult. l. „omnino.“

Ib. 31. p. 185. *b.* l. 10. Maio palmam tribuit brabeuta quoque Ienanus *C. Z.* n. 115. p. 435. sed perperam interpretatur *dolorem* ob fratrem laesum et *suspicionem* iniuriae sibi ultro a Cicerone illatae. Verum enim vero *eae partes* intelleguntur inimicitiarum adversus Scaurum suscipiendarum propter *dolorem ex suspicione suae* me-

moriae in provincia a Scauro successore male consultum esse. Hanc sententiam firmant prima sectionis 33. verba.

Ib. 32. p. 186. *a.* post l. 11. insere: Quamvis alibi, v. c. apud Ciceronem ipsum Epp. ad Att. I. 16. [§. 20.] et auctorem Orat. post red. in Sen. cap. 13. [§. 33.] tria pronomina demonstrativa, quum res postulet, reperiuntur coniuncta: hoc tamen loco, ut pronomen *ipse* ad Ciceronem potius quam ad Appium Claudium referatur, scribendum esse putaverim: *Quid?* [*v. obs. ad §. 24. p. 175.*] *mihi ipsi idem iste?* quippe quod orationis nexus requirere videtur. KREYSSIG. p. 480. s.

Ib. l. 4. ab ult. l. *instruxisset.*

P. 186. *b.* l. 3. leg. *quod movet, et.*

Ib. 33. p. 187. *a.* ante l. 9. inseras: Maius pro: *quo magis ipsius memoria excesserat*, quae Heinrichius reparare non potuit, ex codice diligentius inspecto egregie restituit: *quo magis ipsius memoriam lacesseret.* KREYSSIG. p. 479. *Haud dubie codicis Ambr. litteras minus etiam assecutus est, quam in principe ed., certe tres priores.

EXCURSUS V. AD OR. PRO M. SCAURO §. 33. s.

Historia comitiorum consularium A. U. C. DCIC. 1)

Consulatum affectabant Messala et Scaurus patricii, Domitius et Memmius plebeii 2). Messalae favebant Cicero atque Caesar 3). Scauro studebat Pompeius, sed utrum fronte an mente dubitabatur 4); res tandem [*postremo res*] perspicua constavit [*constitit? an facta est?*], cum Pompeius illum abiecit 5); habebat tamen aedilitas eius memoriam non ingratam, eratque pondus apud rusticos in memoria patris Principis Senatus 6). Domitius valebat amicis 7). Memmius commendabatur Caesaris militibus, et Gallia transpadana 8);

1) *Cf. Heinrichii, v. cel., annotatio ultima supra p. 228.
2) ad Attic. IV. 17.
3) ad Quintum fr. III. 3. et 8.
4) ad Attic. IV. 15. [sect. 7.]
5) ad Quint. fr. III. 8.
6) ad Attic. IV. 17. [sect. 2.]
7) ibid.
8) ibid.

multam etiam spem habebat in Caesare mox venturo, sed frustra 1). Ἐξοχὴ in nullo erat, pecunia enim omnium dignitatem exaequabat 2). Ambitus vero adeo ardebat, ut numquam fuerit par, et foenus ex triente idib. Quintil. fuerit bessibus 3). Uberior quidem erat liberalitas Scauri populo tributim domi suae satisfacientis; gratior tamen videbatur largitio aliorum candidatorum, qui occupaverant 4). Tantam porro competitorum contentionem ineunte mense Quintili coeptam haud otiosi spectabant consules Appius et Ahenobarbus, qui provincias consulares non sortiri volebant lege curiata, sed quam quisque maxime optabat illam obtinere. Appius enim in sermonibus primum dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, se paraturum cum collega, atque Lentulo in Ciliciae provincia successurum 5). Quare exeunte mense septembri cogitabat sine lege curiata, suo sumptu in Ciliciam se conferre 6), quam provinciam sibi exoptatissimam demum habuit [* *habuit demum* *] post comitia. Quid ergo consules? Coitione facta cum Memmio et Domitio pactionem ineunt, uti ambo H-S quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti; nisi tres Augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quae lata non esset; et duo Consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne Senatus quidem fuisset 7). Suam ergo gratiam et auctoritatem Appius pro Cilicia cum Memmio et Domitio pactus, fieri haud poterat, quin inimicitiam Messalae et Scauro indiceret, quos a consulatu submovendos per fas et nefas satageret. Quid enim? Appium illum, qui, pactione iniquissima bonis omnibus et Ciceroni 8) exosa, leges non latas ementiebatur, Senatus consulta nuspiam [* *nusquam* vel potius *numquam* *] scripta fingebat, corrumpebat porro Augures et Consulares viros, ut consulatum venderet, non censebimus, inquam, Appium illum extremas quasque tentasse vias vel iniquissimas, dummodo ne Scaurus

1) ad Quint. fr. III. 2. et 8.
2) ad Attic. IV. 15. PR. * Cf. Plutarch. in *Pomp.* c. 54. in *Catone Min.* c. 44.
3) ad Quint. fr. II. 15. ad Attic. IV. 15. [sect. 7.]
4) ad Attic. IV. 16.
5) ad Famil. I. 9. [§. 74.]
6) ad Attic. IV. 16.
7) ad Attic. IV. 18. [sect. 2.]
8) ad Quint. fr. III. 1. [sect. 7.]

nobilitate praestans et patris memoria consulatum adipisceretur? Tentavit enimvero; atque, Memmio et Domitio conspirantibus, dicam Scauro per Triarium inferendam curavit. Curasse equidem coniicio; at Triarii accusationem consilio suo rexisse, auctoritate confirmasse, omnique ope tutatum esse non auguror coniectura, sed declarat sequens Scaurinae locus. Inquisitionem et primam actionem unico teste confectam *sustulit maxima* celeritate Triarius, comperendinavit reum, comperendinationem ad IV. nonas septembris prorogavit, inusitato accusationis genere et subdolo est usus; equidem universa haec artificia auctoritate consulis composita et perfecta existimo comitiorum gratia. Merito itaque Tullius de accusationis genere comitiorum causa suscepto disputans mentionem iniicit Appii Claudii. Iam ad candidatos redeo. Appii pactio mature innotuit Ciceroni, de illa enim sic ad Atticum IV. 15. [sect. 7.] scribebat ante diem V. Kal. Sextil: „Cum eo [Memmio] Domitium consules iunxerunt: qua pactione, epistolae committere non audeo“ Scilicet Cicero simul pertimescens Appii potentiam atque amicos, simulque se illi maxime probare studens timebat, ne, si epistola in alienas manus forte incidens significaretur Appio, Consulis odium vix restinctum iterum incenderet. Eumdem etiam Ciceronis animum erga Appium declarant Epistolae libri tertii *ad familiares;* hominem enim produnt, qui malebat superbum pati ingenium Appii aegre novo Proconsuli provinciam tradentis, congressum studiose vitantis, iniquissimas querelas adhibentis, multa innovantis, quam uti verbo paullo duriusculo in Appium. Quae quum ita sint, anne censebimus Ciceronem patrocinaturum causam [**causae**] M. Scauri voluisse iniquam Appii pactionem iudicibus revelare, ut inimicitiarum causa facilius patesceret? *Hic ego,* inquit, *Appium Claudium .... nullo loco, iudices, vituperabo . . . Ego tantum dicam quod et causae satis, et in illum minime durum aut asperum possit esse.* Nempe. Possem equidem Appio obiicere coitionem cum Memmio et Domitio factam, possem pactiones turpissimas retegere, unde omnis Appii in Scaurum inimicitia dimanat; sed nolo quidpiam [**quidquam**] durum aut asperum in Consulem dicere. Illum nullo loco vituperabo, quamvis vituperationi amplissimus pateat locus; dicam tantum quod causae satis esse possit. Iam causae facturus satis quod nam artifi-

eium excogitavit Tullius? Utrumque cavere studens, tum ne Appii inimicitia obesset causae clientis, tum ne, revelata pactione, amicitiam vix redintegratam rumperet; excogitavit verisimilem hanc de Caio consulatum petente historiam, ita ut Caii nomine innueret Memmium et Domitium. Verisimilem, inquam, non veram. Ciceroni enim res illorum comitiorum diligentissime exponenti in multis epistolis 1) nuspiam [*nusquam*] Caius commemoratus est, eiusque nomen ita reticent scriptores universi, ut vix innotescat. Quid plura? Haec sibi obiicit Tullius *at enim frater iam non petit.* Constabat enim inter omnes Caium Romae non esse, in sua Asiae provincia versari, nullas largitiones eius nomine fieri, Appium fratrem, quo maxime valere poterat, aliis candidatis studere. Quam obiectionem ut dilueret, figmentis figmenta cumulans, ait Caium a tota Asia supplice retentum, commoda provinciae honori suo anteposuisse. Quantam animi magnitudinem! quam incredibilem! Ratum itaque habeo Ciceronem narrasse verisimilem historiam, quae ad clientis causam patrocinandam [*tuendam*] par momentum habebat [*haberet*], seu, ut eius utar verbis, causae satis esse poterat [*posset*]. Declarabat enim, quod verissimum erat, Appium aliis candidatis fraterno plane amore studere; hos vero quippe plebeios anteferri non posse Scauro nobili viro, nisi iste aliquo aut metu aut infamia percelleretur; quare universam Appii inimicitiam cum Scauro comitiorum gratia susceptam esse. Quae si vera sunt, uti verissima equidem propono ingenti animi confidentia, qua voce credemus Tullium pronunciasse, quo gestu ornasse illa verba: *Ego tantum dicam quod et causae satis, et in illum minime durum aut asperum possit esse; tum* alia [*illa?*] *de quo plura iam non dicam; quamquam ea quae dixi non secus dixi, quam si eius frater essem.* PEYRON.

Pro M. Scauro §. 34. p. 188. s. annotationi 1. adde: Asconius *constitutum erat* pro *constituerat* minus recte exhibere videtur Kreyssigio in *epistula* laud. p. 455. s.

1) ad Attic. IV. 15. [sect. 7.] 16. [sect. 4. 5.] 17. [sect. 2.] 18. [sect. 2.] ad Quint. fr. II. 15. b. 16. [sect. 2. 3.] III. 1. [sect. 7.] 2. [sect. 2.] 3. 8. [sect. 3.]

observanti contrarium librariorum peccatum ap. Liv. XXXIII. 29. ubi pro *complessent*, quod volgo perperam legitur, *completa essent* in cod. Bamberg. repertum est. Ego hanc quidem Asconii lectionem non repudiarim. Etenim *certum constitutum* ἀσυνδέτως dicitur perinde ut *certum et constitutum*. Ex. gr. quod Cicero in *Catil.* III. 6, 15. *factum atque transactum est*, pro eo Terent. in *Andria* I. 5, 13. *facta, transacta omnia.*

Ib. p. 190. *a.* l. 3. annot. 1. insere: Hic vocabulum *certum*, ex antecedentibus, librarii oculis a nomine *contentionem* recurrentibus ad verbum *constituerat*, male repetitum nec postea deletum, auctoritate Asconii inducere malim, quam cum Maio in *certam* mutare. — Atque Maium ipsum in Ed. alt. p. 10. hanc coniecturam retractasse, postea vidi. KREYSSIG. p. 481.

Ib. *a.* l. 11. ab ult. leg. „richius", et col. *b.* l. 17. ab ult. corrig. „rit".

Ib. p. 191. lin. 6. corrige: „de" (pro „te") „patriciis."

Ib. p. 192. annot. 1. adde: Pronomen *ipse* reiicitur a censore quoque Ienano n. 115. p. 435. idemque grammaticus obrogat duumviris, *si* pro *etsi* ut accipiamus, suadentibus nec tamen persuadentibus.

Ib. ad *schol.* col. *a.* lin. ult. adde: De *C. Licinio Stolone*, L. Sextii, qui primus ex plebe consul est creatus, collega in tribunatu A. U. C. 377. — 386. v. Weicherti, viri cel., *commentatio de C. Licinio Calvo, oratore et poëta* p. 4. s., de legibus autem Sextiis Liciniis Heineccii *antiqq. iur. R.* in appendice lib. I. c. 1. §. 60. p. 280. ed. Haubold. et Bachii *hist. iurispr. Rom.* lib. II. c. 2. §. 10. ss. ibique Stockmann. p. 137. ss. ed. VI.

Ib. p. 193. annot. 1. ad *schol.* adde: vel „P. e. a plebeiis arr*ogari*". De *arrogatione* v. Gellius V. 19.

Ib. p. 196. *b.* lin. 11. corrige: „*ob*temperantem".

Ib. 37. annot. ultimae adde: Sed Peyronis interpretatio firmatur comp. §. 20. pr. et vicissitudinum inter Sardos et Consulem aequalitate.

Ib. 38. p. 199. *b.* l. 22. insere hanc KREYSSIGII annotationem p. 481. „Nescio an pro *rogitata*, quod participium neque apud Ciceronem neque apud alios scriptores legitur et huic loco tenebras obducere videtur, *cogitata* reponendum sit, coll. Cic. Phil. II, 34. [§. 85.] *Non enim abiectum sustuleras, sed adtuleras domo meditatum et cogitatum scelus*, atque Liv. XLIV, 1. *or-*

sus a parricidio Persei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem. — Dubia est codicis scriptura." Cf. obs. ad I. *off.* 7, 24. Sed *consensio late facta* (si haec lectio, ut tum oportet, retineatur) vix recte dicatur *coniuratio cogitata*, cum a voluntate ad ipsam accusandi reumque testimoniis premendi calumniam perventum fuerit.

Ib. §. 39. annot. 1. lin. ult. insere: Possit etiam legi: *Neque ego* [*nego*] *Sardorum querellis moveri nos umquam oportere.*

Ib. annot. alteri adde: *Pompeium rei frumentariae praefectum* memorat etiam Plutarchus in vita c. 49.

Ib. 40. p. 201. annot. 1. adde: Interpretibus *vero* tamquam adiectivum ad *dolorem* referentibus obstat structura verborum. Nullo enim modo ea, quae construenda sunt, sic disiici possunt. Simpliciter dicitur in oppositione §. 41. *vox non expressa dolore, sed simulata.* Cf. p. Flacc. 11, 26. *Vero* autem adverbium ut *sane* in concedendi formulis sic subiicitur verbo collocato in sententiae principio, ut idem valeat ac *licet.*

Ib. p. 202. *a.* annot. 1. adde: Kreyssigius, v. cel., p. 478. s. coniecerat legendum *obsideatur insidiis*, et ad priora p. 481. s. haec annotavit: „Ut verba *patere* et *intercludi* per oppositionis leges adcuratius sibi invicem respondeant et, quum *coniuratio vi intercludi* vix ac ne vix quidem dici possit, ad unum nomen *perfugium* pertineant, pro *coniuratio vi* necessario *coniurationi* legendum; praesertim quum in codice ipso non CONIURATIO VI, sed CONIURATIONI etiamnum exstare, vel quovis pignore contendere ausim." [*Utinam hanc cum V. D. sponsionem fecissemus! Contracto enim pignore non posset non damnari.*] „Sic Cicero etiam Verr. V, 50. [§. 132. pr.] *Num tibi,* inquit, *insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obiicere videor?* et pro Sull. cap. 28. [§. 79. extr.] *Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum.*" At vero hoc valet *severe iudicatote, ut improbos maneat poena: insidiis autem perfugia obstruere* vel *obsaepire* nullo modo dici potest pro *obsaepiendis latibulis, e quibus insidiae prorumpant.*

Ib. p. 203. *a.* l. 9. insere: Hunc C. Megaboccum a Megaboccho, in Cic. Epp. ad Att. II. 7. commemorato, non diversum esse, ideoque illo nomine non Pompeium,

quae fuit multorum opinio, a Cicerone indicari, ex h. l. luce clarius adparet. KREYSSIG. p. 482.

Ib. §. 45. *b.* in fine annot. pro 3. scribe 30. f. 34. f. 36.

Ib. §. 45. *h.* cum Asconio cf. eiusdem scholion ad I. *Cornel.* p. Schütz. 199. *Duo fuerunt eo tempore Dolabellae, quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus.*

Ib. p. 212. *a.* l. paenult. leg. *magnife-.*

Ib. §. 46. p. 219. *a.* annot. ultimae l. 2. insere: Cf. tamen *de harusp. resp.* 27, 57. sub fine.

Ib. §. 49. annot. 1. adde: Legendum *equidem* proposuit etiam censor Ienanus n. 115. p. 436.

Ib. p. 223. *a.* lin. 16. insere: Frontoni *ad Antonin. de orationibus* ed. princ. p. 269. s. (ed. Niebuhr. p. 130.) memorantur *nummi vetusti, quibus signatus est PERPERNA.*

Ib. p. 225. *a.* l. 17. pro 669. corrige 699.

P. 244. l. 19. ab ult. corrige (אַרְן).

☞ Cum primo fragm. *or. pro Scauro* I. 1. *a.* necte statim hoc, quod ex Arusiani cod. Neapolitano laudatur in Garatonii *ad or. pro Plancio* c. 12. curis secundis: * *retineret (id quod praecipue semper studuit) generis, familiae, nominis dignitatem.* * [*Verumtamen* etc.] Iam I. §. 4. *d.* dele versus 2. et 3.

ORATIONIS
PRO L. FLACCO
FRAGMENTUM AMBROSIANUM.

[*Quid attinuit adhibere testimonium*] externum cum domestica vita naturaque constaret? Itaque non patiar, D. Laeli, te tibi hoc sumere atque hanc ceteris in posterum, nobis in praesens tempus legem conditionemque [*statuere, ut defensiones nostras ad accusatorum arbitrium accommodemus, non veniamus ad illam contentionem, ad quam nos causa ipsa deducit.*] I. 1

Cum adulescentiam notaris, cum relicum tempus aetatis turpitudinis maculis consperseris; cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labes, cum urbanam infamiam, cum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris: tum denique quid *T*molitae et Lor*ym*eni de L. Flacco existiment audiemus. 2

I. 1. *Admonitus a typographo, ut tres vacuas paginas explerem, addidi hoc fragmentum memoratum supra p. XXIII. ad f. Scribitur statim ab in. *domeistica*: ut *pro Scauro* II. 4. *leigisset.*

Constituere] Cl^us^ Mai perfecturus contextum addebat hoc verbum. Desiderantur undecim versus. PEYR. *Versus singulos duodenarum fere litterarum explevimus.

2. *Hispaniae .... vitia*] Nempe vitia atque flagitia in Hispania commissa. De hac genitivi multa exempla congerit Heinrichius ad h. l. PEYR.

Molitae] Lege *Tmolitae.* In edita parte huius Orationis occurrit n°. 3. [§. 8.] *Tmolites vicanus*, qui testimonium contra Flaccum dicebat; et n°. 19. [§. 45.] Hermippus legationem ducit, quam *non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo petivit.* Utrobique sunt codices, qui *Molites*, et *Molo* legant, quemadmodum in Virgilii *Ge.* I. 56. pro *ut Tmolus* multi libri habent *ut*

II. 3 **Quem vero tot tam gravesque provinciae salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudine ac vetustate defendant, quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat: hunc etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium; defendam, resistam.**

4. **Quid, si neque tota neque optim*a* neque incorrupt*a* neque sua sponte nec iure nec more nec vere nec religiose nec integre; si inpulsa, si *so*llicitata, si concitata, si coacta, si impia, si temere, si cupide, si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium per egen-**

Molus; quod eo facilius contingit, si postrema praecedentis vocabuli littera sit T, vel alia affinis, uti D in nostro. PEYR.

Loreni] Cramerus malebat *Lorymani*, est enim Loryma urbs Cariae; Heinrichius reponebat *Lorymeni*. PEYR.

II. 3. *Gravesque provinciae*] Enumerantur n°. 40. orat. editae. PEYR.

Necessitudine] Clus Mai vulgavit *necessitudinis vetustate*, in altera vero editione monuit codicem habere *necessitudinem vetustatem*. Ipse legi in codice *necessitudine ac vetustatem*, quare suppleo *necessitudine ac nominis vetustate*; vetustatem familiae L. Flacci pluribus exornat Cicero n°. XI. PR. *Malim *ac vicinitate*. Cf. *p. Planc*. 9, 22. *Rab*. 3, 8. De Coniunctivo v. Matthiam ad *or. pro R. Am*. 1, 4.

4. *Optima*] Codex OPTIMOS, ita ut puncto expungatur littera S; scripsi *optima*, scilicet *quae optima esset*, rectius scriberetur *optima pars*. Asia enim, quae accusatores miserat, constabat *ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia* n°. 27, quae provinciae pessime apud Graecos audiebant. Contra aliae optimae provinciae pro Flacci periculis laudatores miserant. Cl.us Mai subinde legit *incorruptos*, equidem non vidi syllabam *os*, ideoque edidi *incorrupta*. PEYR.

Inpulsa] Cl.us Mai legit *improvisa*, quod non assequor. En litteras certas incertasque codicis SI INIURIA, ita ut 2a, 5a, et 7a sit una ex litteris longis E, F, I, L, P, T, quae vix minimis ductibus distinguuntur in codice. Sane Tullius n°. 2. orat. ed. ait: *Non estis de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique venerunt*. PEYR.

Cupide] Cum membrana intercisa sit, vix aliqua vestigia supersunt huius vocis, quae mihi diligentissime rimanti innuerunt vocabulum *cupide*. Cupiditate permotos fuisse testes plus semel affirmat Cicero, vide praesertim n°. 12. orat. ed. Cl.us Mai legebat *putide*. PR.

Nomen suum] Cl.us Mai legebat *nomina*, quin [*ita ut ne*] mendum [*quidem*] suspicaretur; quare Heinrichius reponebat *omnia*. Codex procul dubio habet *nomen suum*. Iudice Heinrichio, *mittere rem in iudicium* est efficere, ut de re iudicetur. Cum itaque Asia egentissimos testes Romam legasset, misit

tissimos testes; ipsa autem nihil queri vere de iniuriis potest: tamenne, Iudices, *ha*ec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt?

Tenebo igitur *hunc* ordine*m* defensor, que*m* fugit inimicus; et accusatorem urgebo atque insequar et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Laeli? Numquid ad*ulescentiam L.* Flacci no*tasti?* Qui equidem non in umbra, neque in illius aetatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam *h*oc ipso nomine aliquid, *qu*ia sus*piciose dici poterat*, *criminabare.* III. 5

nomen suum in iudicium, effecit nempe, ut de suo nomine, suaque testimonii auctoritate iudicandum esset, quod praestitit Cicero in multis orationis partibus, vide praesertim n°. 25, et 27. Hic porro sensus non extunditur ex lectione *nomina.* PEYRON.

In hoc] Membrana lacera integram non exhibet praepos. *in;* superest tamen extrema pars litterae N. PEYR. *Mox cod. *quaeri.* Ante *tamen ne* signum interrogationis sustuli.

III. 5. *Ead* . . . .] In duobus evanidis versibus haec legebat Cl^us^ Mai: *ea* . . . . *vere* . . . . *dicis qui equidem* etc. Paullo diversa vidi diffisus et ipse lectione mea [*EA* || *D**D**EA* || ***F***NO*]; versus enim sunt pessumdati. Sane hic Cicero ad pressiorem clientis defensionem tandem veniens, exordiebatur ab eius adolescentia, quam a Laelio notatam esse scimus [vid. supr. n°. 2.], atque purgabat apud Iudices illiberalitatem Flacci bonarum disciplinarum non expertis. Niebuhrius ex coniectura ita supplebat: *ea crimina in Flaccum vere conferri.* Sed tam longum comma non recipit spatium lacunae in codice. PR. *Cum* §. 2. iunctum futuro exacto indicat non notatam esse Flacci adulescentiam, licet ne puer quidem obscure vixerit. Deinceps correxerim *Qui quidem.* In fine cod. ***IASUS.* Heinrichius supplet *aliquid ausus.*

*DECLARATIO TABULAE LITHOGRAPHAE.

I. Specimen characteris Codicis Ambrosiani ex *or. pro Scauro* §. 29. cum schol. ad §§. 34. et 30. V. *praefutiones* p. XXII. s. XLIV. ss. LXVI. s.

II. Eiusdem Codicis in *orr. pro Tullio* et *pro Scauro* notae litterarum. Cf. p. XLV.

III. Notae litterarum alterius Codicis Ambrosiani, qui continet *scholia ad orationem in Clodium* etc. V. *praefat.* p. XLIII. s. XLVI. s.

IV. Specimen characteris libri D. Augustini *contra Maximinum* a sequiore manu superinducti orationibus Ciceronis in Codice Taurinensi. V. *praefat.* pag. LXIX. ss.

V. Fragmentum *Orationis pro M. Tullio* §. 42. in eodem codice. Noluimus iterare aliud fragmentum *orationis in Pisonem,* quo specimine minus diligenter exhibito ipse PEYRON editor religiosissumus contentus non esset.

VI. Siglae usurpatae in Palimpsesto Taurinensi: quo de v. *praefat.* p. LXXII. s.

…dicis Ambrosiani.

NATUMETFACTISUNTSENATORESPLEBEITRIASUNT

ioromH

iominibusnumerenturauspiciaunde

rulfaGur


C D E F G K I L

O P Q R S T U X

c d e f g h i l

o p q r s t u x

Taurinensis.


PRAETORESNAE
ARECESSERUNT
MNOESSEISED
UATISSEUERUM
CONSTITUERUNT
INIURIAM
USQUAMPU
ORTERESEDEOS
QUAMIURE
UISSENIDE
URIADISPU



us *ud* *ae*